

L. COELII

L A C T A N T I I  
 F I R M I A N I D I V I N A -  
 R V M I N S T I T U T I O N V M  
 L I B R I VII.

De ira Dei, lib. I. De opificio Dei, lib. I.  
 Epitome in libros suos, liber acephalos.

*Carmina ascripta Lactantio.*

*Phœnix incerti auctoris.*

*Venantij Honorij Clementiani Fortunati presbyteri Isalici ad Felicem Episcopum carmen de Pascha.*

*Incerti auctoris carmen de paſſione.*

O M N I A

Studio MICHAELIS THOMASI  
 emendata, cum Notis eiusdem.

Græcarum vocum Latina interpretatio.  
 Index in Lactantium amplissimus.



M del Colleg° de  
 la Compa de Jesus de  
 Granada



A N T V E R P I A E,  
 Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXX.

Ex omnijs pte ger. lii Inquisitionis correcte est hic Liber ex. Exponitur  
 anni 1707 tom. I. pag. 148. verl. in Lactantio Firmiano.

Gaudens & Cardenais

L. COELII

L A C T A N T I I  
 F I R M I A N I D I V I N A -  
 R V M I N S T I T U T I O N V M  
 L I B R I VII.

De ira Dei, lib. 1. De opificio Dei, lib. 1.  
 Epitome in libros suos, liber acephalos.

*Carmina ascripta Lactantio.*

*Phœnix incerti auctoris.*

*Venantij Honorij Clementiani Fortunati presbyteri Isalici ad Felicem Episcopum carmen de Pascha.*

*Incerti auctoris carmen de paſſione.*

O M N I A

Studio MICHAELIS THOMASI

emendata, cum Notis eiusdem.

Græcarum vocum Latina interpretatio.  
 Index in Lactantium amplissimus.



M del Colleg° de  
 la Compa de Jesus de  
 Granada



A N T V E R P I A E,  
 Ex officina Christophori Plantini,

M. D. LXX.

Ex omnijs pte ger. li. Inquisitionis correcto est hic Liber ex. Exponitur  
 anni 1707 tom. I. pag. 148. verl. in Lactantio Firmiano.

Gaudens de Cardenales

A D A N T O N I V M  
P E R R E N O T V M C A R D.  
A M P L I S S I M V M.

S V M M A P R I V I L E G I I .

C A V T V M e s t Regio priuilegio, ne quis alius praeter Christoporum Plantinum, L. Cœlij Laetantij Firmiani Diuinuarum Institutionum libros v i i . De ira Dei, &c. studio Michaelis Thomasi emendatos, &c. intra sexennum imprimat, aut alibi impressos in suas ditiones importet, venalesve habeat. qui securus faxit, poena fisco Regio exoluenda multabitur: ut latius in Regio diplomate expressum est; Dato Bruxellæ, An. Domini M. D. L X I X. xxi. Augufti.

Signat.

I. de Witte.

N T E R cæteras animi cogitationes, ac studia, in quibus docti atque excellentis ingenij viri, nō solum rectè, atque utiliter versari, sed præclarè etiam, ac cum summa laude possunt etatem omnem collocare, duo mihi videntur esse præcipua: alterum multis præclaris que commentationibus de rebus maximis edendis; alterum in purgandis à mendis veterum scriptorum libris, qui præclaras huiusmodi disputationes sempiternis monumentis consignarunt. Nam, sicut illud magnam quandam ingenij copiam postulat, ut quis, post tam multa à doctissimis viris scripta edita, dignum aliquid nostro eruditio seculo commentari possit, ita alterum exactum iudicium, & summam diligentiam requirit. atque hac sanè in parte, fortasse hoc alterum utilius illo videri potest, quod ef-

A 2 ficit,

ficit, ut optima veterum scripta, quae sine  
hac diligentia saepe perniciosa sunt, nempe  
in quibus multa ab hereticis corrupta re-  
periuntur, hac cura adhibita, non solum  
integritati, sed prisco etiā nitori restituam-  
tur: quantoque præstantiora sunt veter-  
um scripta, quam nostra, tanto hoc stu-  
dium altero utilius videri potest. Quod  
quidem Pius V. Pontifex Max. recte in-  
telligens, & hoc studium diligenter Romæ  
tractari cupiens, præstantissimis quibus-  
dam Cardinalibus, & alius doctis viris  
curam purgandi à mēdis librum Decreto-  
rum Gratiani demandauit: inter quos me-  
vnum esse voluit. Ac sperandum est, si  
Deus huic Summo Pontifici vitam lon-  
giorem, ut boni omnes optant, concedat,  
breui libros omnes Ecclesiasticos quam  
emendatissimos esse prodituros. Nam Va-  
ticana bibliotheca tam multis, optimisque  
codicibus referta est, ut ex ea, & aliis,  
qua multæ in urbe sunt, facile hoc totum  
negotium confici possit. Verum dum in illo  
magnō & publico opere laboramus, qua  
ego priuato studio in emendandis Lactatijs

Firmia-

Firmiani libris effeci, nolui studiosis am-  
plius deberi. quos quidem libros auctori-  
tate veterum codicum, non solum à mul-  
tis mendis, que scriptorū incuria, vel  
alias ob causas irrepererat, repurgauimus;  
verum à multis erroribus, qui eis dolo ac  
fraude veterum hereticorum additi fue-  
rant, liberauimus. Nam, sicut negari non  
potest, errores aliquot in hoc auctore inue-  
niri, ita constanter affirmo multos fraude  
ac dolo hereticorum in eo esse suppositos,  
aut aliunde adfixos, ac quasi coagmen-  
tos. quis enim veterum unquam Lactan-  
tium, tanquam Manicheum damnauit?  
at fons, atq. origo istius heresios in eo, non  
in uno, sed pluribus in locis, ita adiectus  
erat; ut non Manichaeus, sed Lactantius  
illius erroris auctor fuisse videatur. que  
nos loca multis collatis antiquissimis codi-  
cibus ita emendauiimus, ut vix illa am-  
plius suspicio illius erroris in totis octo li-  
bris superfit. de diuinitate etiam filij vi-  
detur aliquot in locis obscurius, quam de-  
cebat esse loquitus; sed cum alibi clare de  
ea loquatur, necessario illa obscuriora ex-

his quæ apertiora sunt, intelligi debet, atq.  
explicari. Nam, quod aliqui huc auctore,  
tāquam Arij sectatorē accusant, ferendum  
nullo modo est, cum ipse ante Ariū vixerit,  
et scripsit. Verū, cum Ecclesia, non uno  
momēto cœperit, et adoleuerit, sed naturæ  
humanae imitatione, quādam quoq. pueri-  
tiam habuerit, cuenit huic, aliisq. scripto-  
ribus, qui in prima illa etate ecclesiæ vixe-  
runt, quod natura ipsa rerū ferebat, ut nō  
omnia plana explicataque haberent, et in  
multis, quāvis contra philosophos grauiter  
docteq. scriberent; eorū tamen errores, ac  
sonnia quēdā sectabantur. quod quidem,  
non de Lactantio solum. sed de aliis multis  
antiquis scriptoribus Hieronymus sapien-  
tissimè annotauit. cuius de hoc auctore iu-  
dicium, grauitatis est, ac prudentiæ plenum,  
et tam docto, sanctoq. viro dignissimum:  
cum cōtra, aliqui Patru, ac nostra etate,  
tam temere de hoc scriptore iudicarint, an-  
notatis lōgo indice multis ipsius erroribus;  
ut in quo vim recte iudicandi ostētare vo-  
luerunt, parū se iudicio valere doctis homi-  
nibus demonstrarint. Nam, cū dicunt illo,

aut

aut illo in loco prouidentiā, nō satis esse de-  
fensam, aut altero, atq. altero loco philoso-  
phorū opinōes nō bene esse refutatas, nō  
ne ij, dum nimis subtile videri volunt, pa-  
rum se videre ostendunt? qui si totos libros  
Lactatij legissent, prouidentiā constantissi-  
mè vbiique defensam vidissent, ac philoso-  
phos, ita reprehēsos, vt recte, ac verè de eo  
dixerit Hieron. Lactantiu in philosophis,  
et prisorum erroribus refutandis multo  
efficaciorem, quam in cōfirmandis, et sta-  
tuendis nostris fuisse. qui, tametsi in ea par-  
te refutādi excelluerit, in hac tamen altera  
mihi non parum videtur præstitisse. Nam  
de confessione duobus in locis tam clarè lo-  
quitur, ut nihil clarius dici possit: et de  
beneficiis, ac bonis operibus, ut vulgo iam  
receptis vocabulis vt amur, tam manifestè,  
ac si cōtra istos nostræ etatis commentitiae  
cuiusdam, ac planè nude, atq. inertis fidei  
assertores propriā disputationē suscepisset.  
hortatur verò magnopere, ut aduersa om-  
nia pro Christo, non solum fortiter, sed li-  
benter etiam feramus, ita, vtnihil magis,  
quā martyrium desiderasse videatur, que-

A 4 quidem

quidē omnia tanta sermonis elegantia trā-  
et, ut si solam in eo elegantiam spectare-  
mus, propter eam vñā à nobis maximè le-  
gendus esse videretur. quod sanè effecit, ut  
in ipso emendando maiori diligentia nobis  
vtendum esse constituerimus. quāvis enim  
in omnibus veteribus, præsertim ecclesia-  
sticis scriptoribus, hoc studium valde esset  
necessariū, ut collatis multis antiquis ex-  
emplaribus vnum optimum conficeremus;  
tamen hoc præcipue in his esset præstādum,  
qui curam aliquā, ac studium videntur in  
sermonis ornatu posuisse. Nam in illis satis  
est, si sensum teneamus; cum in his sēpe mu-  
tatio minima verborum, non solū venusta-  
tem omnē orationis, quam ipsi non viden-  
tur neglexisse, sed quod manus est, senten-  
tiā quoq; ipsam cōfundat, ac perturbet.  
Quare, cū duo præcipue sint inter Latinos  
scriptores, de Ecclesiasticis loquor, qui ve-  
rissimā Christianorum doctrinā, ornatum  
quoq; orationis addiderunt, Cyprianus, ac  
Lactantius; & illum ex hac eadē Romana  
bibliotheca diligentissimē emendatū habe-  
mus, necessariō fuit eadē cura in emandan-

do

do Lactantio adhibēda. quale verò ego ad-  
hibuerim, ac quibus codicibus in hoc libro  
emendando sim vñus, breuiter explicabo.  
Multis ab hinc annis, cum Bononiae iuri  
Pontificio, ac ciuili operā darem, neq; ta-  
men aliarum rerū bonos scriptores, præfer-  
tim ecclesiasticos, negligenter in bibliotheca  
Sancti Salvatoris vidi exemplar quoddam  
Lactati literis maiusculis scriptum, quod,  
ut ex vetustate, & literis ipsiis apparebat,  
fuerat ante octingētos, aut etiam mille an-  
nos exaratum. illarum enim literarū, quas  
maiusculas vocamus, libri, sicut ex colla-  
tione multorū codicum comperimus, ante  
Gothorum in Italiam irruptionē fuerunt  
scripti, ita illius antiquissimi codicis studio  
illetus, cū ipsum cœpisset cum editis codi-  
cibus conferre, vidi magnā quandam mul-  
tis in locis varietatē, clare tamē cognosce-  
bam, multo veriore ēsse antiqui exemplaris,  
quam vulgariū lectiōne. cumq; ab illis in-  
ris studijs feriati essent, omnia illius an-  
tiquissimi codicis, singula cum impressis di-  
ligenter conferens, perlegi, & quæ ab illo  
discrepabat, annotavi. quod non uno, atq;

A s altero,

altero, sed in sexcentis, & amplius locis facere me oportuit, cum tamen multo melior esset lectio antiqui codicis, quam omnium impressorum. eodē quoque tempore, & ex eadem bibliotheca habui alterum optimum exemplar, quod plerisq. in locis cum illo antiquo concordabat. Tandem verò, cum omnem diligentia in hoc scriptore emendando adhibendam mihi esse constituissem, omnia cum septē optimis exemplaribus Vaticanæ bibliothecæ contuli, que me, ut illum antiquissimum codicem valde probarem, vehementer confirmarunt. Ita, cum magnum quandam thesaurum inuenisse me iudicarem, rem totā ad Patruum meum Franciscum Thomasum Emporiensem episcopū virum optimum, & veterum Theologorum studiofissimum scripsi, qui mihi, ut omnino eum edere imperauit. quod cum tecū etiam conferre. Tu me, Cardinalis amplissime, ut hoc omnino sine ullamora facere impulisti. Ita, cū tuo, ac Patrui imperio amplius resistere, nec possem, nec vellem, rem totā tuæ voluntati permisi, librūq. & notas meas tradidi, ut omnia Plantino tuo imprimēda

man-

mandares. quid enim ego tibi non cōmitterem, cui Carolus V. Max. ac prudētissimus Imperator omnē imperij gubernationē aliquando commisit? quāuis, quæ tua est humanitas, minora hæc, non solum non asperneris, sed ea te magni facere aperte ostēdas. Eset quidem mihi latissimus campus, si de tuis laudibus longa oratione agere vellem, sed præter rem facerē, si in hoc loco longum de ea re sermonem susciperem, cū virtutes tuæ, non solum omnibus prouincijs, ac Regnis, sed singulis alicuius nominis viris, ita sint nota, ut mea omnis de his oratio superuacanea videri posset. hoc vñū silere non possum, magnitudinem illam animi, qua bonos omnes amicissime complectēteris, & quantum vales, vales autem plurimum, eos iuuare & ornare conaris, bonis omnibus maximè probari. quod quidem, cum sit Dei optimi Max. proprium, valde decet Principes, præsertim ecclesiasticos, hoc officij genus diligenter sectari. Vale, & nos anima. Romæ iiiij. Non. Ianuarij.  
M. D. L X V I I I .

INDEX

INDEX IN LACTANTIVM  
PER CAPITA.

CAPITA XXIII,  
LIBRI I.

**D**e veti cognitione, & religione, & sapientia. Cap. i, Fol. 1.  
De prouidentia ii, 5  
De mundi rectione iii, 6  
De testimoniis prophetarum de uno vero Deo iii, 9  
De testimoniis poetarum & philosophorum v, 10  
De testimoniis diuinis, & de Sibyllis, & earu carminibus vi, 14  
De testimoniis ex responsis vii, 17  
De Deorum cultu, & ortu. iiii, 19  
De Hercule, & eius vita, & morte ix, 21  
De Aesculapij, Apollinis, Martis, Caftoris, & Pollucis, Mercurij, & Liberi vita, & gestis x, 22  
De louis ortu, vita, regno, nomine, & morte, & de Saturno, & Vrano xi, 2, 4  
De interpretatione deorum ex sententia Stoicorum ad physican rationem fabulas traducetium xii, 33  
Stoicorum illa sententia euersa, & ibi de louis ortu, Saturno, & Ope xiii, 35  
De Eueneri historia: & ibi de Saturno, Ope, Cetere, Titane, Neptuno, Junone, Plutone, Glauca, & eorum ortu, & casibus xiii, 37  
Quomodo, cum fuerint illi homines, Dij fuerint nominati xv, 38  
De Drotum sexu & ortu xvi, 43  
De Stoicorum eadem sententia, & ibi de Deorum arctumis, & turpitudinibus xvii, 44  
De Deorum cōsecratione propter beneficia xviii, 47  
De cultu Dei veri, & falsorum xix, 50

De Diis Romanorum propriis, & eorum sacris xx, 50  
De diis Barbarorum quibusdam propriis, & eorum sacris: & item de Romanis xxi, 55  
De Natura introductione religiosis, Fauni, Orphei, Melissae xxii, 62  
De vanarum superstitionum atavibus, & temporibus xxiii, 65  
  
**C A P . X X I X . L I B . I I .**  
D E Dei obliuione. Cap. I. fol. 67  
De simulachris, & vero Dei simulacro & cultu. ii, 70  
De literarum errore iii, 73  
De simulachris, ornamentisque templorum, & eorum contemptru. iii, 77  
De Dei veri cultu, deque elementis, & astris v, 82  
De Deo, & religionibus insipientium, & maiorum auctoritate vi, 87  
De rationis vsu in religione: deque somniis, auguriis, oraculis, talibusque portentis vii, 90  
De diabolo, mundo, Deo, prouidentia, homine & eius sapientia. iii, 93  
De mundo, eiusque partibus, elementis, & tempesatibus. ix, 101  
De animantibus, homine, Prometheo, Deucalione, Parcis. x, 105  
De animantium ortu, & hominem xi, 108  
De hominis ortu, morte, celo & terra, & peccato primorum parentum, & annis, & mensibus xii, 111  
De Noe, & cursibus syderum, & otio falsarum religionum xii, 114  
De damonibus xiii, 116  
De damonum potestate, in que superstans xv, 117  
De damonum fallacibus intentionis, 52

tis, & portentis xvi, 118  
De Dei patientia, & vltione, damnorum cultu, & falsis religiōnibus xvii, 121  
De simulachrotū, & terrenarum rerum cultu xviii, 123  
De philosophis: deque veritate xix, 124  
C A P . X X I X . L I B . I I I .  
D E veritate, & eloquentia Cap. i, folio 82, 5  
De philosophia, eaque reprehensa ii, 127  
De philosophia, & Academia iii, 128  
De philosophorum varietate iii, 130  
De vsu, & Academicis v, 132  
De sapientia, Academicis & physiciis vi, 132  
De philosophia ethica, & summo bono vii, 135  
De summo bono, & animi, & corporis voluptatibus, & virtute iiii, 136  
De summo bono, & cultu Dei veri ix, 141  
De summo bono, & religione, & hominis natura & pecudum x, 143  
De religione, & sapientia, & sommo bono xi, 144 (xii, 146)  
De anima, & corpore, & vittute  
De summo bono in immortalitate, sapientia, philosophia & eloquentia xiii, 150  
De Epicuro, & philosophia, & Cicero xiii, 153  
De philosophia, & vera sapientia xv, 155  
De pricipiendo, & augendo, & philosophia xvi, 156  
De philosophia: & indulgentia Epicuri xvii, 156  
De pythagoricorum, & Stoicorum disciplina: & morte voluntaria xviii, 166  
De Socratis disciplina, & dictis xix, 171  
De Platonis disciplina & praecipitis xx, 173

**D e Platonis praeceptis: ibique ea reprehensa** xxi, 175  
**D e erroribus quorundam philosophorum: & ibi de Sole, & Luna** xxii, 176  
**D e Antipodibus, & celo, & sydreibus** xxiii, 178  
**D e philosophia, & gradibus ad illam** xxiii, 180  
**D e Dei doctrina, & philosophiae difficultate** xxv, 181  
**D e philosophorum praeceptis, & eorum varietate** xxvi, 182  
**D e vera religionē, natura, fortuna, & philosophia** xxvii, 185  
**D e fortuna, & virtute** xxviii, 187  
**D e Dei veri cognitione, & ea sapientia** xxix, 190  
**C A P . X X X . L I B . I I I I .**  
**D e priore religione, & defensione à Deo, & septem sapientibus** Cap. I. Fol. 192  
De sapientia intentione ii, 194  
De sapientia, & religione: deque iure patris, & domini iii, 195  
De sapientia itidē, & religione: & iure patris & domini iii, 197  
De prophetis, & eorum temporibus v, 199  
De Dei filio: deque eo testimonio vi, 200  
De nomine I E S V C H R I S T I vii, 202  
De ortu I E S V in spiritu, & incarnatione de Spiritibus: & ibi testimonia prophetarum iiii, 203  
De verbo Dei ix, 205  
De I E S V aduentu & Iudacione casibus, & rectione x, 206  
De I E S V aduentu, & prædictis prophetarum xi, 208  
De I E S V ortu ex Virgine, & vita, & morte, resurrectione: deque iis rebus testimonia prophetarum xii, 210  
De I E S V Deo, & homine: deque eo testimonia prophetarum xiiii, 213  
De I E S V sacerdotio: deque eo ipso testimonia prophetarum xiii, 217

De Iesu vita, & miraculis: deq;  
 iis testimonia xv, 220  
 De Iesu passione, & ea praedi-  
 cta xvi, 223  
 De fiduciarum religionibus, odio  
 in Iesu m: & ibi testimonia  
 xvii, 226  
 De Iesu passione, & ea praedi-  
 cta xviii, 229  
 De Iesu Morte, sepultura, &  
 resurrectione: ibique de iis rebus  
 praedicta xix, 233  
 De Iesu, & Galilaea, & de te-  
 stamens xx, 233  
 De Iesu ascensione, eaque praedi-  
 cta: & discipulorum predicatione,  
 & gestis xxi, 237  
 Argumenta contra Iesu incar-  
 nationem xxii, 237  
 De praecipiendo, & agendo  
 xxiii, 238  
 Eusebii corrum argumentorum:  
 itidemque de praecipiendo, &  
 agendo xxiv, 240  
 De Iesu aduentu, & carne, &  
 spiritu xxv, 243  
 De cruce Iesu, & exortis tor-  
 mentis xxvi, 244  
 De crucis virtute: & ibi de da-  
 monibus xxvii, 249  
 De spe, & vera religione: & super-  
 stitione xxix, 251  
 De religione Christiana, & de  
 Iesu cum patre coniunctione  
 xxix, 253  
 De hereticis, & superstitionibus:  
 deque iis vitandis xxx, 255  
 Cap. xxi, lib. v.  
**D**e iudicando, pertinacia perfido-  
 rum, eloquentia, & veritate  
 Cap. I, Fol. 258  
 De impugnatione Christiane re-  
 ligionis ii, 261  
 De veritate Christianorum, & ad-  
 uersariorum vanitate iii, 264  
 De fe, & Tertulliano, & Cypri-  
 ano iii, 267  
 De iustitia: primis seculis, &  
 posterioribus v, 268  
 De virtutis temporum depravatu-  
 rum vi, 270

**C A P I T A   X X V ,**  
**L I B .   V I .**

**D**e Dei veri cultu, & innocen-  
 tia: & cultu falsorum Deorum  
 Cap. I, Fol. 314  
 De falsorum itidem Deorum, &  
 veri Dei cuku ii, 315  
 De viis vita: ibi de virtutibus, &  
 virtutibus: de eis præmiis, & in-  
 fernorum pœnis iii, 318  
 De virtutis iridem vita, & voluptu-  
 bus, & incommodeis Christiano-  
 rum iii, 320  
 De falsa virtute, & eadem vita: &  
 scientia v, 324

De

**D**e summo bono: & virtute, scien-  
 tia, iustitia vi, 326  
 De via erroris, & veritatis vii, 330  
 De erroribus philosophorum: &  
 varietate legum viii, 332  
 De lege, & præcepto Dei: & misericordia: & errore philosophorum  
 ix, 333  
 De religione erga Deum: & mi-  
 sericordia erga hominem: deq;  
 mundi principio x, 336  
 De personis, in quas beneficium  
 sit conferendum xi, 340  
 De generibus beneficentia, & ope-  
 bus misericordia xii, 343  
 De penitentia, misericordia, & pec-  
 catorum venia xiii, 349  
 De affectibus: deque iis ibi Stoico-  
 rum sententia: & de virtute, vi-  
 tuis, & misericordia xiii, 350  
 De affectibus: deque iis peripateti-  
 corum sententia xv, 352  
 De affectibus: & de iis peripateti-  
 corum illa sententia euerfa  
 xvi, 354  
 De virtute: & Christianorum  
 cruciatibus: & iuste patris, &  
 domini xiiii, 299  
 De vanitate, & sceleribus impia-  
 rum religionum, & Christiano-  
 rum cruciatibus xix, 301  
 De cultu Deorum, & Dei veri, &  
 Aegiptiaturum bestiarum xx, 306  
 De clamorom furiis, & errore  
 infidelium xxi, 308  
 De iustitia, & patientia Christiano-  
 rum xxii, 309  
 De Dei vltione xxiii, 313

**D**e affectibus itidem, eorumque  
 vsu xix, 364  
 De sensibus, & eorum voluptati-  
 bus brutorum, & hominis: deq;  
 oculorum voluptate, & specta-  
 culis xxii, 365  
 De aurum voluptatibus: & sacris  
 literis xxi, 370  
 De saporis, & odoris voluptatibus  
 xxii, 371  
 De tactus voluptate, & libidine,  
 & matrimonio, & continentia  
 xxiii, 372  
 De poenitentia, venia: & præce-  
 ptis Dei xxiii, 376  
 De sacrificio, deque dono Deo di-  
 gno xxv, 380

**C**ap. xxvi, lib. vii.  
**D**e mudo: atque ibi reprehensi-  
 onis perfidorum. Cap. I, Fol. 383

**D**e errore philosophorum, & di-  
 uina sapientia ii, 386  
 De natura, Deo, mundo: atque ibi  
 reprehensi Stoici, & Epicurei  
 iii, 388  
 De homine, & mundo iii, 392  
 De hominis creatione: & disposi-  
 tione mundi: deq summo bono  
 v, 394  
 De cultu Deorum vi, 399  
 De philosophorum varietate, co-  
 rumque veritate vii, 400  
 De immortalitate viii, 402  
 De extinzione animæ: deque vir-  
 tute ix, 404  
 De virtutibus, & virtutibus: vita, &  
 morte x, 407  
 De temporibus postremis: deque  
 anima, & corpore xi, 408  
 De anima itidem, & corpore: deq;  
 eorum coniunctione, & difces-  
 su, & reditu illius xii, 410  
 De anima: deque eius resurrectio-  
 ne testimonia xiii, 414  
 De mundi temporibus primis, &  
 postremis xiii, 415  
 De mundi vastatione, & mutatio-  
 ne imperiorum xv, 418  
 De nundi itidem vastatione, eiusq;  
 prodigiis xvi, 421  
 De falso propheta, & incommo-  
 dis piorum, & illius internecio-  
 ne xvii, 423  
 De mudi casibus in extremo: deq;  
 iis predictis à variis xix, 424  
 De aduentu Christi ad lu-  
 dicium: & falso propheta de-  
 dicto xix, 425

**D**e Christi iudicio de  
 Christianis: deq; anima xx, 427  
 De cruciatibus, & præmiis anima-  
 rum xxi, 428

De errore poëtarum: deque redu-  
 tu animæ de infernis, xxii, 430  
 De resurrectione animæ ibique de  
 ea re testimonia xxiiii, 432  
 De renouato mundo xxiiii, 433  
 De postremis temporibus, deque  
 virbe Roma xxv, 436  
 De Daemonis emissione: alteroque  
 maximo iudicio xxvi, 437  
**C A P .**

CAP. XXII, LIBRI DE IRA DEI.	tatio	Cap. 1, Fol.	488
Proemium: in quo de sapientia diuina, & humana. Cap. 1, fol. 443	De generatione belluarum, & ho- minis	ii, 490	
De veritate, deque eius gradibus: & Deo	De conditione pecudum, & ho- minis	iii, 492	
De bonis, & malis in rebus huma- nis, eorumque auctore	De imbecillitate hominis. iii, 495		
De Deo: deque eius affectibus, & ibi Epicuri reprehensio	De figuris animalium, & mem- bris	v, 498	
De Deo: deque eo de Stoicorum sententia: de ira, & gratia eius	De Epicuri errore: & membris eorumque vobis	vi, 500	
	De partibus omnibus corporis		
	vii, 502		
De sententia de Deo tuenda Chri- stianis	De hominis partibus: & ibi de oculis, & auribus	viii, 504	
De homine, & brutis, & religione	De sensibus, eorumq; vi	ix, 507	
vii, 451	De hominis membris ex tenui- bus, eorumque vobis	x, 508	
De religione	De intestinis in homine, eorumq; vobis	xi, 512	
Dei prouidentia: deque sen- tentias illi repugnantibus	De vetero & conceptione, & sexi- bus	xii, 515	
De mundi ortu: & rerum natura: & Dei prouidentia	De membris inferioribus. xiii, 517		
De Deo, & que vno	De intestinorum quorundam igno- tatione	xiv, 518	
De religione, & Dei timore	De voce	xv, 519	
xii, 465	De mente, & eius sede	xvi, 520	
De mundi, & temporum com- modo, & vobis	De anima: deque ea sententia phi- losophorum	xvii, 523	
De homine, eiusque coniunctus	De anima, & animo, eorumque affectionibus	xviii, 524	
xiii, 469	De anima, eaq; à deo data. xix, 526		
De peccatis, Deo, & homine	De seipso, & veritate	xx, 527	
xv, 470			
De Deo: eiusque ira, & gratia: & affectibus	CAP. VITI, EPI TOME.		
De Dei cura: & ira	D E iustitia, sapientia, stultitia		
xvii, 473	i, 529		
De peccatis vindicandis.	De vita virtutis: atque ibi de iustitia officiis, & primis mundi tem- poribus	ii, 532	
xviii, 476	De voluptatibus sensuum coer- cendis	iii, 535	
De anima, & corpore, deque pro- uidentia	De innocentia: atque ibi præcepta eorum, quæ veantur	iii, 536	
xix, 478	Præcepta eorum, quæ iubentur:	iii, 537	
De peccatis: & Dei misericordia	ibid; de misericordia	v, 538	
xx, 479	De fide in religione: & fortitudi- ne: deque fide in matrimonio	vi, 540	
De ira Dei, & Hominis	De Deo, mundo, & homine, ani- ma immortaliitate	vii, 544	
xxi, 481	De postremis temporibus. viii, 547		
De peccatis: deque iis maximis re- citat: versus Sibyllæ			
xxii, 482			
De Dei ira & punitione: deque ea Sibyllacum camina recitata: ca- stigatio præterea: & adhortatio			
xxiii, 483			
CAP. XX, LIBRI DE OPI- FICIO DEI.			
P Rotem ad Demetrianum de opificio Dei ibiq; adhor-			

L. COELII LACTANTII  
FIRMIANI, DIVINARVM  
INSTYTUTIONVM  
LIBER I.

Defalsa religione.

M AGNO, & excellenti ingenio viri, cum se  
doctrina penitus dedissent; quicquid laboris  
poterat impendi, contemptis omnibus & pri-  
uatis, & publicis actionibus, ad inquirēdā ve-  
ritatis studium contulerunt; exigitantes,  
multo esse præclarius, humanarum, diuinarumq; rerum  
inuestigare, ac scire rationem: quam struendis opibus, aut  
cumulandis honoribus inherere. Quibus rebus, quoniam  
fragiles, terrenaq; sunt, & ad solius corporis pertinent cul-  
tum; nemo melior, nemo iustior fieri potest. Erat illi qui-  
dem veritatis cognitione dignissimi; quam scire tantopere  
cupauerunt; atque ita, vt ea rebus omnibus anteponerent.  
nam & abieciisse quodam res familiares suas, & renun-  
tiasse vniuersis voluptatibus constat; vt sola, nudamq; vir-  
tutem, nudi, expeditiæ, sequerentur: tantumq; apud eos  
virtutis nomine, & auctoritas valuit; vt in ipsa summi boni  
præmium esse iudicarent. Sed neque adepti sunt id, quod  
volebant: & operam simul, atque industriam perdiderūt:  
quia veritas, id est arcanum summi dei, qui fecit omnia;  
ingenio, ac propriis sensibus non potest comprehendendi. alioqui  
nihil inter Deum, hominemq; distaret; si consilia, & dis-  
positiones illius maiestatus aeterna cogitatio assequeretur  
humana. Quod quia fieri non potuit, vt homini per seipsum  
ratio diuina notesceret: non est passus hominem Deus hu-  
men sapientiae requirentem, diutius oberrare; ac sine ullo  
laboris

Gelafij confit  
hos Lactantij librum  
apochrijphos, quod  
nonnulli erroribus  
sunt respergi.



laboris effectu vagari per tenebras inextricabiles. aperuit oculos eius aliquando; & notionem veritatis munus suum fecit: vt & humanam sapientiam nullam esse monstraret; & erranti, ac vago viam consequenda immortalitatis ostenderet. Verum quoniam pauci vtuntur hoc calesti beneficio, ac munere; quid obvoluta in obscuro veritas latet; eaq; vel contemptui doctis est, quia idoneis \* assertionibus eger; vel odio indoctis, ob insitam sibi austерitatem; quam natura hominum proclivius in vitia pati non potest: (nam quia virtutibus amaritudo permista est; vitia vero voluptate condita sunt; illa offensi, hac deliniti feruntur in praeceps; ac bonorum specie falsi, mala pro bonis amplectuntur) succurrendum esse his erroribus credidi: vt & docti ad veram sapientiam dirigantur; & indocti ad veram religionem. Quae professio multo melior, utilior, gloriior putanda est; quā illa oratoria, in qua diu versati, nō ad virtutem, sed plane ad argutam malitiam iuuenes eruditabam. Multo quippe nunc rectius de praeceptis caelestibus differemus; quibus ad cultum verae maiestatis mentes hominum instituere posimus, nec rā de rebus humanis beneretur, qui scientiam bene dicendi afferat; quam qui pie, atque innocenter docet viuere. in circa maiore in gloria philosophi, quam oratores fuerunt apud Gracos. Illi enim recte viuendi doctores sunt existimati: quod est lōge praestabilius: quoniā bene dicere, ad paucos pertinet; bene autem viuere, ad omnes. Multum tamē nobis exercitatio illae factarum litium contulit, vt nunc maiori copia, & facultate dicendi causam veritatis peroremus. qua licet possit sine eloquentia defendi, vt est à multis sape defensa: tamen claritate, ac nitore sermonis illustranda, & quodam modo differenda est; vt potentius in animos influat & vi sua, & instructa religione, et luce orationis ornata. De religione itaq; nobis, rebusq; diuinis instituitur disputatio. Nā

3  
si quidā maximi oratores professionis sua quasi veterani, decursis operibus actionum suarū, postremo se philosophia tradiderunt; eamq; sibi requiem laborū iustissimam putauerunt, si animos suos in earū rerū, que inueniri non poterant, inquisitione torquerent; vt non tam otium sibi, quam negotium quāsse videantur, & quidem multo molestius, quam in quo fuerant ante versati: quanto iustius ego me ad illam piam, veram, diuināq; sapientiam, quāse ad portum aliquem tutissimum, cōferam; in qua omnia dē cōtra prona sunt, auditis suauia, facilia intellectu, honesta saceptū. Et si quidam prudentes, & arbitri aequitatis, institutiones ciuilis iuris compositas ediderunt; quibus ciuium disidentiū lites, contentionesq; sopivent: quanto melius nos, et rectius diuinas institutiones literis persequemur; in quibus non de stolidijs, aut aquis arcendis, aut de manu conferenda, sed de spe, de vita, de salute, de immortalitate, de deo loquemur; vt superstitiones mortiferas, erroresq; turpisimos sopiamus?\* Quod opus nunc nominis tui auspicio viro inchoamus Constantine Imperator Maxime. Qui primus Romanorū principum, repudiatis erroribus, maiestatē Dei singularis, ac veri & cognouisti, & honorasti. Nā cum ille dies felicissimus orbi terrarum illuxisset, quo te Deus summis ad beatum imperij culmē euexit: salutare vniuersis, & optabilem principatum preclaro initio auspiciatus es; cū eversam sublatamq; iustitiam reducens, tēterrīm̄ aliorum facinus expiasti. pro quo facto dabit tibi Deus felicitatē, virtutē, diuturnitatē: vt eadem iustitia, qua iuuenis exorsus es, gubernaculum Reipub. etiam senex teneas; tuisq; liberis, vt ipse à patre accepisti, tutelā Romani nominis tradas. Nā malis, qui adhuc aduersus iustos in alijs terrarum partibus seiuunt; quanto serius, tanto vehementius idē omnipotens mercedem sceleris exoluet: quia vt est erga pios indulgetissimus pater, sic aduersus impios rectissi-

simus index. Cuius religionem, cultumq; diuinum cupiens defendere, quem potius appellem, quem alloquar, nisi eū, per quem rebus humanis iustitia, & sapientia restituta est? Omis̄ ergo huiusc terrena philosophia auctoribus, nihil certi afferentibus, aggrediamur viam rectam. quos equidem, si putarem satis idoneos ad bene viendum ducere esse, & ipse sequerer; & alios, ut sequentur, hortarer. Sed cum inter se magna concertatione disideant, secumq; ipsi plerunque discordent: appareat eorum iter nequaquam esse directum: siquidem sibi quique, ut est libitum, proprias vias impresserūt, confusioneq; magnam querentibus veritatem reliquerunt. Nobis autem, qui sacramentum verae religionis accepimus; cum sit veritas ruelata diuinitus; cum doctorem sapientiae, ducemq; veritatis Deum sequamur: vniuersos sine vlo discrimine vel sexus, vel atatis ad cælestē pabulum conuocamus. Nullus enim suauior animo cibus est, quā cognitio veritatis. cuius afferenda, atq; illustrāda septem volumina destinauimus: quamuis ea res infiniti penè sit operis, & immensi. ut si quis hac dilatare, atque exequi plenissime velit: tanta illi rerum copia exuberet, ut nec libri modum, nec finem reperiatur oratio. sed nos itcirco breuiter omnia colligemus; quod ea, quæ allaturi sumus, tam clara sunt, & lucida; ut magis mirū esse videatur, tā obscuram videri hominibus veritatem, & ijs præcipue, qui sapientes vulgo putantur: vel quod tantummodo instituendi nobis homines erunt, hoc est ab errore, quo sunt implicati, ad rectiorem viam reuocandi. Quod si fuerimus (ut spero) asecuti: mittemus eos ad ipsum doctrinæ vberimum, ac plenissimum fontem: ac cuius haustu, \*atque potu, conceptam visceribus sitim sedent, ardoremq; restinguant. Eruntq; illis omnia facilia, prona, manifesta: modo ne pigeat ad percipiendam sapientia disciplinam, legendi, vel audiendi patientiam commodore.

dare. Multi enim superstitionibus vanis pertinaciter inherentes, obdurant se contra manifestam veritatem, non tā de suis religionibus quas prae afferunt, benemeriti, quā de se male: qui cum habeant iter rectum; deuios sequuntur anfractus, planum deserunt, vt per præcipitū labatur, lucem relinquant, ut in teuebris ceci, ac debiles iaceant. His consulendum est, ne contra se pugnant; velint q; se tandem ab inueteratis erroribus liberari. quod vtq; facient; si, quare sint nati, aliquando peruident. Hec enim prautatis est causa, ignoratio sui. quam si quis cognita veritate discusserit: sciet quid referenda, & quemadmodum sibi vita degenda sit. Cuius scientia summa breuiter circumscribo: ut neque religio vlla sine sapientia suscipienda sit; nec vlla sine religione probanda sapientia.

Suscepto igitur illustranda veritatis officio, non putaui adeo necessitū ab illa quæstione principium sumere, quæ videtur prima esse; natura sit ne prouidentia, quæ rebus omnibus consulat; an fortuitu vel facta sint omnia, vel regantur. Cuius sententia auctor est Democritus, confirmator Epicurus. Sed & antea Protagoras, qui deos in dubium vocauit; & postea Diagoras, qui exclusit; & aliij nonnulli, qui non putauerunt deos esse: quid aliud effecerunt, nisi ut nulla esse prouidentia putaretur: quos tamen & ceteri philosophi, ac maxime Stoici acerrime retuderunt, \*dicentes, nec fieri mundum sine diuina ratione potuisse; nec constare, nisi summa ratione regeretur. Sed & M. Tullius, quamvis academica disciplina defensor esset, de prouidentia gubernatrice rerum & multa & saepe disseruit, Stoicorum argumenta cōfirmandi; & noua ipse afferebant plurima. quod facit tū in omnibus sua philosophia libris, sum maxime in ijs, qui sunt de natura deorum. Nec difficile sane fuit, paucorum hominū præse sentientium regarduere mēdacia testimonio populorū, atq; gentiū in hac

gerantur

docentes

vna re non disidentium. Nemo est enim tam rufis, tam seris moribus; quin oculos suos in calum tollens, tamen si nesciat cuius dei prouidentia regatur hoc omne, quod certitur; non aliquam tamen esse intelligat ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, vtilitate, pulchritudine, temperatione: nec posse fieri, quin id, quod mirabiliter ratione constat, consilio maiori aliquo sit viue instructum. Et nobis\* itaque facilissimum est, exequi hanc partem quamlibet copiose. Sed quia multum inter philosophos agitata res est, & prouidentiam tollentibus, satis responsum videtur ab hominibus argutis, & eloquentibus; & de solertia diuinæ prouidentiæ per totum hoc opus, quod suscepimus, sparsim nos dicere necesse est: omittamus in præsenti hanc questionem, qua cum ceteris sic coheret; vt nihil à nobis differi posse videatur, vt non simul de prouidentia disceratur.

<sup>3</sup> Sit igitur nostri operi exordiū quæstio illa consequēs, ac secunda: Vtrum potestate unius dei mundus regatur, an ne multorū. Nemo est quidem, qui sapiat ratione, secum putet; qui non unum esse intelligat, qui & condiderit omnia, & eadem, qua cōdedit, virtute moderetur. Quid enim multis opus est ad mundi regimen sustinendum? nisi forte arbitremur, si plures sint, minus habere singulos nervorū, atque virium. Quod quidē faciunt iij, qui esse multos volunt, quia necesse est imbecilles esse: siquidem singuli sine auxilio reliquorum, tanta molis gubernaculum sustinere non possent. Deus autē, qui est eterna mens; ex omni vtiq, parte perfecta, consumatāq, virtutis est. Quod si verum est; unus sit, necesse est. Potestas enim, vel virtus absoluta, retinet suam propriam firmitatem. Id autem solidum existimandum est, cui nihil decidere; id perfectum, cui nihil posse accedere. Quis dubitet potenissimum esse regem, qui totius orbis habeat imperium? neque immerito: cum illius

illius sint, que ubiq, sunt omnia: cam ad eum solum omnes undiq, copia congerantur. At si plures partiantur orbe: minus certe opum, minus virum singuli habebunt, cum intra præscriptam portionem se quisque contineat. Eodem etiam modo dīj, si plures sint, minus valebunt, alii tantundem in se habentibus. Virtutis autem perfecta natura non potest esse nisi in eo, in quo totum est; non in eo, in quo pars exigua de toto est. Deus vero, si perfectus est (\*nam perfectus est) vt esse debet: nō potest esse nisi unus, quia vt in eo sint omnia. Deorum igitur virtutes, ac potestates infirmiores sint necesse est: quia tantum singulis deerit, quantum in ceteris fuerit. ita quanto plures, tanto minorerentur. Quid, quod summa illa rerum potestas, ac diuina vis ne semel quidem diuidi potest? Quicquid enim capit diuisionem; & interitū capiat necesse est. Si autem interitus procul est à Deo, quia incorruptibilis est, & aeternus: consequens est, vt diuidi potestas diuina non possit. Deus ergo unus est; si nihil esse aliud potest; quod tantundem capiat potestatis. & ij tamen, qui multos esse arbitrantur: officia inter se dicunt esse partitos. de quibus omnibus suo loco diffutabimus. Illud interim, quod ad præsentem locum pertinet, teneo. Si partiti sunt inter se officia, eodem reuoluitur res, vt ex ijs quilibet sufficere omnibus nequeat. Perfectus igitur non erit, qui cessantibus caret, non potest omnia gubernare. Ita fit, vt ad regendum mundum unius perfecta virtute magis opus sit, quam imbecillitate multorum. Qui autem putat hanc tantam magnitudinem non posse ab uno regi, fallitur.<sup>\*</sup> Nec quanta sit vis, potest asq, diuina maiestatis intelligi; si existimat, singularem Deum, qui facere mundum potuit, eundem regere non posse, quem fecit. At si concipiatur animo, quanta sit diuini huius operi immensitas: cum antea nihil esset, tamē virtute, atque cōsilio dei ex nihilo esse conflatā: quod neque.

opus nisi ab uno inchoari, perficiq; non potuit: iam intelliger, multo facilius esse ab uno regi, quod est ab uno constitutum. Dicat fortasse aliquis, ne fabricari quidem tam immensum opus mundi, nisi a pluribus potuisse. quamlibet multos, quamlibet magnos faciat: quicquid in multis magnitudinis, potestatis, virtutis, maiestatis: q; posuerit; id totū in unum confero, & in uno esse dico: ut tantum in eo sit istarum rerum, quantū nec cogitari, nec dici potest. Quia in re, quoniam & sensu deficitus, & verbus; quia neque cantha \*tantæ intelligentie lucem pectus humanum; neque explanationem tantarum rerum capit lingua mortalis: id ipsum intelligere nos oportet, ac dicere. Video rursus quid è contrario dici posse. Tales esse illos plures, qualē nos volumus quoniam unum. At hoc fieri nullo pacto potest, quod singulorum potestas progredi longius non valebit, occurrentibus sibi potestatisbus cæterorum. Necesse est enim, ut suos quisque limites aut transgredi nequeat; aut si transgressus fuerit, suis alteram finibus pellat. Non vident, qui deos multos esse credunt, fieri posse, ut aliquid diuersum velint: ex qua re disceptatio inter eos, & certamen oriatur, sicut Homerius bellantes inter se deos finxit; cum alijs Troiam capi vellet, alijs repugnarent. Unius igitur arbitrio mundū regi, necesse est. Nisi enim singularum partitum potestas ad unā prouidentiam referatur: non poterit summa ipsa constare; unoquoque nihil curate amplius, quam quod ad eum proprie pertineat: sicut ne res quidem militaris, nisi unum habeat ducem, atque rectorem. Quod si in uno exercitu tot fuerint imperatores, quot legiones, quot cohortes, quot cunei, quot ale: primum nec instrui poterit acies, unoquoque periculum recusante; nec regi facile, aut temperari; quod suis propriis consiliis viantur omnes; quorū diuersitate plus noceant, quam profint. sic in hoc rerum natura imperio, nisi unus fuerit, ad quem totius summa cura referatur:

vniuersa

vniuersa soluentur, & corrent. Dicere autem, multorum arbitrio regi mundū: tale est, quale si quis affirmet, in uno corpore multas esse mentes; quoniam multa, & varia sunt ministeria membrorum; vt singulos corporis sensus, singula mentes regere credantur: item multi affectus; quibus commoueri solemus vel ad iram, vel ad cupiditatem, vel ad latitatem, vel ad metum, vel ad miserationem; vt in his omnibus totidem mentes putentur operari. quod si quis profecto dicat: ne ipsam quidem, quae una est, habere videatur. Quod si in uno corpore tantarum rerū gubernationem mens<sup>hū</sup> una viam. manū possidet, & vniuersis simul intenta est: cur aliquis existimet, mundum non posse ab uno regi, à pluribus posse? Quod quia intelligunt isti assertores Deorum: ita eos praesse singulis rebus, ac partibus dicunt; ut tantum unus sit tamen rex eximus. Iam ergo ceteri non dī erunt, sed satellites, ac ministri; quos ille unus maximus, & potens omnium officiis his præfecit; & ut ipsi eius imperio, ac nutritiū seruit. & Si vniuersi pares non sunt: non igitur dī omnes sunt. Nec enim potest hoc idem esse, quod seruit, et quod dominatur. Nam si Deus est nomen summa potestatis; incorruptibiliū esse debet, perfectus, impaſſibiliū, nulli rei subiectus. Ergo dī non sunt, quos parere uni maximo Deo necessitas cogit. Sed quia non frustra falluntur, qui hoc ita putant: causam huius erroris paulo post aperiemus. Nam unitate diuina potestatis testimonii comprobemus.

Prophetæ, qui fuerunt admodum multi, unum Deum 4 predican, unum loquuntur: quippe qui unius Dei spiritu pleni, quæ futura essent, pari, & consona voce prædixerunt. At enim veritati expertes, non putant his esse credendum. Illas enim non dilinas, sed humanas voces fuisse aiunt. Videlicet quia de uno Deo præconium faciunt; aut insani, aut mendaces fuerunt. At qui impleta esse in ple- fallaces risque quotidie illorum vaticinia videmus: et in unam sen-

A 5 tentiam

tentiam congruens diuinatio, docet nō fuisse furiosos. Quis enim mentis emota, nō modo futura præcincere, sed etiā co  
harētia loqui posſit? Nū ergo fallaces erāt, qui talia loque  
bātur? quid ab his tam lōge alienū, quām ratio fallendi, cū  
ceteros ab omni fraude cohiberet? Iccirco enim à Deo mit  
tebātur; vt & præcones effent maiestatis eius; & correcto  
res prauitatis humanae. Præterea volūtas fingendi, ac men  
tiendi eorū est, qui opes appetunt, qui lucra defyderāt. quæ  
res procul ab illis sanctis viris absuit. Ita enim delegato sibi  
officio functi sunt, vt derelictis omnibus ad tutelā vita ne  
cessariis, nō modo in futurū, sed ne in diē quidem labora  
rent, contenti extemporalī cibo, quē Deus subministrasset.  
& hi non modo quæſtū nullum habuerunt, sed etiam cru  
ciatus, atq; mortem. Amara sunt enim vitiosis, ac male vi  
uentibus præcepta iustitia. Itaq; q̄, quorum peccata et ar  
guebantur, & prohibebantur; excruciatos eos acerbissime  
necauerunt. Ergo à quibus absuit ſtudium lucris; abſuite  
etiam voluntas, & cauſa fallendi. Quid, quod aliqui eorū  
poterat principes aut etiā reges fuerunt, in quos cadere non posset  
ſuspicio cupiditatis, ac fraudis; & tamen præconium de  
ſingularis, eadem, qua ceteri, diuinatione fecerunt?

Sed omittamus ſane testimonia prophetarum: ne minus  
idonea probatio videatur effe ab his, quibus omnino nō cre  
ditur. Veniamus ad autores: et eos ipſos ad veri probatio  
nem testes citemus, quibus cōtra nos vti ſolēt: poētas dico,  
ac philosophos. ex his vnu Deum probemus necesse est. nō  
quod illi habuerint cognitā veritatem: sed quod veritatis  
ipſius tanta via est, vt nemo posſit effe tācetus, qui non vi  
deat ingerentem ſe oculis diuinam claritatem. Poēta igi  
tur, quamuis deos carminibus ornauerint, & eorū res ge  
ſtas amplificauerint ſummis laudibus: ſapientiē tamē con  
ſentitur, ſpiritu, vel mente vna cōtineri, regiq; omnia. Or  
pheus, qui & vetuſtissimus poētarum, & aequalis ipſorum  
deorum

deorum (ſiquidē traditur inter Argonautas cū Tyndaridū  
& Hercule nauigasse) deum verū & magnum περιόδο  
vov, primogenitū appellat; quod ante ipsum nihil sit geni  
tū, ſed ab ipſo ſint cuncta generata: cundē etiam φάντα,  
nominat. quod, cum adhuc nihil eſſet, primus ex infinito  
apparuerit, & extiterit. Cuius originem, atque naturam,  
quia cōcipere animo non poterat, ex aere immenso natum  
effe dixit. περιόδον φάθητον περὶ μήνας ἡπος θύος. Aliud  
enim amplius, quod diceret, non habebat. Hunc ait effe om  
nium deorum parentem, quorum cauſa calum condiderit,  
liberis q̄, proſpererit, vt haberent habitaculū, ſedemq; cō  
munē. εκ τούτων εθαύάτοις δόμου αφθιτον. Natura igitur et  
ratione ducēte, intellexit effe praefantissimā potentia cali,  
ac terra cōditricem. Nō poterat enim dicere Iouē effe prin  
cipium rerum, qui erat Saturno genitus; neq; Saturnum  
ipsum, qui calo natuſe rebatur: Calum autem tanquam  
Deum primū cōſtituere nō audebat; quod videbat effe ele  
mentum mundi, quod ipsum eguerit auctore. Hac eum ra  
tio perduxit ad illum Deum primogenitū, cui aſsignat, &  
tribuit principatū. Homerus nihil nobis dare potuit, quod  
pertineat ad veritatem, qui humana potius quam diuina  
cōſcripsit. potuit Hesiodus, qui Deorum generationē vnius  
libri opere complexus eſt. Sed tamen nihil dedit, non à Deo  
conditore ſūmens exordiū, ſed à Chao, quod eſt rudis, inor  
dinat q̄, materia confusa congeries: cum explanare ante  
debuerit, Chaos ipsum vnde, quando, quomodo effe, aut cō  
ſtare cōpiffet. Nimirum ſicut ab aliquo artifice disposita,  
ordinata, effecta ſunt omnia: ſic ipsam materiam ſicutam factam  
effe ab aliquo necesse eſt. Quis igitur hanc, niſi Deus, ſe  
cerit? cuius potestati ſubiacet omnia. Sed refugit hoc ille;  
dam horret incognitā veritatem. Nō enim Muſarū inſin  
etu, ſicut videri volebat, in Helicone carmē illud effudit: ſed  
meditatus venerat, & paratus. Noſtrorū primus Maro nō  
longe

longe fuit à veritate: cuius de summo Deo, quem spiritū, ac mentem nominauit, hec verba sunt:

Principio cælum, ac terras, camposq; liquentes  
Lucentemq; globum luna, titaniaq; astra.

Spiritus intus alit: totamq; infusa per artus  
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

<sup>ignoraret</sup> Ac ne quis forte ignorat, quis nam esset illi spiritus, qui tantum habet potestatis: declarauit alio loco, dicens:

Deum namque ire per omnes

Terraq;, tractusq; maris, cælumq; profundum.

Hinc pcedes, armenta, viros, genus omne ferarum,  
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas.

Ouidius quoque in principio præclaræ operæ sine vlla nominis disimulatione à Deo, quem fabricatorem mundi, quæ rerum opificem vocat, mundum fateatur instructum. Quod si vel Orpheus, vel hi nostri, quæ natura ducente senserūt, in perpetuum defendissent: eandem, quam nos sequimur, doctrinam comprehensa veritate tenuissent. Sed hactenus de poëtis: ad philosophos veniamus. quorum grauior est auctoritas, certiusq; iudicium: quia non rebus commentarijs, sed inuestiganda veritati studuisse creduntur. Thales Milesius, qui unus è septem sapientum numero fuit; quiq; primus omnium quæsse de causis naturalibus traditur: a qua esse dixit, \*a qua nata sunt omnia: Deum autem esse mentem, qui ex aqua cuncta formauerit. Ita materia omnia posuit in humore: principiū, causamq; nasendi posuit in Deo. Pythagoras ita definit, quid esset Deus: Animus, qui per vniuersas mundi partes, omnemq; naturā cōmeans, atque diffusus; ex quo omnia quæ nascentur, animalia vitam capiunt. Anaxagoras Deum esse dixit infinitam mentē, quæ per seipsum moveatur. Antisthenes mul tot quidem esse populares Deos, vñ tamen uaturalē, id est summa totius artificem. Cleanthes et Anaximenes ethera dicunt

dicunt esse summū Deū, cui opinioni poëta noster assentit:

Tum pater omnipotens fœcundis imbris aether

Coniugis in gremium leta descendit; & omnes

Magnus alit magno permisitus corpore fatus.

Chrysippus naturalem vim diuina ratione præditā, interdum diuinam necessitatem Deum nuncupat. Item Zenon diuinam, naturalemq; legem. Horum omnium sententia, quanamvis sit incerta; eodem tamen spectat, vt prouidentiam vnam esse consentiant. siue enim natura, siue aether, siue ratio, siue mens, siue fatalis necessitas, siue diuina lex, siue quid aliud dixeris: id est, quod à nobis dicitur Deus. nec obstat appellationum diuersitas; cum ipsa significazione ad vñ omnia reuoluantur. Aristoteles, quanvis secum ipse dissideat; ac repugnantia sibi & dicat, et sentiat: in summū tamen vnam mentem mundo præesse testatur. Plato, qui omnium sapientissimus iudicatur: monarchiā plane, aper-teq; defendit: nec aethera aut rationē, aut naturam, sed, vt est, Deum nominat: ab eo mundum hunc perfectum, atq; mirabilem esse fabricatū. Quæ Cicero securus atque imitatus in plurimis, Deum frequenter confitetur, ac supremū vocat in iis libris, quos de legibus scripsit: ab eoq; regi mundum argumentatur, cum disputatione de natura Deorum, hoc modo: Nihil est præstantius Deo. ab eo igitur mundū regi necesse est. Nulli igitur est naturæ obediens, aut subiectus Deus. omnē ergo regit ipse naturā. Quid autē sit Deus, in consolacione definit. Nec vero Deus ipse, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi potest, nisi mens soluta quadā, & libera, segregata ab omni concretione mortali, omnia sentiens, & mouens. Annaeus quoq; Seneca, qui ex Romanis vel acerrimus stoicus fuit, quam saep summu Deum meritata laude prosequitur! Nam cum de immatura morte disfereat: nō intelligis, inquit, \*auctore, ac maiestate iudicis auctoritatem tui, rectoris orbis terrarum, caliq;, & deorum omnium Dei:

Dei, à quo ista numina, qua singula adoramus, & colimus, suspenso sunt. Item in exhortationibus. Hic, cum prima fundamenta molis pulcherrima iaceret; & hoc ordiretur, quo neque maius quicquā nonis natura, nec melius; ut omnia sub ducibus suis irēt, quamvis ipse per totum se corpus intenderat, tamē ministros regni sui deos genuit. Et quam multa alia de Deo nostris similia locutus est, quae nunc differo, quod aliis locis opportunitiora sunt. Nunc satis est demonstrare, summo ingenio viros attigisse veritatem, ac pene prope tenuisse; nisi eos retrorsum fucata prauis opinionibus consuetudo rapuisse: qua et deos alios esse opinabātur; & ea, qua in usum hominis Deus fecit, tanquam sensu praedita essent, pro diis habenda, & colenda credebat.

Nunc ad diuina testimonia transeat. sed prius unum proferam; quod est simile divino & ob nimiam vetustatē; in & quod is, quem nominabo, ex hominibus\* inter deos relatus est. Apud Ciceronē C. Cotta pontifex disputans contra Stoicos de religionibus, et de varietate opinionum, quae solent esse de diis: vt more Academicorum omnia faceret incerta; quinque fuisse Mercurios ait: & enumeratis per ordinē quatuor, quintum fuisse eū, à quo occisus sit Argus: ob eamq; causam in Aegyptum profugisse; atque Aegyptius Thoth leges, ac literas tradidisse. Hunc Aegyptij Thoth appellant. à quo apud eos primus anni sui mēsis, id est Septembris, nomen accepit. Idem oppidum cōdedit; quod etiā nunc Pheneatæ vi. n. Græce vocatur Ἑγύπτων: & Saita colunt eum religiose. Qui tamē si homo, fuit tamen antiquissimus & instruētissimus omni genere doctrinæ: adeo, vt ei multarum rerū, & artium scientia, Trismegisto cognomē imponeret. Hic scriptis libros, & quidem multos, ad cognitionem diuinarum rerum pertinentes, in quibus maiestatem summā, ac singulari Dei afferit: ipsiēmq; nominibus appellat, quibus nos, Deum, & patrem: ac ne quis nomen eius requiri-

reret:

reter: ἀράνυμον, esse dixit; eo quod nominis proprietate non ēgeat, ob ipsam scilicet unitatem. Ipsius hac verba sunt: οὐ δέος, εἰς, οὐ εἰς ὀρόφατος & τροποδέλαι. εἰς γὰρ οὐ ἀράνυμον. Deo igitur nomen non est; quia solus est: nec opus est proprio vocabulo; nisi cū discriminē exitit multitudo; ut vnamquamque personam sua nota, & appellatione designes. Deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est Deus. Supereft de responsis, carminibusq; sacris testimonia, que sunt multo certiora, proferre. Nam fortasse ijs, cōtra quos agimus, nec poētis putant esse credendum, tanquam vana fingentibus; nec philosophis, quod errare potuerunt, quia & hi homines fuerunt. M. Varro, quo nemo vñquam doctior, ne apud Græcos quidē, nedum apud Latinos, in libris rerum diuinarum, quos ad C. Caesarē pontificem maximum scripsit: cum de quindecim viris loqueretur, Sibyllinos libros ait nō fuisse vnius Sibylle; sed appellari uno nomine Sibyllinos, quod omnes fæminæ vates, Sibylla sunt à veteribus nuncupata, vel ab vnius Delphidis nomine; vel à consiliis deorum denuntiandis. cuius enim deos non deos, & consilium non βούλη, sed βολὴ appellabant Aeolico genere sermonis. Itaque Sibyllam dictam esse quasi δεογόνην. Ceterum Sibyllas decem numero fuisse: easq; omnes enumeravit sub auctoribus, qui de singulis scriptitarū: Primam fuisse de Persis; cuius mentionem fecerit Nicanor, qui res gestas Alexandri Macedonis scripsit: Secundam Libyssam; cuius meminit Euripides in Lamiae prologo: Tertiam Delphicā, de qua Chrysippus loquitur in eo libro, quē de diuinatione composuit: Quartam Cumæam in Italia; quam Nauius in libris bellis Punici, Piso in annalibus nominat: Quintā Erythream; quam Apollodorus Erythraeus affirmit suam fuisse ciuem: eamq; Graijs Ilium potentibus vaticinatam, et perituram esse Troiam; & Homerum mendacia scripturum: Sextam Samiam;

Samiam; de qua scripsit Eratosthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiisse se scriptum: Septimam Cumana, nomine Amaltheam: quæ ab alijs Demophile, vel Hero-philus nominatur: eamq; nouem libros attulisse ad Regem Tarquinium Priscum; ac pro eis trecentos philipeos postulasse; Regemq; aspernatum pretij magnitudine, derisisse mulieris infaniam, illa in conspectu Regis tres cōbusisse; ac pro reliquo idem pretium postulasse: Tarquinii multo magis mulieris infanire putasse. Que denuo tribus alias exustis, cum in eodem pretio perseueraret; motum esse regem; ac residuo trecentis aureis emisse quorum postea numerus sit auctus, Capitolio refecto; quod ex omnibus ciuitatibus & Italiciis, & Gracis, & præcipue Erythrais coacti, allatiq; sunt Romanam, cuiuscunque Sibylla nomine\* fuerunt: Octauam Hellestonticā in agro Troiano natam, vico Marpesso, circa oppidū Gergithium; quam scribit Heraclides Ponticus Solonis & Cyri fuisse temporibus: Nonā Phrygiam, que vaticinata sit Ancyra: Decimā Tiburitē, nomine Albuneā; que Tiburi colitur, vt dea, iuxta ripas amnis Antenis: cuius in gurgite simulachrū eius inuentū esse dicitur, tenēs in manu librū. Cuius sacra senatus in Capitoliū transtulerit. Harum omnium Sibyllarū carmina & seruntur, et habetur præterquā Cumæa: cuius libri à Romanis oculuntur; nec eos ab illo, nisi à quindecim viris, inspici fas est. Et sunt singularū singuli libri: qui quia Sibylla nomine inscribuntur; viuis esse creduntur: suntq; confusi: nec discerni, ac suum cuique assignari potest, nisi Erythraeæ que & nomine suum verum carmini inseruit: & Erythream se\* nominantur, prelocuta est; cum esset orta Babylonia. sed et nos cōfuse Sibylla dicemus; sic ubi testimonio earū fuerit abundantū. Omnes igitur ha Sibilla vñ Dñm prædicat, maxime tamq; Erythraeæ: quæ celebrior inter ceteras, ac nobilior habetur: siquidē Fenestella diligentissimus scriptor de xv vi-

populare

faeciat

nomina yli

rū dicens, ut, restituto Capitolio retulisse ad senatum C. Curiōnē Cos. vt legati Erythras mitterentur; qui carmina Sibylla conquista, Romanam deportarent: itaq; missos esse, P. Gabinium, M. Octaciliū, L. Valeriu: qui descriptos à priuatis versis circa mille Romanam deportarunt, idem supra ostendimus dixisse Varrom: In iis ergo versibus, quos legati Romanam attulerunt, de uno Deo haec sunt testimonia: *ēis dēs dēs μένος ἐστιν ὑπὲρ μεγάλην αὐτούς.* Hunc esse solum Deum, summum; qui cœlum fecerit, Iu- minibusq; distinxerit.

*αλλὰ δέος πόνος ἐστιν ταῦτα τέρπατος δέ τε πάντας.* οὐπαύρη ἐλεῖον τε καὶ εἰρήνη, ἀδὲ στρῆμα, καρποφόρον γαῖαντε, καὶ ὑδατὸν θεῖον μαλακόντα. *Qui quoniā solus sit adiutor mundi, οὐτισμένος τερπυτε,* quib; cōstat, vel qua in eo sunt; solū coli opertere, testatur, aut & μόνον ὄντα στέλεχον ἱγνίτοπε, ποτε μέντοι δέ μόνον Θεοῖς αἰτῶντε, εἴ τινον Θεού τερπυτε. Item alia Sibylla, quacunque est, cum perfette se ad homines Dei vocem diceret; sic ait:

*εἴς πόνος τούτου δέος ἡ ἐκ τούτου δέος ἀλλοι;* Exequenter nunc testimonia ceterarum: nisi & hoc sufficerent; & illa opportunitibus locis reseruarem. Sed cum defendamus causam veritatis apud eos, qui aberrantes à veritate, falsis religionibus seruant: quod genus probatio- nis aduersus eos magis adhibere debemus; quā vt eos deo- rum suorum testimonii reuincamus?

Apollo enim, quem præter ceteros diuinum, maximeq; fidicū existimat; Colophone respondens, quod Delphic quo credo emigrauerat, Asia ductus amanitatem: querenti sum- dam, quis esset, aut quid esset omnino Deus; respondit rī- ginti & uno versibus. *Οὐοροῦν δέ διδάσκως αἰμάτως εἰσφέλειτος.* Βρομα, μηδὲ λόγῳ χωρέμενον εἰς πυρν valens.

τετὶ θεός, μικροὶ δὲ θεοῦ μεγίστη γένος οὐκέτι.

Nunquid potest suspicari de Iove esse dictum, qui & matrem habuit, & nomen? Quid, quo Mercurius ille ter maximus; cuius supra mentionem feci; non modo ἀμύτωφα, ut Apollo, sed ἀπάτωφα, quoque appellat Deum; quod origo illi non sit aliunde? Nec enim potest ab ullo esse generatus, qui ipse riuersus generauerit. Satis (ut opinor) & argumentis docui, & testibus confirmavi, quod per se satis clarum est. Vnum esse regem mundi, vnum patrem, vnum Deum. Sed fortasse querat aliquis a nobis idem illud, quod apud Ciceronem querit Hortensius. Si Deus unus est: qua esse beata solitudo queat? Tantum nos, qui vnum esse dicimus, deseruimus ac solitarius esse dicamus. habet enim ministros: quos vocamus nuntios. Et est illud verum, quod dixisse in exhortationibus Senecam supra retuli: genuisse regni sui ministros Deum. Verum hi neque dii sunt, neque deos se vocari, aut coli volunt: quippe qui nihil præter iussum, ac voluntate Dei faciant. Nec tamen illi sunt, qui vulgo coluntur: quorum & exiguis, & certus est numerus. Quod si cultores Deorum, eos ipsos se colere putant, quos summi Dei ministros appellamus: nihil est, quod nobis faciant inuidia, qui vnum Deum dicamus, muleos negemus. Si eos multitudine delectat: non duodecim dicimus, aut trecentos sexaginta quinq[ue] (vt Orpheus) sed innumerabiles esse arguimus eorum errores in diuersum, qui tam paucos putant. Sciant tamen, quo nomine appellari debeant: ne Deum verum violent: explodunt cuius nomen\* exponunt, dum pluribus tribuant. Credant Apollini suo; qui eodem ullo responsu vt Ioui principatum, sic etiam ceteris diis abstulit nomen. Tertius enim versus ostendit Dei ministros, non Deos, verum angelos appellari oportere. De se quidem ille mentitus est, qui cum sit è numero demonum, angelis se Dei aggregavit: deniq[ue] in alia responsis, demonem se esse, confessus est. Nam cum interrogaretur,

rogaretur, quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit: πάντοφε των λοδίδων εὐολότροφε κέκλυθι δαιμόν. Item rursus cum preces in Apollinem Smyntheum rogatus expromeret, ab hoc versu exorsus est:

ἀρχοντίν κόσμου φαστρόφε καὶ σοφε δαιμόν.

Quid ergo supereft, nisi vt sua confessione verberibus veris Dei, ac poena subiaceat sempiterna? Nam in alio responsu ita dixit:

Δαιμονεσ οι φοιτῶσι περὶ χθόνα καὶ περὶ πόντον  
ἀκάλυπτοι δέμανται υπαὶ μάστιγι θεοῖ.

De virisque generibus in 11.lib. differemus. Interim nobis sat est, quod dum se honorare vult, et in calo collocare, confessus est, id quod res habet, quomodo sint appellandi, qui Deo assistunt. Retrahant ergo se homines ab erroribus, & abiectis religionibus prauis, parentem suum, dominumque cognoscat: cuius nec virtus estimari potest, nec magnitudo perspici, nec principium comprehendi. cum ad illum mentis humana intentio, & acumen, & memoria peruererit quasi subductis, & consumptis omnibus viis: subsistit, haret, deficit: nec est aliquid vterius, quod progreedi possit. Verum quia fieri non potest, quin id, quod sit, aliquando esse cœperit: consequens est, vt quando nihil ante illum fuit, ipse ante quoniam omnia ex seipso sit procreat. ideoq[ue] ab Apolline eu loquuntur, à Sibylla eu loquuntur, & ἀγέντοις, & ἀτοιχοῖς nominantur. quod Seneca vir acutus in exhortationibus vidit. Nos, inquit, aliunde pendemus. Itaque ad aliquem respicimus, cui, quod est optimum in nobis, animam debeamus. Alius nos edidit, alius instruxit: Deus ipse se fecit.

His igitur tot & tantis testibus comprobatur, vnius Dei potestate, ac prouidetia mundū gubernari. cuius vim, maiestatemq[ue] tantam esse dicit in Timao Plato; vt eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quisquam posset ob nimiam et inestimabilem potestatem. Dubitet ergo

Canté le

aliquis, an quicquam difficile, aut impossibile sit Deo : qui tanta, tamq; mirifica opera prouidentia excogitauit, virtute constituit, ratione perfecit; nunc autem spiritu sustentet, potestate moderetur, inexcoigitabilis, ineffabilis, et nulli alij satis notus quam sibi? Vnde mihi de tanta maiestate sepius cogitanti, qui Deos colunt, interdū videri solent tam ceci, tam incogitabiles, tam exordes, tam non multum à mutis animalibus differentes; qui credant, eos, qui geniti sunt maris ac feminæ coitu, aliquid maiestatis, diuinæq; virtutis habere posuisse: cum Sibylla Erythrea dicat,

du d'uvat' arde p's

Ex unipov' pñtpas te deos relo & wñlos élvas.

Quod si est verum, sicuti est: apparet, Herculem, Apollinem, Liberum, Mercurium, Iouemq; ipsum cum ceteris homines posuisse; quoniam sunt ex duobus sexibus nati. Quid est autem tam remotum à Deo, quam id opus, quod ipse ad propagandam sobolem mortalibus tribuit? Et quod sine substantia corporali nullum potest esse? Dij ergo, si sunt immortales, et aterni, quid opus est altero sexu? cu successione nō egeante, qui futuri sunt semper? Nā profecto in hominibus, ceterisq; animantibus diversitas sexus, & coitio, & generatio nullā habet aliam rationē; nisi vt omnia genera viuentium, quando sunt conditione mortalitatis obitura, mutua possint successione seruari. Deo autē, qui est sempiterminus, neq; alter sexus, neq; successio necessaria est. Dicit aliquis, vt habeat vel ministros, vel in quos ipse possit dominari. Quid igitur opus est sexu fœmineo: cum Deu, qui est omnipotens, sine vsu, et opera fœminea possit filios procreare? Nā si quibusdā minutis animalibus id præstiterit, vt sibi ē folijs natos, & suauibus herbis Ore legat: cur existimet alius, ipsum Deu. nisi ex permissione sexus alterius non posse generare? Illos igitur, quos imperiti et insipientes tanquam Deos & nuncupant, & adorant: nemo est tam

incon-

inconsideratus, qui non intelligat fuisse mortales. Quomo-  
do ergo, inquiet alius, Dij crediti sunt? Nimirū quia re-  
ges maximi, ac potentissimi fuerunt: ob merita virtutum  
suarum, aut munerum, aut artium repartarum, cum chari  
fuisserint iis, quibus imperitauerant; in memoriam sunt  
consecrati. quod si quis dubitet: res eorum gestas, & fa-  
cta consideret; que vniuersa tam poëta, quam historici  
veteres prodiderunt.

Hercules, qui ob virtutem clarissimus, & quasi Africa-  
nus inter deos habet: nonne orbē terrae, quem per agrasse,  
ac purgasse narratur; stupris, libidinibus, adulterijs, inqui-  
nauit? nec mirū: cu esset adulterio genitus Alcmena. Quid  
tandem potuit in eo esse diuini; qui suis ipse vñis mani-  
patus, & mares, & fœminas contra omnes leges infamia,  
dedecore, flagitio afficit? Sed nē illa quidem, qua magna,  
& mirabilia gesit; talia iudicada sunt, vt virtutibus diui-  
nis tribuenda videantur. Quid enim tam magnificū: si leonē,  
aprūnq; superauit? si aues sagittis deiecit? si regium stabu-  
lū eggesit? si viragine vicit; cingulumq; derraxit? si equos  
feroces cum domino interemuit? Opera sunt ista fortis viri,  
hominis tamen. Illa enim, qua vicit, fragilia, & mortalia  
fuerunt. Nulla enim est (vt ait Orator) tanta vis; qua non  
ferro, ac viribus debilitari, frangiq; posuit. At animū vin-  
cere, iracundiam cohibere, fortissimi est. qua ille nec fecit  
vnquam, nec potuit. Hac qui faciat: non modo ego eum cu  
summis viris comparo: sed simillimum Deo iudico. Vellem,  
adiecerit de libidine, luxuria, cupiditate, insolentia, vt vir-  
tutem eius impleret, quem simile Deo iudicabat. Nō enim  
fortior iudicandus est, qui leonem, quam qui violentiam,  
in seipso inclusam feram superat iracundiam: aut qui ra-  
pacissimis volucres deyicit; quam quis cupiditates quidissi-  
mas coeret: aut qui Amazone bellatricem, quam qui li-  
bidinem vincit, pudoris, ac famæ debellatricem: aut qui

violentiam  
vi. n.

ſimū de ſtabulo, quā qui vitia de corde ſuo eggerit quae ma-  
gis ſunt pernicioſa; quia domēſtīca, & propria mala ſunt:  
quā illa; quae et vitari poterant, & caueri. Ex quo fit; ut  
ille ſolus, vir fortis debeat iudicari, qui tēperans eſt, et mo-  
deratus, et iuſtuſ. Quod ſi cogitet aliquis, quae ſint Dei ope-  
ra: ita hāc omnia, quae mirantur homines ineptiſimi, ri-  
diuſa iudicabit. Illa enim nō diuini virtutibus, quas igno-  
rant, ſed infirmitate ſuarū viriū metiuntur. Nā illud qui-  
dē nemo negabit; Hercule nō rātum Eurys̄ heo ſeruiffe re-  
gi, quod aliquatenus honeſtum viſeri poſt; ſed etiam im-  
puſica mulieri Omphala: quā illū veſtibus ſuis induitum,  
ſedere ad pedes ſuos iubebat penaſa facientem deteſtabiliſ  
turpitudo. ſed tanti erat voluptas. Quid tu, inquiet ali-  
quid, poētiſ ne credendū putat? Quid n̄ putem? Non cuim  
iſta Lucilius narrat, aut Lucianus; qui Dijs et hominibus  
non pepercit: ſed hi potiſimiū, qui Deorū laudes canebeant.  
Quibus igitur credemus, ſi fidē laudantibus non habemus?  
Qui hos mentiri putat: proferat alios, quibus credamus,  
auctores: qui nos doceant, qui ſint iſti Di; quomodo, vnde  
orti: quae ſit viſ eorum: qui numerus: quae potefas: quid in  
hiſ admirabile: quid cultu dignum: quod deniq; certius ve-  
riuſq; mysteriuſ. nullos dabit. Credamus igitur iſti; qui nō  
vi reprehenderent, ſunt locuti: ſed vt pradicarent. Naui-  
gauit ergo cū Argonautis, expugnauit q; Troiā, iratus La-  
omedonti ob negatam ſibi pro filia ſalute mercedem. vnde,  
quo tempore fuerit, appetet. Idem furore, atque iſania  
percitus, vxorem ſuam cum liberis interemitt. Hunc homi-  
nes deum putant? ſed Philoſtates eius haeres non putauit;  
qui faciem ſuppoſuit arſuro; qui artus eius, & neruos cre-  
mari, ac diſfluere vidit; qui oſſa eius, ac cinereſ in Octa-  
monte ſepelivit: pro quo munere ſagittas eius accepit.

10 Aesculapius & ipſe non ſine flagitio Apollinis natus,  
quid fecit aliud diuini honoribus dignū; niſi quod ſanauit

Hippolytum?

Hippolytum mortem ſane habuit clariorem; quod à Deo  
meruit fulminari. Hunc Tarquitius de illuſtribus viſis  
diſſerens, ait, incertiſ parentibns natum; expoſitum, & à  
venatoribns inuenit; canino lacte nutritū; Chironi tra-  
diſtum, didiſiſſe medicinam: fuiffe autem Meſſenium; ſed  
Epidauri moratum. Tullius etiam Cynoſuris aut ſepulcum:  
Quid Apollo pater eius? Nō ne ob amore, quo<sup>†</sup> flagravit, flagrabit  
turpiſſime gregem pauit alienum; & muros Laomedonti  
extrixit; cum Neptuno mercede conductus. qua illi nega-  
ri potuit impune: ab eoq; primo Rex perfidus, quicquid  
cum Dijs pepigiffet, didicit abnegare. Idem formoſum  
puerum & dum amat, violauit; & dum ludit, occidit.  
Homicida Mars, & per gratiam cedus criminē ab Athē-  
niensibns liberatus; ne viſeretur nimis feruſ, & immanuſ;  
adulterium cum Venere commiſit. Caſtor & Pollux, dum  
alienas ſponſas rapiunt, eſſe gemini deſierunt. nam dolore  
iniuria concitatus Idas, alterum gladio tranſuerberauit; et  
eoſdem poēta alternis viuere, alternis mori narrant: vt iam  
ſint non Deorum tantum, ſed omnium mortalium miſer-  
rimi; quibus ſemel mori non licer. hos tamen Homeruſ  
ambos ſimpliciter ( non vt poēta ſolent ) mortuos eſſe te-  
ſtatur. Nam cum faceret in muris aſſideſt em Priamo He-  
lenam, cunctos Graciae principes recognoscere; ſolos au-  
tem ſe fratres ſuos requiriſſe: ſubiecit orationi eius baiuſ-  
modi verſum.

Hac ait. aſt illos retinebat terra ſeptuſtoſ. Fur ac nebula Mercurius, quid ad famam ſui reliquit, niſi  
memoria fraudum ſuarum? Cælo ſcilicet dignus; quia pa-  
leſtram docuit; & lyram primus inuenit. Liberū patre, in  
ſenatu Deorum ſumma auctoritatatis, primaq; eſſe ſen-  
tia, neceſſe eſt: quia prater louem ſolus omnium terrum  
phauit; exercitum duxit; Indos debellauit. ſed inuidus ille  
Imperator Indicus maximus\* ab amore ac libidinē turpiſ-

piissime vicitus est. Delatus enim\* Diam cum semiuiro co-  
mitatu, naclu est impudicam mulierem in litore: ac fidu-  
cia victoria Indica vir esse voluit; ne nimis mollis videze-  
tur: atque illam patris proditricem, fratri interemprici-  
tem, ab alio relictam, & repudiatam, in coniugium sibi  
vendicauit; & liberâ fecit; & cum ea pariter ascendit in  
calum. Quid horum omnium pater Iupiter, qui in solenni  
precatione Optimus Maximus nominatur? non ne à prima  
sua pueritia impius, ac pene paricida deprehenditur? cum  
patrem regna expulit, ac fugauit: nec expectauit mortem  
decrepiti senis, cupiditate regnandi. & cum paternum fo-  
liu per vim, per arma cepisset: bello est à Titanibus lace-  
stus. quod humano generi principium fuit malorum. qui-  
bus vici, & pace in perpetuum comparata, reliquam  
suam vitam in stupris, adulteriisque consumpsit. Omitto  
virgines, quas imminuit. id enim tolerabile iudicari so-  
let. Amphitryonem ac Tyndarum præterire non possum:  
quorum domos dedecore, atque infamia plenissimas red-  
didit. illud vero summa impietatis, ac sceleris, quod regum  
puerum rapuit ad stuprum. Parum enim videbatur, si in  
expugnanda fœminarū pudicitia maculosus esset, ac tur-  
pis: nisi etiam sexui suo iniuriam faceret, hoc est verum  
adulterium: quod fit contra naturam. hec qui fecit, vide-  
rimus, an maximus; certe optimus non est. quod nomen à  
corruptoribus, ab adulteris, ab incestis abest: nisi forte nos  
erramus homines, qui talia facientes, sceleratos vocamus,  
ac peccatos omnibusq; poenis dignissimos iudicamus. Stal-  
lus autem M. Tullius, qui C. Verri adulteria obiecit: ea-  
dem enim Iupiter, quem cotebat, admisit: qui P. Cladio  
sororis incestum: at illi Optimo Maximo eadem fuit. &  
soror, & coniux.

Qui est igitur tam excors, qui hunc in celo regnare  
puer, qui ne in terra quidem debuit? Non insulse quidam

poetæ

poëta triumphū Cupidinis scriptis: quo in libro non modo  
potentissimum Deorum Cupidinem, sed etiam victorem  
facit. Enumeratis enim amoribus singulorum; quibus in  
potestatem Cupidinis, ditionemq; venissent: instruit pom-  
pam: in qua Iupiter cum ceteris Diis ante currunt trium-  
phantis ducitur cathefatus. eleganter id quidem à poëta  
figuratum: sed tamen nō multum diffat à vero. Qui enim  
virtutis est expers; qui\* cupiditatibus, ac libidinibus ma-  
lis vincitur: nō Cupidini (vt ille finxit) sed moris subiectus  
est sempiterna. Sed omittamus de moribus dicere: rē con-  
sideremus: vt intelligent homines, in quibus miseri versen-  
tur erroribus. Regnare in celo louē vulgus existimat. id &  
doctis pariter, & indoctis persuasum est. quod & religio  
ipsa, & precatio[n]es, & hymni, & delubra, & simulachra  
demonstrant. Eundem tamen Saturno, & Rhea genitum  
confidentur. Quomodo potest Deus videri; aut credi (vt  
ait poëta) hominum, rerumq; repertor, ante cuius ortū insi-  
nit a hominū millia fuerunt? Eorum scilicet, qui Saturno  
regnante vixerunt, ac priores luce, quam Iupiter, sunt po-  
tiri. Video alii Deū regē suis primis temporibus, alii con-  
sequentibus. Potest ergo fieri, vt alius sit postea futurus. Si  
enim regnum prius mutatum est: cur de speremus etiam  
posterioris posse mutari? nisi forte Saturnus generare potuit  
fortiore: Iupiter nou potest. At qui diuinū imperium aut  
semper immutabile est: aut, si est mutabile, quod fieri non  
potest; semper utiq; mutabile est. Potest ergo Iupiter re-  
gnum amittere, sicut pater eius amisi. ita plane. nau cum  
idem neq; virginibus, neque maritatis vñquā pepercisset:  
abstinuit se tamē vna Thetide: quod responsum fuit, maio-  
rem patre suo futurum, quisquis ex illa natus esset. Primū  
in eo prudētia nō Dei: cui nisi Themis futura dixisset, ipse  
nesciret, si autē diuinus non sit: ne deus quidē sit, vnde ipsa  
diuinitas nominatur; vt ab homine humanitas. Deinde

B S conscienc-

conscientia imbecillitatis; qui timuit utiq<sub>z</sub> maiorem. quod qui facit; scit profecto non esse se maximum; quando qui-dem potest aliquid maius existere. Idem per Stygiam paludem sanctissime iurat,

Vna supersticio, superis qua reddit a diuis.

Quae est ista supersticio? aut a quo reddit a? Est ergo aliqua potestas maxima; que peccantes deos puniat? qua tanta formido est paludis inferna; si sunt immortales? quid metuant eam; quam visuri non sunt, nisi quos mori necesse est? Quid igitur homines oculos suos in celum tollunt? quid per superos deiserant; cum ipsi superi ad inferos deuoluantur? ibi<sub>z</sub>, habeant quod venerentur, & adorent? Illud vero quale est? esse fata, quibus dī omnes et ipse Iupiter pareat. Si Parcarum tāta vis est, vt plus possint quā celestes rniuersi, quāque ipse rector, ac dominus: cur nō illa potius regnare dicatur; quārū legibus, ac statutū parere omnes deos necessitas cogit? Nūc cui dubium est; quin is, qui alicui res obsequitur, maximus non sit: nam si sit, non accipiat fata, sed faciat. Nūc ad illud, quod omiserā, redeo. In vna vtiq<sub>z</sub> sola fuit continentior, cū eam deperiret; & non virtute aliis qua, sed metu successoris. Que formido vtiq<sub>z</sub> eius est; qui sit & mortalis & imbecillus, & nibili. quippe qui potuit et tunc, cū nasceretur, extingui; sicut frater eius ante genitus extinctus est. qui si viuere potuisset: nunquā minori cōcessisset imperium. ipse autem furto seruatus, furtimq<sub>z</sub> nutritus, & vīs siue & nō appellatus est; non, vt isti putant, à seruore celestis ignis; vel quod vita sit dator; vel quod animalibus inspirat animas, que virtus solius dei est (quam enim possit inspirare animam, qui ipse accipit aliud?) sed quod primus ex liberis Saturni maribus vixerit. Potuerūt rectorem igitur homines alium Deum habere\* regem, si Saturnus non fuisset ab uxore delusus. At enim poeta ista finixerunt. Errat quisquis hoc putat, illi enim de hominibus loquebā-

tur:

ter: sed vt eos ornarent, quorū memoriam laudibus celebabant; deos esse dixerunt. Itaq<sub>z</sub> illa potius ficta sunt, que tanquam deis, non illa, que tanquam de hominibus locuti sunt. quod clarum fiet exemplo, quod inferemus. Danaen violaturus, aureos numos largiter in sinum eius infudit. Hec stupri merces fuit. At poēta, qui quasi deo loquebantur, ne auctoritatem credita maiestatis infringe rent; finixerunt ipsum in aureo imbre delapsum; eadem figura, qua imbre ferreos dicunt; cum multitudinem telorum, sagittarumq<sub>z</sub> describunt. Rapuisse dicitur in aquila Catamitum. poēticus color est. sed aut per legionē rapuit; cuius insigne aquila est: aut nauis, in qua est impositus; tutelam habuit in aquila figuratum; sicut taurum, cum rapuit, & transuexit Europam. Eodem modo conuertisse in bouem traditur Io Inachi filiam. que vt iram Iunonis effugeret; vt erat ita setis ob sita, iam bos transuasse dicitur mare; in Aegyptumq<sub>z</sub> venisse; atque ibi recepta pristina forma, dea facta; qua nunc Isis vocatur. Quo igitur argumen to probari potest, nec Europam in TAURO sedisse; nec Io factam bouem? Quōd certus dies habetur in fastis quo Iidis nauigium celebratur. que res docet non transuasse illam, sed nauigasse. Igitur qui sapere sibi videntur: quia intelligunt viuum, terrenumq<sub>z</sub> corpus in celo esse non posse: totā Ganimedeam fabulam pro falso repudiant; \*nec sentiunt, in terra id esse factum; quia res, ac libido ipsa terrena est. Nō ergo res ipsas gestas finixerunt poēta: quod si facerent; esent vanissimi; sed rebus gestis addiderunt quendam colorē. Non enim obtrectantes illa dicebant, sed ornare cupientes. Hinc homines decipiuntur: maxime quōd, dum hec omnia ficta esse arbitrātur a poēti, colunt quod ignorant. nesciūt enim, qui sit poētica licentia modus; quōd q<sub>z</sub> pro-gredi fingendo liceat: cū officiū poēta sit in eo, vt ea, que gesta sunt vere, in alias species obliquis configurationibus cum

cum decore aliquo conuersa traducat. Totum autem quod referas, fingere; id est, ineptū esse, et mendacē potius quam finixerint poētam, sed finixerunt ista, qua fabulosa creduntur, num etiam illa, qua de diis fœminis, deorumque connubijs dicta sunt? Cur igitur sic figurantur, sic coluntur? nisi forte non tantum poētae, sed pictores etiā imaginum mentiuntur. Si enim hic Jupiter, qui à vobis dicitur Deus, non est, qui ex Saturno, & Opere natus est: non oportuit nisi solius simulachrum in templū omnibus collocari, quid sibi multorum effigies volunt? quid sexus infirmus? in quem si cecidit Jupiter: tum vero ipsi lapides hominē fatebuntur. Menti-  
tios autem esse poētas, et hū tamē credunt, immo vero nō esse  
mentitos, re ipsa probant. Ita enim deorū simulachra con-  
singuntur; ut ex ipsa diversitate sexus appareat vera esse, qua  
dicunt poētae. Nam quod aliud argumentum habet imago  
Catamiti, & effigies aquila; cum ante pedes Iouis ponan-  
tur in templis; & cum ipso pariter adorantur: nisi vt ne-  
fandi sceleris, ac stupri memoria maneat in aeternum?  
Non igitur à poētis totum fictum est. aliquid fortasse tra-  
ducum, & obliqua figuraione obscuratum; quod veritas  
inuoluta tegeretur, sicut illud de sortitione regnorum. Autem  
enim Ioui calum obtigisse, Neptuno mare, inferna Plu-  
toni, cur nō terra potius in sorte tertia venit? nisi quodd in ter-  
ra gesta res est. Ergo illud in vero est; quod regnum orbis ita  
pariti, sortitiq; sunt; vt Orientis imperium Ioui cederet; Plu-  
toni, cui cognomen Agestis fuit, pars Occidentis obtingeret:  
eo quod plaga Oriens, ex qua lux mortaliibus datur, su-  
perior. Occidentis autem, inferior esse videatur. Sic veritatem  
mēdacio velauerūt; ut veritas ipsa persuasiōni publicā ni-  
bil derogaret. De Neptuni sorte manifestū est, cuius re-  
gnū talē fuisse dicimus, quale M. e Anthony fuit infinitum  
illud imperium; cui totius oræ maritima potest atē sena-  
tus decreuerat; ut pradones persequeretur, ac mare omne  
pacaret.

orientis

Pompeii  
vi.n.

pacaret. Sic Neptuno maritima omnia cum insulis obue-  
nerunt. Quomodo id probari potest? Nimirū veteres histo-  
rie docēt. Antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex ciuitate  
Messana, res gestas Iouis, et ceterorum, qui dīj putātur,  
collegit; historiamq; cōtexuit ex titulis, & inscriptionibus  
sacris, qua in antiquissimis templis habebatur, maximeq; in  
fano Iouis Triphylij, vbi aureā columnam positā esse ab  
ipso Ioue, titulus indicabat: in qua columna gesta sua per-  
scripsit; ut monimentum esset posteris rerum suarum. Hanc  
historiam interpretatu est Ennius, & securus, cuius hac  
verba sunt ibi. \* Jupiter imperium Neptuno dat mari, ut vi.n.  
insulis omnibus. & qua secundū mare loca sunt, omnibus secundam  
regnaret. Vera sunt ergo, qua loquuntur poētae, sed obtem-  
porelio, specieq; velata. Potest & mons Olympus figuram  
poētis dedisse; ut Iouē dicarent cali regnū esse sortitū; quod  
Olympus ambiguū nō est & montis, et celi. In Olympo  
autem Iouem habitat, docet historia eadem: qua dicit.  
Ea tempestate Jupiter in monte Olympo maximam partē  
vitæ colebat; & eo ad eum in ius veniebant, si qua res in  
controversia erant. Item, si quis quid noui inuenierat, quod  
ad vitam humanam vtile esset, ed veniebat; atq; Ioui ostendebat.  
Multā in hunc modū poēta transferunt; non ut in  
deos mentiantur, quos colunt, sed ut figuris, variisq; colo-  
ribus venustatem, ac leporem carminibus suis addant. Qui  
autē nō intelligunt, quomodo, aut quare quidque figure-  
tur: poētas velut mendaces, et sacrilegos inseguuntur. Hoc  
errore decepit etiā philosophi, quod ea, qua de Ioue ferun-  
tur, minime in deū cōuenire videbātur; duos Ioues fecerūt;  
vnū naturalē, alterū fabulosum. Viderunt ex parte, quod  
erat verum, eum scilicet, de quo poēta loquuntur, hominē  
fuisse: in illo autem naturali Ioue, vulgari cōsuetudine re-  
ligionis inducti, errauerunt; quod in deū nomen homi-  
ni transtulerunt; qui (vt supra diximus) quia solus est, non  
indigerat.

vericolori-  
bus

fingatur

indiget nomine. Iouem autē illum esse, qui sit ex Ope, Saturnoq; natus, negari nō potest. Vana igitur persuasio est eorum, qui nomine Iouis summo Deo tribuunt. Solent enim quidā errores suos hac excusatione defendere; qui conuidi de uno Deo, cum id negare non possunt, ipsum se colere affirmant: verum hoc sibi placere, ut Iupiter nominetur. quo quid absurdius? Iupiter enim sine contubernio coniugis, filiaq; coli nō solet. Vnde quid sit, apparet: nec fas est id nomen eō transferri, vbi nec Minerua est vlla, nec Iuno. Quid? quid huius nominis proprietas nō diuinam vim exprimit, sed humanam? Iouem enim, Iunonemq; à iuuando esse dictos Cicero interpretatur. Et Iupiter, quasi iuuans pater, dicitur; quod nomine in Deum minime cōgruit; quia iuuare hominis est, opis aliquid conseruentis in eum, qui sit alienus, & exigui beneficij. Nemo sic Deū precatur, vt se adiuuet; sed vt seruet, vt vitam, salutemq; tribuat: quod multo plus, ac maius est, quam iuuare. Et quoniā de patre loquimur, nullus pater dicitur filios iuuare; cum eos generat, aut educat. Illud enim leuius est, quam vt eo verbo magnitudo paterni beneficij exprimitur. Quāto id magis inconuenienter est Deo, qui verus est pater; per quē sumus, & cuius toti sumus; à quo fingimur, animamur, illuminamur; qui nobis vitam imperit, salutem tribuit, victū multiplicem subministrat. Nō intelligit beneficia diuina, qui se iuuari tantummodo à Deo putat. Ergo non imperitus modo, sed etiam impius est, qui nomine Iouis virtutē summa potestatis immunuit. Quare si Iouem ex rebus gestis, & ex moribus hominē sūisse, in terraq; regnasse deprehendimus: superest, vt mortem quoq; eius inuestigemus. Ennius in sacra historia, descriptis omnibus, qua in vita sua gesit, ad ultimum sic ait: Deinde Iupiter postquam terrā quinque circuitus, omnibusq; amicis, atque cognatis suis imperium diuisi, reliquitq; hominibus leges; mores, frumentaq; parauit,

ramit, multaq; alia bona fecit, immortali gloria, memoriaq; affectus, sempiterna monumenta suis reliquit: etate pessum acta, in Creta vitam cōmutauit, & ad Deos abiit. eumq; Curetes filij sui curauerunt; decoraueruntq; eum: & sepulchrum eius est in Creta in oppido Gno: & dicitur Vesta hanc urbem creauisse: inq; sepulchro eius est inscriptum antiquis literis Gracis, ο ζευς τὸ κόπτειον, id est Lazine: Iupiter Saturni. Hoc certe non poēta tradunt, sed antiquarum rerum scriptores. quae adeo vera sunt, vt ea Sibyllinis versibus confirmantur; qui sunt tales:

Δάμονας ἀπέφυ χρεις νεκύων εἰδωλα κακού τον

Οὐ κρύπτη καύχημα τάφου οὐ δύσμορος ιχθείς.

Cicero de natura deorum, cū tres Ioues à theologis numerari diceret, ait, tertium sūisse Ghetensem, Saturni filium; cuius in illa insula sepulchrū ostenditur. Quomodo igitur potest Deus alibi esse viuus, alibi mortuus; alibi habere tēplū, alibi sepulchrū? Sciant ergo Romani, Capitolii fāū, & summum caput religionū publicarū, nihil esse aliud, quam inane monimentū. Veniamus nunc ad eius patrē, qui ante regnauit, & qui fortasse plus habebat in se; quidd ex coitū tantorum elementorū genitus esse dicatur. Videamus, quid in eo fuerit Deo dignum: In primis illud, quidd aureum seculū narratur habuisse; quidd iustitia sub eo fuerit in terra. Teneo aliquid in eo, quod in eius filio non fuit. Quid hoc enim tam cōueniens Deo, quam iustum regimen, ac piū seculū? Sed cum eadē ratione natum esse cogito: nō possum putare Deum summū; quidd videā esse aliquid antiquius, quo celū scilicet, atq; terrā. At ego Deum quaro; ultra quē nihil<sup>quo</sup> est omnino; qui sōns, & origo sit rerum. Hic sit necesse ac est, qui cœlum ipsum condidit, terramq; fundavit. Saturnus autem si ex hi natus est (vt putarur) quemadmodum potest Deus esse principalis, qui aliis orīnū suum debet? aut quis præfuit mīndo, antequā Saturnus gigueretur? Sed hoc poēticum

poeticum est (ut dicebam paulo ante) segmentum. nec enim fieri poterat, ut elemēta insensibilia, tantoq; interuallo separata, in vnu coirent, ac filium procrearet; aut is, qui natus esset, nō potissimum genitoribus similis existeteret; sed eā formam gereret, quam parentes sui non habebant. Queramus ergo, quid veritatis sub hac figura lateat. Minutius Felix in eo libro, qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est: Saturnum, cum fugatus esset à filio, in Italiāq; venisset: Cali filium dictū, quod soleamus eos, quorū virtutem miremur, aut qui repentinō aduenerint, de cœlo cedisse, dicere: terra autem, quod ignotis parentibus natos, terra filios nominemus. Sunt hac quidē similia veri, non tam vera: quia constat etiā tunc, cum regnaret, ita esse habitum. Potuit & sic argumentari: Saturnū, cū potentissimus rex esset, ad retinendā parentum suorum memoriam nomina eorū cœlo, terrāq; indidisse; cum hac prius aliis vocabulis appellarentur, qua ratione & montibus, et fluminibus nomina scimus imposita. Neq; enim cum dicunt poëtae de progenie Atlanię, aut Inachi fluminis, id potissimum dicunt, homines ex rebus sensu carentibus potuisse generari; sed eos vtq; significant, qui nati sunt ex iis hominibus, qui vel viui, vel mortui, nomina montibus, aut fluminibus in diderunt. Nam id apud veteres, maximeq; Gracos visitatum fuit. sic maria eorum traxisse nomina accepimus, qui deciderant in ea, ut Aegaeum, Icarium, Helleponicum. & in Latio Auentinus vocabulam monti dedit; in quo sepultus est: Tyberinus vel Tybris annū, in quo mersus est. Non ergo mirandum, si nomina eorum cœlo, terrāq; attributa essent, qui reges genuerant parentissimos. Apparet ergo, non ex cœlo natum esse: quod si non potest: sed ex eo homine, cui nomen Vrano fuit, quod esse verum. Trismegistus auctor est, qui cum diceret admodum paucos extulisse, in quibus esset perfecta doctrina, in his Vranū, Saturnū,

Mercurio

Mercurium cognatos suos nominauit: Hac ille quia ignorauit, alio traduxit historiam, qui quoniam quomodo potuerit argumentari, ostendi: nunc dicam, quomodo, vbi, à quo sit hoc dictum. non enim Saturnus hoc, sed lūpiter fecit. In sacra historia sic Ennius tradit. Deinde \* Pantum <sup>Pan eum</sup> deducit in montem, qui vocatur celi stella. Postquam eō ascendit, contemplatus est late terras; ibiq; in eo monte aram creat cœlo: primusq; in ea ara lūpiter sacrificauit, in eo loco suspexit in cœlum, quod \* nūc nos nominamus: idq; <sup>al.vi.n.</sup> quod supra mundum erat, quod ether\* vocatur, de sui aut vocabatur nomine cœlo nomen indidit: idq; lūpiter, quod ether vocatur, \* precans, primum cœlum nominauit: \* eamq; hostiā, placans <sup>al.terre</sup> quam ibi sacrificauit, totam adolexit. Nec hic tantum sacrificasse lūpiter inuenitur. Cesar quoq; in Arato refert, Aglaosthenem dicere, Iouem cum ex insula Naxo aduersus Titanas proficeretur; & sacrificium faceret in litora: aquilam ei in auspicio aduolasse: quam victor bono omni acceptā tutela sua subiugari. Sacra vero historia etiā ante consedisse illi aquilam in capite, atq; illi regnum portendisse, testatur. Cui ergo sacrificare lūpiter potuit, nisi Cœlo auo? quem dicit Euhemerus in Oceano mortuum, & in oppido Aulatia sepultum.

Quoniam reuelauimus mysteria poëtarum; & Saturni 12 parentes inuenimus: ad virtutes eius, & facta redeamus. Iustus in regno fuit. Primum ex hoc ipso iam deus non est, quod fuit: Deinde quod ne iustus quidem fuit, sed impius non modo in filios, quos necauit, verum etiam in patrem; cui dicitur abscidisse genitalia. quod forsitan vere acciderit. Sed homines respectu elementi, quod dicitur cœlum, totam fabulam explodunt tanquam ineptissimè fictam. quam tamen Stoici (vt solent) ad rationem physicam co-nantur traducere. quorum sententiam Cicero, de natura deorum differens, posuit. Calestē, inquit, altissimā, aetherā, <sup>C</sup> <sup>tiamq;</sup>

riamq<sub>3</sub> naturam, id est igneam, quæ per se omnia gignet, vacare voluerunt ea parte corporis, que coniunctione alterius egeret ad procreandum. quæ ratio in Vestam potuit conuenire, si mas diceretur. Iccirco enim virginem putant Vestam, quia ignis inuiolabile sit elementum, nihilq<sub>3</sub> nasci posse ex eo. quippe qui omnia, quæ arripuerit, absunt. Ouidius in Fasti.

Nec tu aliud Vestam quam viuam intellige flammam:

Nataq<sub>3</sub> de flamma corpora nulla vides.

Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit,

Nec capit, & comites virginitatis amat.

Vulcano quoq<sub>3</sub> id potuit ascribi, qui quidem putatur ignis. & tamen\* eam poëtæ non abscederunt. potuit & Soli, in quo est natura, & causa gignentium. nam sine Solis igneo calore neque nasci quicquam, neque augeri potest: vt nulli alijs elemento magis opus sit genitalibus, quam calor; cuius fœtu concipiuntur, nascuntur, sustentantur omnia. Postremo etiam si ita sit (vt volunt) qui magis abscessum esse calum putemus, quam omnino sine genitalibus natum? Nam si per se gignit non indigebat ritique genitalibus, cum Saturnum ipsum procrearet. Si vero habuit; & à filio absissa sunt: ortus rerum, & natura omnis interisset. Quid, quod ipsi Saturno non diuinum modo sensum, sed humanum quoq<sub>3</sub> admunt? cum affirmant esse eum Saturnum, qui cursum, & conuersiōnē spatiōrum, & temporum contineat; eumq<sub>3</sub> græce idipsum nomen habere. χρόνος enim dicitur. quod est idem, quod χρόνος, id est spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quod saturetur annis. Hec Ciceronis verba sunt exponentis sententiam Stoicorum, quæ quam vanam sit; cuius intelligere promptissimum est. Si enim Saturnus cali est filius: quomodo potuit aut tempus à calo gigni; aut calum à tempore abscondi; aut postea tempus imperio spoliari à filio Ioue? Aut quomodo Iupiter

natus

natus est ex tempore? Aut quibus annis saturari posset aeternitas, cui nullus est finis?

Si ergo vanæ sunt istæ rationes philosophorum: quid sū pereft, nisi vt vere factum esse credamus, id est hominem ab homine abscessum? nisi forte aliquis existimet Deum fuisse, qui timuit cohæredem: cum, siquid diuinitatis habuisset, non patris genitalia debuerit amputare, sed propria, ne Iupiter naſceretur, qui cum regni possessione priuauit. Idem seruore suam Rheam, quam latine Opem dicimus, cum haberet vxorem: responſo veritus esse dicitur, mares liberos educare: quod futurum effet, vt à filio pelleatur. quam rem metuens, natos sibi filios non utiq<sub>3</sub> deuorabat (vt ferunt fabula) ſed necabat. quanquam scriptum fit in historia sacra, Saturnum, & Opem, ceterosq<sub>3</sub> tunc homines humanam carnem solitos eſitare: verum primum Iouem leges hominibus, moresq<sub>3</sub> condentem, editio prohibuisse, ne liceret eo cibo vesci. quod si verum eſt: quæ potest in eo fuisse iuſtitia? Sed ſicut sanè putemus, Saturnum filios deuorasse, modo cum aliquaratione: \*nunc iccirco, num quod ait vulgus, comedisse filios suos cum, qui extulerit, ſepultureq<sub>3</sub> mandauerit? Ops autē cum Iouem peperifſet, subtraxit infantem; eumque nutriendum furtim misit in Cretam. Rursum imprudentiam reprehendam, necesse eſt. Cur enim responſum ab alio potius accepit? Cur in calo conſtitutus, quæ gerebantur in terra, non videbat? Cur eum Corybantes cymbalis ſefellerunt? Postremo cur extitit aliqua vis potentior, aut maior, qua illius vinceret potestatem? Nimirum ſenex à iuuene facile vicitus eſt, ac ſpoliatuſ imperio. Fugit igitur expulſus; & in Italiam nauigio venie, cum errasset diu; ſicut Ouidius in Fastorum libris refert.

Causa ratis supereft. Thuscum rate venit ad amnem,  
Ante pererrato falcifer orbe Deus.

Hunc errantem, atque inopem Ianus exceptit. cuius rei ar-  
gumēta sunt nummi veteres. in quibus est cū duplice frō-  
te Ianus, & in altera parte nauis, sicut idē poēta subiecit.  
*At bona posterit as puppim formauit in ore,*

*Hospitis aduentum testificata Dei.*

Omnis ergo non tantum poēta, sed historiarib[us] quoque ac  
rerum antiquarum scriptores, hominem fuisse cōsentient,  
qui res eius in Italia gestas memorie prodiderunt. Graci,  
Diodorus, & Thallus. Latini, Nepos, & Cassius, & Varro.  
Nam cum agresti quodam more in Italia viueretur:  
Is genus indocile, ac dispersum montibus altis  
Composuit; legesq[ue] dedit; Latiumq[ue] vocari  
Maluit; his quoniam tutus latuisset in oris.

Censet ne aliquis deum esse, qui pulsus est, qui fugit, qui  
latuit? nemo tam stultus est, qui enim fugit, aut latet: &  
vix, & mortem timeat, necesse est. Orpheus, qui temporo-  
ribus eius recentior fuit: aperte, Saturnum in terra, &  
apud homines regnasse, commemoravit.

*τοποί τισ μὲν ἀράξ εἴξ εἰς τὸ Χθονίων αὔρατον.*  
*εὐ τὸ κρόνου γένεται αὐτὸς ἀράξ μέγας εὐρυόποτα ζέυς.*

Item Mero noster.

Aureus hanc vitā in terris Saturnus agebat. & alio loco,  
Aureāj[us] (vt perhibent) illo sub rege fuere

Sacula sic placida populos in pace regebat.

Neg[erit] superius dixit in cœlo egisse vitam; neg[erit] inferius su-  
peros in pace rexisse. vnde apparet, illum regem fuisse ter-  
renum, quod alibi apertius declarat.

— Aureā condet  
Sacula; quæ rursus Latio regnata per arua  
Saturno quondam.  
Ennius quidem in Euhemero, nō primū dicit regnasse  
Saturnum, sed Vranum patrem. Initio, inquit, primus in  
terris imperium summum Vranus habuit. is id regnum

vna

vna cum fratribus suis instituit, atq[ue] paravit. non magna  
dissensio. siquidem maximorum auctōrum de filio, ac patre  
dubitatio est. sed tamen vitrumque fieri potest, vt & pri-  
mus Vranus eminere inter ceteros potentia cōperit, &  
principatum habere, non regnum; posse a Saturnus maio-  
res sibi opes comparauerit, ac regium nomen asciuerit.

Nunc quoniam ab iis, quæ retulimus, aliquantulum sa- 14  
cra historia dissentit: aperiamus ea, quæ veris literis conti-  
nentur; ne poētarum inceptias in accusandis religionibus  
sequi, ac probare videamur. Hec Enniū verba sunt. Exīs  
Saturnus vxorem duxit Opē. Titan, qui maior natu erat,  
postulat vt ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum, & soror-  
es Ceres, atq[ue] Ops suadent Saturno, vt de regno non con-  
cedat fratri. Ibi Titan, qui facile deterior esset, quam Sa-  
turnus: iccirco, & quod videbat matrem, atq[ue] sorores suas  
operam dare, vt Saturnus regnaret; cōcessit ei, vt iū regna-  
ret. Itaq[ue] p[ro]ctus est cum Saturno; vti siquid liberum viri-  
lis sexus ei natum esset, ne educaret. id eius rei causa fecit,  
vti ad suos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filius qui  
primus natus est, cum necauerunt. Deinde posterius nati  
sunt gemini, Iupiter, atq[ue] Iuno. Tum Iunonem Saturno in  
conspicuum dedere; atq[ue] Iouem clam abscondunt; dant q[ui]  
cum Vesta educandum, calantes Saturnum. Item Neptu-  
num clam Saturno Ops parit; eumq[ue] clanculum abscon-  
dit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos,  
Plutonem, & Glaucom. Pluton latime est diespiter. alijs  
Orcum dicunt. ibi Glaucom filiam Saturno ostendunt; ac  
filium Plutonem celant, atq[ue] abscondunt. Deinde Glauca  
parva emoritur. Hec (vt scripta sunt) Iouis, fratrūq[ue] eius  
stirps, atque cognatio in hunc modum nobis ex sacra scri-  
ptione tradita est. Item paulo post hac refert. Deinde Ti-  
tan, postquam rescivit Saturno filios procreatōs, atq[ue] edu-  
catos esse clam: seducit secum filios suos, qui Titani vo-  
cantur;

cantur; fratremq; suum Saturnum, atq; Opem comprehendit; eosq; muro circumegit: & custodiam his apponit. Hac historia quam vera sit, docet Sibylla Erythraea, eadem ferè dicens; nisi quod in paucis, qua ad rem non pertinent, discrepat. Iupiter ergo liberatur summi sceleris criminis; quod patrem vinxisse compedibus perhibetur. id enim Titan patruus fecit; quod ille contra pactionem, iusq; iurandum mares liberos sustulisset. Reliqua historia sic contexitur: Iouem adultum, cum audiuit patrem, atq; maren custodius circunseptos, atque in vincula coniectos; venisse cum magna Cretensium multitudine; Titanumq; ac filios eius pugnando viciisse; parentes vinculis excemisse; patri regnum reddidisse; atq; ita in Cretam remeasse: Post hec deinde Saturno datam sortem, vt caueret, ne filius eum regno expelleret: illum eleuanda sortis, atque effugiendi pericli gratia insidiatum Ioui, vi eum nocaret: Iouē cognitis insidiis regnum sibi denuo vendicasse; ac fugasse Saturnum, qui cum iactatus esset per omnes terras, perséquentibus armatis, quos ad eum comprehendentum, vel necandum Jupiter miserat: vix in Italia locum, in quo lateter, inuenit.

Quibus ex rebus cum constet illos homines fuisse: non est obscurum, qua ratione Dī cōperint nominari. Si enim nulli reges ante Saturnum, vel Uranum fuerunt propter hominum raritatem, qui agrestem vitam sine ullo rectore viuebant: non est dubium, quin illis temporibus homines regem ipsum, totamq; gentem summis laudibus, ac nouis honoribus iactare cōperint, vt etiam Deos appellarent, siue ob miraculum virtutis (hoc vere putabant rudes adhuc, & simplices) siue (vt fieri solet) in adulacionem præsentis potentia: siue ob beneficia, quibus erant ad humanitatem cōpositi. Deinde ipsi reges, cum chari fuissent ius, quorum vitam composuerant: magnum sui desiderium mortui re-

liquebant. Itaque homines eorum simulachra finxerunt; vt haberent aliquod ex imaginum contemplatione solatum. progressi q; longius per amorem meriti, memoriam defunctorum colere cōperunt; vt & gratiam referre benerit viderentur; & successores eorum allicerent ad bene imperandi cupiditatem. quod Cicero de natura Deorum docet, dicens. Suscepit autem vita hominum, consuetudoq; communis, vt beneficiis excellentes viros in calum fama, ac voluntate tolleret. Hinc Hercules, hinc Castor, hinc Pollux, hinc Aesculapius, hinc Liber. Et alio loco, atq; alio in plerisque ciuitatibus intelligi potest, acuenda virtutis gratia, aut quo libentius reipublica causa periculum adiret optimus quisque virorum fortium memoriam honore deorum immortalium consecratam. Hac scilicet ratione Romani Cæsares suos consecraverunt, & Mauri reges suos. Sic paulatim religiones esse cōpere; dum illi primi, qui eos nouerant, eo ritu suos liberos, ac nepotes, deinde omnes posteros imbuuerunt. Et hi tamen summi reges ob celebritatem nominis in prouincia omnibus colebantur. Priuatum vero singuli populi gentis aut urbis sua conditores, seu viri fortitudine insignes erant, seu fæmina castitate mirabiles; summa veneratione coluerunt, vt Aegyptijs Iside, Mauri Iubam, Macedones Cabyrum, Pœni Vranum, Latini Faenum, Sabini Sancum, Romani Quirinum. Eodem utiq; modo Athena Mineruam, Samos Iunonem, Parphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinē Delphi. Sic per populos, atq; regiones varia sacra suscepta sunt; dum grati homines esse in suos principes cupiunt; & quos alios honores vita parentibus deferant, innuenire non possunt. Praterea pietas eorum, qui successerant, plurimum contulit ad errorem. qui (vt diuina stirpe nati videbantur) diuinos honores parentibus detulerunt, deferriq; iusserunt. Annē potest aliquis dubitare, quomodo religio-

nes deorum sint institutæ cum apud Maronem legat Aeneæ verba socij imperantis.

Nunc pateras libate Ioui; precibusque vocate  
Anchisen genitorem.

Cui non tantum immortalitatem, verum etiam ventorum  
tribuit potestate.

Poscamus ventos; atq; hæc mea sacra quotannis,  
Urbe velit posita templis sibi ferre dicatis.

Idem scilicet de Ioue Liber, & Pan, & Mercurius, & Apollo, fecerunt: ac postea de his ipsis successores eorum. Accesserunt etiam poëtae & compositi ad voluptatem carminibus, in cælum eos sustulerunt: sicut faciunt qui apud reges etiam malos panegyrīcīs mēdacibus adulantur. quod malum à Gracis ortum est. quorum levitas in structa dīcendis facultate, & copia, incredibile est quantas mendaciorum nebulae excitauerit. Itaq; admirari eos, & suscepserunt primi sacra illorum; & vniuersis gentibus tradiderunt. Ob hanc vanitatem Sibylla sic eos increpat.

Ἐλλὰς δὴ τι τετραθέα ἐπ’ ἀνδράσιν οὐκόνεστοί;  
Πρός τι δὲ δῶρα μέταια καταφέμενος ἀντίθην;  
Δύος εἰδώλων, τις τοι πλέον βάλεν τὸν φῶ  
ως τέ σε τέδε τοιεν μεγάλοιο θεοῖ προσώπε  
λειπομένου.

M. Tullius, qui non tantum perfectus orator, sed etiam philosophus fuit; siquidem solus extitit Platonis imitator: in eo libro, quo seipsum de morte filiae consolatus est; non dubitauit dicere, Deos, qui publice colerentur, homines fuisse. Quod ipsum testimonium eo debet grauiissimum indicari, quod & augurale habuit sacerdotium; & eosdem se colere, venerarique testatur: itaq; intra paucos versiculos duas res nobis dedit. Nam dum imaginem filiae eodem modo cōsacraturum esse profiteretur; quo illi à veteribus sunt consecrati: & illos mortuos esse docuit; & originem

vana superstitionis ostendit. Cum verò, inquit, & mares, & foeminas complures ex hominibus in deorum numero esse videamus; & eorum in urbibus, atq; agris augustissima delubra veneremur: assentiamur eorum sapientia; quorum ingenii, & inuentis omnem vitam legibus, & institutis excultam, constitutamq; habemus. Quid si vnum vñquam animal consecrandum fuit: illud profecto fuit. Si Cadmi, aut Amphionū progenites, aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit: huic idem bonus certe dicandus est. quod quidem faciam: teque omnium optimam, doctissimamque, approbatibus diu immortalibus ipsis in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium consecrabo. Fortasse dicat aliquis, præ nimio luctu delirasse Ciceronem. Atqui omnis illa oratio, & doctrina & exemplis, & ipso loquendi genere perfecta, non agri, sed constātis animi, ac iudicij fuit & hac ipsa sententia nullum preferit indicium doloris. Neg; enim puto illum tam varie, tam copiose, tam ornate scribere potuisse; nisi luctum eius & ratio ipsa, & consolatio amicorum, & temporis longitudo mitigasset. Quid, quod idem dicit in libro de Republica: idē de gloria? Nam de Legibus; quo in opere Platonem secutus, leges voluit ponere, quibus putaret vñram esse iustam, & sapientem ciuitatem: de religione ita sanxit. Diuos, & eos, qui coelestes semper habiti sunt, columto; & illos, quos in cælo merita locauerunt, Herculem, Liberum, Aesculapium, Pollucem, Castorem, Quirinum. Itē in Thusculanis; cum diceret totum penè cælum humano genere completum. Si voluero, inquit, scrutari vetera, & ex illis ea, quæ scriptores Gracia prodiderunt, eruere conter: ipsi illi maiorum gentium Dij qui habentur, hinc à nobis profecti in cælum reperientur. Quere, quorum demonstrantur sepulchra in Gracia; reminiscere, quoniam es iniciatus, qua traduntur mysteria: tum denique, quam

boc late patet, intelliges. Testatus est, videlicet Attici consuetudinibus ex ipsis mysteriis intelligi posse, quod omnes illi homines fuerunt, qui coluntur: & cum de Hercule, Libero, Aesculapio, Castore, Polluce, incunctanter fateretur: de Apolline ac Ioue patribus eorum, item de Neptuno, Vulcano, Marte, Mercurio, quos maiorum gentium Deos appellauit, timuit aperte cōfiteri. Et ictus ait, late hoc patere: ut idem de Ioue, ceterisq; antiquioribus diis intelligamus. quorum memoriam si eadem ratione veteres consecrauerunt; qua se imaginē, nomenq; filie consecraturum esse dicit: ignosci marentibus potest, credētibus non potest. Quis enim tam demens, qui consensu, & placito innumerabilem stultorum, aperiri calum mortuis arbitretur? aut aliquē, quod ipse non habeat, dare alteri posse? Apud Romanos Deus Iulius, quia hoc scelerato homini placuit Antonio; Deus Quirinus, quia hoc pastoribus visum est: cum alter germani fratre extiterit, alter patrie paricida. quod si Cos. non fuisset Antonius: C. Caesar pro suis in républicam meritis etiam defuncti hominis honore caruisset; & quidē consilio Pisonis socii, & L. Caesaris propinquai: qui vatabant funus fieri: & Dolabella Cos. qui columnam in foro, id est, titulum eius euerit, ac forum expianuit. Nam Romulum desiderio suis fuisse, declarat Ennius, apud quem populus amissum regem dolens, hac loquitur.

O' Romule Romule dic, ò,

Qualem te patriæ custodem dīj genuerunt?

Tu produxisti nos intra lumen oras.

O' pater, ò genitor, ò sanguen diis oriundum.

Ob hoc desiderium facilius creditum est Iulio Proculo mēritū; qui subornatus a patribus est, vt nuntiaret plebi sua, vidisse se regem humano habitu augustioremeumq; mandasse ad populum, vt sibi delubrum fieret, se Deum esse, & Quirinum vocari. Quo facto & ipsi populo persuasit, Romulum

mulum ad deos abiisse: & senatum sufficieō cedis regiae liberavit.

Potera iis, que retuli, esse cometus: sed supersunt adhuc multa suscepto operi necessaria. Nā quamvis ipso religionum capite destructo, vniuersa sustulerim: libet tamen prosequi cetera, & redarguere plenius inueterata persuasione; vt tandem homines pudeat suorum, ac pœnitentia errorum. Magnum hoc opus, & homine dignum.

Religionum animos nodis exoluere pergo (vt ait Lucretius) qui quidē hoc efficere non poterat; quia nihil veri afferebat. Nostrū est hoc officium, qui & verum Deum asserimus, & falsos refutamus. Illi ergo, qui poētas fixissē deis fabulas opinantur, & deas fœminas esse credunt & colunt: reuoluuntur imprudētes ad id, quod negauerat coire illos, ac parere. Nec enim fieri potest, quin duo sexus generandi causa sint instituti. Recepta vero sexuū diueritate, nō intelligent consequens esse, vt concipiāt, quod in Deū cadere non potest, vt isti putant. nā & Iouis esse filios dicunt, & ceterorū deorū. Nascentur ergo, & quotidie quidē Dī noui. nec n. vincuntur ab hominibus fecunditate. Igitur Deorum innumerabilium plena sunt omnia, nullo scilicet moriente. Nam cum hominum vis incredibilis, numerus sit inastimabilis; quos tamen, sicuti nascentur, mori neceſſe est: quid Deorum esse tandem putemus; qui tot scelus nati sunt, immortalesque manserunt? Cur ergo tam pauci coluntur? nisi forte arbitramur, non generādi causa, sed tantummodo capiendo voluptatis duos esse sexus. Deorum; & ea exercere, qua homunculos & facere, & pati puder. Cū vero dicātur aliqui ex aliquibus nati; cōsequens est, vt semper nascantur; siquidē aliquādo sunt nati: vel, si aliquādo nasci desierunt, scire nos coquēnit, cur, aut quādo desierint. Non illepede Seneca in libris moralibus philosophia. Quid ergo est, inquit, quare apud poētas salacissimus Lupi-

*Jupiter desierit liberos tollere? Verum sexagenarius fatus est; & illi lex Papia sibulam imposuit? an impetravit ius trium liberorum? An tandem illi venit in mentem. Ab alio expectes, alteri quod feceris? & timet, ne quis sibi faciat, quod ipse Saturno? At isti, qui Deos afferunt; videat quomodo respondeant huic argumento, quod inferemus. Si duo sunt sexus Deorum: sequitur concubitus: & si coant; & domos habeant, necesse est. nec enim carent virtute, ac pudore; vt hoc promiscue, aut in proposito faciant; sicut muta videmus facere animalia. si domos habent: consequens est, vt & vrbes habeant; & quidem auctore Nasoni: qui ait,*

*Plebs habitat diversa locis; hac fronte potentes  
Calicole, clarique suos posuere penates.*

*Si habent vrbes: & agros igitur habebunt. Iam, quis non videat, quae sequantur? arare illos, & colere: quod quidem victimus causa sit. ergo mortales sunt. Quod argumentum retrouersum idem valet. Si enim agros non habent; ne vrbes quidem: si vrbes non habent; ne domos quidem. Si dominibus carent; ergo & concubitu. Si concubitus ab his abest; & sexus igitur foemineus: in diis autem videmus, & foeminas esse. ergo Dj̄ non sunt. Dissoluat hoc argumentum, si quis potest. Ita enim res rem sequitur, vt hac ultima necesse sit confiteri. Sed ne illud quidem dissoluet alius. Ex duobus sexibus alter fortior, alter infirmior est. Robustiores enim mares sunt, foeminae imbecilliores. Imbecillitas autem non cadit in Deum: ergo nec foemineus sexus. Huic additur superioris argumenti extrema illa conclusio; vt Dj̄ non sint, quoniam in Diis & foeminae sunt.*

17 *Ob has rationes Stoici aliquersus Deos interpretantur. & quia non peruident, quid sit in vero; conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere. quos Cicero secutus, de Diis, ac religionibus eorum hanc sententiam tulit.*

Vide-

*Videtisne igitur, vt à physicis rebus bene, atq; utiliter inuenientis tracta ratio sit ad commentitios, ac fictos deos? quæ res genuit falsas opiniones, erroresq; turbulentos, superstitiones pene aniles. & formæ enim deorum nobis, & atares, & vestitus, ornatusq; noti sunt. genera præterea, & iugia, cognationes omnes, omniaq; traducta ad similitudinem imbecillitatæ humanae. Quid planius, quid verius dici potest? Romana philosophia princeps, & amplissimo sacerdotio præditus, commentitios, ac fictos deos redarguit. quorum cultus, superstitiones pènè aniles esse testatur: falsis opinionibus, erroribusq; turbulentis implicatos esse homines queritur. Nam totus liber tertius de natura Deorum omnes funditus religiones euertit, ac delet. Quid ergo à nobis expectatur amplius? Num eloquentia superare possumus Ciceronem? minime id quidem: sed fiducia illi defuit ignorantia veritatem. quod ipse simpliciter in eodem opere confitetur. Ait enim facilius se posse dicere, quid non sit, quam quid sit; hoc est, falsa se intelligere, vera nescire. Clarum est igitur, homines fuisse illos, qui Dj̄ putantur; & eorum memoriam post mortem consecratam esse. ideo etiā atates diversa sunt, & certe imagines singulorum; quod in eo habitu, & atate singulorum simulachra configurata sunt, in qua quemq; mors deprehendit. Considerenmus (si placet) arumnas infelicium deorum. Ibis filium perdidit, Ceres filiam. expulsa, & per orbem terra iactata Latona, vix insulam paruam, in qua pareret, inuenit. Deum mater & amauit formosum adolescentem; & eundem cum pellice deprehensem, exectis virilibus semiurum reddidit. & ideo nunc sacra eius à Gallis sacerdotibus celebrantur. Iuno pellices acerrime persecuta est; quia parere ipsa non potuit ex fratre. Insulam Samum scribit Varro prius Partheniam nominatam, quod ibi Iuno adoleuerit, ibiq; etiam Ioui nupserit. Itaq; nobilissimum, & antiquissimum templum*

plum eius est Sami, & simulachrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniversaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adoleuit, si virgo fuit primo, postea mulier: hominem fuisse, qui non intelligit; pecudē se fatetur. Quid loquar obscenitatē Veneris omnium libidinibus proficitur non Deorum tantum, sed & hominū? Hoc enim ex famoso Martis stupro genuit Harmonia, ex Mercurio Hermaphroditum; qui est natus Androgynus: ex Iove Cupidine, ex Anchise Aenea, ex Bute Erycon; ex Adone quidē nullum potuit, quod etiā tum puer ab auro ictus, & occisus est. que prima (vt in historia sacra continetur) arte meretriciam instituit; auctorq; mulieribus in Cypro fuit, vii vulgo corpore quastum faceret, quod in circō imperavit; ne sola præter alias mulieres impudica, & virorum appetens videatur. Etiā habet hec aliquid numinis: cuius plura numerantur adulteria, quam parvus. Sed ne illa quidē virginis illibatam castitatem seruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthonium esse natum: an ex terra, vt poëta videri volunt? At res ipsa clamat. Nam cum Vulcanus diuarma fecisset, eiq; Iupiter optionem dedisset præmij, quod vellet, postulandi: iurassetque (vt solebat) per infernā paludem, se nihil negaturum: tum faber claudus Minerua nuptias postulauit. Hic Iupiter Opt. Max. tanta religione constrictus, abnuere non potuit: Mineruam tamē monuit repugnare, pudicitianque defendere. tum in illa collecta-tione Vulcanum in terram profudisse aiunt semen, vnde sit Erichthonius natus. idque illi nomen impositum à πόντῳ τῆς ἔφεδος, οὐ χθόνος, id est, ex certamine, atq; humo. Cur igitur virgo eum puerum cum dracone conclusum, & obsignatum, tribus virginibus Cecropidis commendauit? evidens (ut opinor) incestum; quod nullo modo posse colorari. Altera cum penē amatorem suum perdidisset; qui erat turbatus distractus equis; prestatisimum medicum Aesculapium

CURAN-

curando iuueni aduocauit; eumque sanatum, Secretis alma recondit Sedibus; & nymphæ Egerie, nemoriisque relegat: Solus vbi in filiis Italis, ignobilis cūum Exigeret; versoque vbi nomine Virbius esset.

Quid sibi vult hec tam diligēs, tā sollicita curatio: quid scretae sedes? quid relegatio vel tā longe, vel ad mulierē, vel in solitudine? quid deinde nominis cōmutatio? Postremo, quid equorū tā pertinax abominationis? Quid significat hac omnia nisi cōsciētiam stupri, & amore minime virginalē? Erat plane, cur tantum laborem pro tam fideli iuueni susciperet; qui amanti nouerat obsequium pernegaret.

Hoc in loco refellendi sunt etiam ij, qui Deos ex hominibus 18 esse factos, non tantum fatentur; sed, vt eos laudent, etiam gloriantur, aut virtutis gratia, vt Hercule, aut munerum, vt Cererem ac Liberum; aut artium repertarum, vt Aesculapium, vel Mineruā. Hac vero quam incepta sint, quamq; non digna, propter quæ homines inexpabili se scelere contaminent, hostesq; Deo vero fiant; quo contempto, mortuorum sacra suscipiunt: ex singulis rebus ostendā. Virtutem esse dicunt, quæ hominem tollat in calum; nō illam, de qua philosophi dixerunt, quæ posita est in bonis animi, sed hāc differunt corporalem, quæ dicitur fortitudo. quæ quoniam præcipua in Hercule fuit: immortalitatem meruisse creditur. Quis tam stulte inceptus est, vt corporis vires diuinum, vel etiam humanum bonum iudicet; cum sint & maiores pecudibus attributa; & uno morbo sape frangantur, vel ipsa senectute minuantur, & corruant? Itaq; idē ille, cum deformari viceribus toros suos cerneret: nec sanari se voluit, nec se fieri; nequando seipso minor, aut deformior videretur. Hunc à rogo quo viuū seipsum cōbūserat; ascēdisse in calū purauerū: eaq; ipsa, quæ stultissime admirati sunt; simula chris & imaginibus expressa, & consecrata posuerunt; vt

fanum  
al. ne senex.  
aut deformior videtur. vi. n.

in

in perpetuum vanitatis eorum monumenta perstareb<sup>et</sup>, qui ob necem bestiarum deos fieri credidissent. Sed hac Grecorum fortasse culpa sit, qui res leuisimis pro maximis semper habuerunt. Quid nostri, num sapientiores? qui athleticam quidem virtutem contemnunt, quia nihil obest; sed regiam, quia late solet nocere, sic admirantur; vt fortes, & bellicosos duces in Deorum cœtum locari arbitren-  
tur; nec esse ullam aliam ad immortalitatem viam, quam exercitus ducere, aliena vastare, vrbes delere, oppida exci-  
dere, liberos populos aut trucidare, aut subiictere seruituti.  
videlicet quò plures homines affixerint, spoliauerint, occi-  
derint; eo se nobiliores, & clariores putant: & inanis glo-  
ria specie capti, sceleribus suis nomen virtutis imponunt.  
Iam malle, vt à ferarum cædibus Deos sibi fingerent, quam immortalitatem tam cruentam probarent. Si quis unum hominem ingulauerit; pro contaminato, ac nefario habe-  
tur; nec ad terrenum hoc domicilium Deorum admitti cù-  
fas putant. Ille autem, qui infinita hominum millia truci-  
dauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit: non modo in templum, sed etiam in calum admittitur. Apud Ennium sic loquitur Africanus.

*Sifus cædendo cœlestia scandere cuiquam est:*

*Mi soli cæli maxima porta patet.*

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. O quantis in tenebris Africane versatus es: vel potius ò poëta, qui per cades, & sanguinem patere hominibus in calum ascensum putaueris! Cui vanitati & Cicero assensit. Est verò, inquit, Africane nam & Herculis eadem ipsa porta patuit. Tanquam ipse planè, cum id fieret, ianitor fuerit in cælo. Evidem statuere non possum, dolendum potius, an ridendum putem, cum videam graues, & doctos, & (vt sibi videntur) sapientes viros, in tam miserandis errorum fluctibus voluntari. Si hæc est virtus, qua-

*not*

nos immortales facit: mori equidem nialim, quam exitio esse quamplurimis. Si aliter immortalitas parari non pos-  
test, nisi per sanguinem: quid fieri, si omnes in concordiam conservent? Quod certe fieri poterit; si pernicioſo, & im-  
piō furore proiecto, innocentes esse ac iusti velint. Num  
igitur nemo erit calo dignus? num peribit virtus, quia ho-  
minibus in homines saevire non dabatur? Sed isti, qui cuer-  
siones vrbiū, populorumq<sub>z</sub>, summam gloriam computat:  
otium publicum non ferent; sapient; saeuient; & iniuriis in-  
solenter illatis, humanae societatis foedus irruptent; vt ha-  
bere hostem possint, quem sceleratus deleant, quam lacef-  
sierint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomen deorum Cere-  
ri, ac Libero traditio munerum fecit. Possum diuinis doce-  
re literis, vinum, atq<sub>z</sub> fruges ante progeniem cæli, atq<sub>z</sub> Se-  
turni fuisse in usū hominum: sed ab his sane inuenita esse  
fingamus. Num potest plus, aut maius videri, collegisse fru-  
ges; hisq<sub>z</sub> fractū, panem facere docuisse; aut vuas de viti-  
bus lectas expresse; vinumq<sub>z</sub> fecisse: quam fruges ipsas,  
aut vites generasse, aut protulisse de terra? Reliquerit hec  
sane Deus humanis ingenii erunda: tamen fieri non po-  
test, quin ipsius sint omnia, qui & sapientiam tribuit ho-  
mini, vt inueniret; & ipsa illa, quæ possent inueniri\*. Ar-  
vi. n  
tes quoque suis inuentoribus immortalitatem peperisse di-  
cuntur, vt Aesculapio medicina, Vulcano fabrica. Colamus  
igitur & illos, qui fullonicam, surrinamq<sub>z</sub> docuerunt. Cur  
autem figulina repertori honos non habetur? An quia isti  
diuines vasja Samia contemnunt? Sunt & aliae artes; qua-  
rum repertores humana vita plurimum profuerunt. Cur  
non etiam illis attributa sunt templa? sed nimirum Mi-  
nerua est, qua omnes reperit: ideoq<sub>z</sub> illi opifices supplicant.  
Ergo ab his sordibus Minerua ascendit in calum. Est verò,  
cur quisquam derelinquat eum, qui terram cum animan-  
tibus, calum cum astris, & luminibus exorsus est; vt eam

D

VENE-

veneretur, quæ telam docuit ordiri? Quid ille, qui vulnera in corporibus sanare docuit: num potest esse præstantior, quam qui corpora ipsa formauit: sentiendi, ac viuendi rationem dedi? herbas deniq; ipsas, & cetera, quibus mendandi ars constat, excogitauit, ac protulit?

19 At enim dicet aliquis, & huic summo, qui fecit omnia, & illis, qui partim profuerunt, suam venerationem esse tribuendam. Primum nec factum est vñquā, vt qui hos colli, etiam Deum coluerit; neq; fieri potest, quoniam si homos idem tribuitur aliis: ipse omnino non colitur. cuius religio est, illum esse vnum, ac solum Deum credere. Clamat summus poëta, eos omnes, qui inuentas vitam excoluere per artes, apud inferos esse, ipsumq; illum medicina artis repertorem, ad stygias vnde fulmine esse detrusum: vt intelligamus, quantum valeat pater omnipotēs, qui & Deos fulminibus extinguae. Sed homines ingeniosi hanc secum habebant fortasse rationem, quia Deus fulminari non potest: appareat non esse factum. immo vero, quia factum est: appareat hominem fuisse, non Deum. Mendacium enim poëtarum non in facto est, sed in nomine. Metuebant enim malum, si contra publicam persuasionem satserentur, quod erat verum. Quid si hoc constat inter ipsos, ex hominibus Deos factos: cur ergo non credunt poëtis, si quando illorum fugas, & vulnera, & mortes, & bella, & adulteria describunt? Quibus ex rebus intelligi datur, non potuisse vlo pacto fieri Deos: quia ne homines quidem probi fuerunt: eaque in vita sua gesserunt, que mortem pariunt sempiternam.

20 Venio nunc ad proprias Romanorum religiones: quoniam de communibus dixi. Romuli nutrix Lupa honoribus est affecta diuinis. Et ferrem, si animal ipsum fuisse, cuius figuram gerit. Auctor est Liuius, Larentia esse simulachrum, & quidem non corporis, sed menis, ac morum. Fuit enim

Faustuli vxor, & propter vulgati corporis vilitatem Lupa inter pastores, id est meretrix nuncupata est; vnde etiam Lupanar dicitur. exemplum scilicet Atheniensium in ea figuranda Romani secuti sunt. apud quos meretrix quedam nomine Leana, cum tyrannum occidisset; quia nefas erat, simulachrum constitut meretricis in templo; animalis effigiem posuerunt, cuius nomen gerebat. Itaq; vt illi monimentum ex nomine, sic isti ex professione fecerunt. Huius nomini etiam dies festus dicatus est; & Larentinalia constituta. Nec hanc solum Romani meretricem colunt, sed totam Faulam quoq; quam Herculis scortum fuisse, Verrius scribit. Iam quanta ista immortalitas putanda sit, quam etiā meretrices affequantur? Flora, cum magnas opes ex arte meretricia quæfuisse; populu scripsit hæredem; certamq; pecuniam reliquit, cuius ex anno fœnore suis natalis dies celebraretur, editione ludorum, quos appellant Floralia. Quid quia senatu flagitiosum videbatur: ab ipso nomine argumentum sumi placuit; vt pudenda rei quædam dignitas adderetur. Deam fixerunt esse, quæ floribus præsist; eamque oportere placari; vt fruges cum arboribus, aut vitibus bene, prosperè florescerent. Eum colorem secutus in Fastis poëta, non ignobile hymnam fuisse narravit, que sit Chloris vocitata; eamque Zephyro nuptam, quasi dotis loco id accepisse muneris a marito, vt haberet omnium florum potestatem. Honeste quidem ista dicuntur; sed in honeste, turpitè que creduntur. Nec debent (cum veritas queritur) huiusmodi nos velamenta decipere. Celebrantur ergo illi ludi cum omni lasciuia, conuenientes memoria meretricis. Nam præter verborum licentiam, quibus obscenitas omnis effunditur; exiuntur etiam vestibus populo flagitante meretrices; que tunc mimorum funguntur officio; & in conspectu populi usque ad satietatem impudicorum luminum cum pudendis motibus detinentur.

segum.vi.n.

honestatem

sote

Cloacinae simulachrum in cloaca maxima repertum Tatius consecrauit: & quia cuius esset effigies ignorabat; ex loco illi nomen imposuit. Pauorem, Palloremque Tullus Hostilius figurauit, & coluit. Quid de hoc dicam, nisi dignum fuisse, qui semper deos suos (sicut optari solet)<sup>\*</sup> praesentes haberet? Ab hoc illud M. Marcelli de consecratione honoris, atque virtutis, honestate nominum differt, re congruit. Eadem vanitate Mentem quoque inter deos collagavit Senatus, quam profectò si habuisset; eiusmodi sacra nunquam suscepisset. Magnum Cicero, audaxque consilium suscepisse Graciam dicit; quid cupidinum, & amorū simulachra in gymnasii consecrasset. adulatus est videlicet Attico; & irrisit hominem familiarem. Non enim illud magnum, aut omnino consilium dicendum fuit, sed impudicorum hominum perditia, & deplorata nequitia, qui liberos suos, quos erudire ad \* honesta deberent; proflauerunt libidini iuuentutis: à quibus flagitorum Deos & in illis potissimum locis, vbi nuda corpora corruptorum luminibus patent; & in illa colli etate voluerunt, que simplex, & improuida prius irretiri, & in laqueos potest cadere, quam cauere. Quid mirum, si ab hac gente vniuersa flagitia manarunt? apud quam ipsa vitia religiosa sunt, eaque non modo non vitantur, verum etiam coluntur. Et ideo huic sententia, tanquam Gracos prudentia vinceret, adiecit. Virtutes enim oportet, non vitia consecrari. Quod si recipis d. M. Tulli: non vides forte, vt irrumpant vitia cum virtutibus: quia mala bonis adhaerent; & in animis hominum potentiora sunt. quia si vetas consecrari: respondebit tibi illa eadem Gracia; se alios deos colere, vi profint; alios, ne noceant. Hec enim semper excusatio est eorum, qui mala sua pro diis habent; vt Romani Rubiginem, ac Febrem. Si ergo vitia consecranda non sunt; in quo tibi assentior: ne virtutes quidem. Non enim per se sapiunt,

aut

aut sentiunt: neque intra parietes, aut ediculas luto factas, sed intra pectus collocanda sunt, & interius comprehendenda; ne sint falsa, si extra hominem fuerint collata. Itaque praeclaram illam legem tuam derideo, quam ponis his verbis. Ast illa, propter quæ datur homini ascensus in calum; mentem, virtutem, pietatem, fidem; earumq<sup>z</sup> laudum delubra sunt. Atqui hac separari ab homine non possunt. Si enim colenda sunt: in homine ipso sint, necesse est. Si autem sunt extra hominem: quid opus est ea colere, quibus\* careamus? Virtus colenda est, non imago vir- careas turis; & colenda, non sacrificio aliquo, aut thure, aut preicatione solenni, sed voluntate sola, atque proposito. Nam quid est aliud colere virtutem, nisi eam comprehendere animo, & tenere? quod vnuquisque simul accepit velle; consequitur. Hic solus virtutis est cultus. nam religio & veneratio nulla alia nisi vnius dei teneda est. Quid igitur opus est ò vir sapientissime, superuacuis extructiōnibus loca occupare, qua possint humanis v̄sibus cederet quid sacerdotes constituere, vana, & insensibilia culturos? quid immolare victimas? quid tantos sumptus vel fingendis, vel colendis imaginibus impendere? Firmius, & incorruptius templum est pectus humanum. hoc potius ornetur: hoc veris illis numinibus impleatur. Has ergo falsas consecrationes\* sequitur, quod necesse est. Qui al. sequi quid necesse est? enim virtutes sic colunt; id est qui vmbras, atque imagines virtutum consecrantur: ea ipsa, qua vera sunt, tenere non possunt. Itaque nulla in quoquam virtus est, virtus vbiique dominantibus; nulla fides, omnia pro se unoquoque rapiente; nulla pietas, nec consanguineus, nec parentibus parcente auaritia, & cupiditate in venenum & ferrum ruente; nulla pax, nulla concordia, publice bellis saeuientibus; priuatim vero inimicitias vsque ad sanguinem parentibus; nulla pudicitia, libidinibus effrenatis om-

horre

dolis

antea missi

habebant

nem sexum, & omnes corporis partes contaminantibus, nec tamen desinunt ea colere; quae fugiunt, & oderunt. Colunt enim thure, ac summis digitis, qua sensibus initimis \* colere debuerunt. qui error omnis ex illius principali, ac summi boni ignoratione descendit. Urbe à Gallis occupata, obfessi in Capitolio Romani, cum ex mulierum capillis tormenta fecissent; adem Veneri Calue consecrarent. Non igitur intelligent, quām vane sint religiones, vel ex eo ipso, quod eas his ineptius cauillantur. A Lacedemoniis fortasse didicerant, Deos sibi ex euentis fingere. qui cum Messenios obfiderent; & illi furtim deceptis obfessoribus egredi, ad diripendam Lacedemonem cucurriſſent: à Spartanis mulieribus fusi, fugatique sunt. Cognitis autem hostium \* infidiis, Lacedemonij ſequabantur. His armata mulieres obuiam longius exierunt, que cum viros suos cernerent parare ſe ad pugnam; quod putarent Messenios eſſe: corpora ſua nadauerunt. At illi viroribus cognitis, & aspectu in libidinem concitatiti, ſicut erant, armati permifſi ſunt utique promiscue. nec enim vacabat diſcernere. ſic iuuenes ab iisdem \* ante admitti, cum virginibus, ex quib⁹ ſunt Parthenij nati; proper huius facti memoriam adem Veneri armata, ſimulachrumque poſuerunt. quod ametiſi ex cauſa turpi verit, tamen honestius viderunt, armatam Venerem conſecrare, quām caluam. Eodem tempore Ioui quoque Piftori atra poſita eſt; quod eos in quiete monuifet; vt ex omni frumento, quod\* haberent, panem facerent, & in hostium castra iactarent: eoque facta ſoluta eſt obſidio, desperantibus Gallis inopia ſubigi poſſe Romanos. Quae iſta religionum derisio eſt? ſi earum defenſor eſsem; quid tam grauiter queri poſſem; quām deorum numen in tantum veniſſe contemptum; vt turpisimi nominibus ludibrio habeatur? Quis non rideat Forna-

cem deam? vel potius doctos viros celebrandis fornacalibus operari? quis, cum audiat deam Mutam, tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt, ex qua ſint nati Lares: & ipsam, Laram nominant, vel Larundam. Quid preſtare colemi poſteſt, que loqui non poſteſt? Colitur & Caſa; que Herculi fecit indicium de furto boum; diuinitatem conſecuta, quia prodiuit fratrem: Et Cunina; qua infantes in cunis tueruntur; ac fascinum ſummoſet: Et \*Sterculius; qui Sterculus ſtercorandi agri rationem primus induxit: Et \*Mutinus; Tutinus in cuius ſinu pudendo nubentes preſident; vt illarum pudicitiam prior Deus delibaffe videatur: Et mille alia portenta: vt iam vaniores qui hec colenda fuſceperint, quām Aegyptios eſſe dicamus, qui monſtruosa, & ridicula quādam ſimulachra venerantur. Et hæc tamen habent aliquam imaginem. Quid, qui lapidem colunt infor- mem, atque rudem; cui nomen eſt Terminus? Hic eſt, quem pro Ioue Saturnus dicitur deuoraffe: nec imme- rito illi honos tribuitur. Nam cum Tarquinius Capito- lium facere vellet; eoque in loco multorum deorum fa- cella eſſent: consuluit eos per auguria; verum Ioui \* ce- cederet, & cedentibus ceteris, ſolus Terminus mansit. Vnde illum poëta Capitolii immobile ſaxum vocat. Iam ex hoc ipſo quām magnus Iupiter inuenitur, cui non ceſſit la- piſ, ea fortaffe fiducia, quod illum de paternis fauibus liberauerat. Facto itaque Capitolio, ſupra ipsum Ter- minum foramen eſt in tecto relictum: vt, quia non ceſſerat, libero caelo frueretur. quo ne ipſi quidem fruebantur, qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publice ſup- plicatur, quaſi cuſtodi ſinum Deo: qui non tantum la- piſ, ſed etiam ſtipites interdum eſt. Quid de iis dicam, qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimum lapides, ac ſtipites eſſe?

Diximus de Diis ipſis, qui coluntur: nunc de ſacris, ac 21

mysteriis eorum pauca dicenda sunt. Apud Cypri Salaminem, humanam hostiam Ioui Theuerus immolauit: idque sacrificium posteris tradidit: quod est nuper Hadriano imperante sublatum. Erat lex apud Tauros, inhumanam, & feram gentem; ut Diana hostipes immolarentur: & id sacrificium multis temporibus celebratum est. Galli Esum, atq; Teutatem humano cruce placabat. Nec Latini quidem huius immanitatis expertes fuerunt. siquidem Latialis Iupiter etiam nunc sanguine colitur humano. Quid ab his boni precatur, qui sic sacrificant? Aut quid tales Dij hominibus praestare possunt, quorum paenit propitiantur? Sed de Barbaris non est adeo mirandum; quorum religio cum moribus congruit. Nostri vero, qui semper mansuetudinis, & humanitatis gloriam sibi vindicarunt: nonne sacrilegiis his sacris immaniores reperiuntur? Hi enim potius scelerati sunt habendi, qui, cum sint liberalium disciplinarum studii expoliti, ab humanitate desificant, quam qui rudes, & imperiti ad mala facinora honorum ignorantie labuntur. Apparet tamen, antiquum esse hunc immolandorum hominum ritum. siquidem Saturnus in Latio eodem genere sacrificij cultus est: non quidem ut homo ad aram immolaretur; sed ut in Tyberim de ponte Milvio mitteretur. quod ex responso quodam factitatum, Varro auctor est. cuius responsi ultimus versu est talis.

καὶ κεφαλὴς κρονίδης τὰ πτερύγια πέμπεται φῶτα.

Quod quia videtur ambiguum: & fax illi, & homo iaci solet. Verum id genus sacrificij ab Hercule, cum ex Hispania rediret, dicitur esse sublatum, ritu tamen permanente, ut pro veris hominibus imagines iacerentur ex scirpo: ut Ouidius in Faesi docet.

Donec in hac venit Tirynthius arua, quotannis

Tristia Leucadio sacra peracta modo,

Illum stramineos in aquam misse Quirites:

Herculus

Herculis exemplo corpora falsa iace.

Hac sacra Vestales virgines faciunt: ut ait idem.

Tum quoq; priscorum virgo simulachra virorum

Mittere robore scirpea ponte solet.

Nam de infantibus, qui eidem Saturno immolabantur propter odium Iouis; quid dicam, non inuenio. Tam barbaros, tam immanes fuisse homines; ut paricidium suum, id est tetrum, atque execrabile humano generi facinus, sacrificium vocarent: cum teneras, atque innocentes animas, qua maxime est aras parentibus dulcior, sine ullo respectu pietatis extinguerent; immanitatemque omnium bestiarum, que tamen fariis suis amant, feritate superarent. O dementiam insanabilem! quid illi ipsi Dij amplius facere possent, si essent iratissimi; quam faciunt proprijs: cum suos cultores paricidius inquinant, orbitalibus maculant; humanis sensibus spoliant? Quid potest esse his hominibus sancti? Aut quid in profanis locis facient, qui inter aras deorum summa sclera committunt? Pescenius Festus in libris historiarum per satyram referit, Carthaginenses Saturno humanas hostias solitos immolare: & cum victi essent ab Agathocle rege Siculorum; iratu sibi Deum putauisse: itaq; vt diligentius piaculum soluerent; ducentos nobilium mortis immolasse.

Tantum religio potuit suadere malorum:

Quae peperit saepe scelerosa, atq; impia facta.

Cui ergo dementissimi homines illo sacrificio consulebant? cum tantam partem civitatis occiderent; quantum fortasse ne Agathocles quidem victor occiderat. Ab isto genere sacrorum non minoris insania iudicanda sunt publica illa sacra; quorum alia sunt matris Deum; in quibus homines suis ipsi virilibus litant: amputato enim sexu nec viros se, nec foeminas faciunt: Alia Virtutis; quam eadem Bellonam vocant: in quibus ipsi sacerdotes non alien-

no; sed suo cruento sacrificant. Secti nuncque humeris, & utraque manu districtos gladios exerentes, currunt; efferuntur; insaniunt. Optime igitur Quintilianus in Fanatico. Istud, inquit, si Deus cogit, iratus est. Etiamne hæc sacra sunt? Nōmne satius est pecudum more vivere; quam Deos tam impios, tam profanos, tam sanguinarios colere? Sed unde isti errores, & hæc tanta flagitia manuerunt; suo loco differemus. interim videamus & cetera, quæ carent scelere: ne studio insectandi videamus eligere peiora. Ifidis Aegyptia sacra sunt, quatenus filium parvulum vel perdidit, vel inuenerit. Nam primo sacerdotes eius deglabrato corpore sua pectora tundunt; lamentantur, sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quasi inuentus; & in latitiam luctus ille mutatur.

Ouidius.vi.n.

vere

Nunquamq; sati quasitus Osiris.

Semper enim perdunt; & semper inueniunt. Reservatur ergo in sacris imago rei, que\* vera gesta est, qua profecto, si quid sapimus, declarat mortalem mulierem fuisse, ac pene orbam; nisi unicum reperisset. quod illum ipsum poëtam minime fugit. apud quem Pompeius adolescens, morte patris audita, hæc loquitur.

Euoluam busto iam numen gentibus ifsim;

Et teclum ligno spargam per vulgus Osirim.

Hic est Osiris, quem Seraphin & Serapide vulgus appellat. Solent enim mortui consecrati nomina immutari; credo, ne quis putet eos homines fuisse. Nam & Romulus post mortem Quirinus dictus est; & Leda Nemesis; & Circe Marica; & Ino, post quam se precipitauit, Leucothoa; materq; Matuta; & Melicertes filius eius, Palamon, atque Portunnus. Sacra vero Cereris Eleusina, non sunt his disimilia. Nam sicut ibi Osiris puer planctu mariis inquiritur; ita hic ad incestum parrui matrimonium raptæ Proserpina.

serpina. quam quia facibus ex Aetna vertice accēsis quæsse in Sicilia Ceres dicitur: iccirco sacra eius ardentium redarum iactatione celebrantur. Apud Lampacum Priapo\* litabilis victimæ est asellus. Cuius sacrificij ratio in Fa-litalis sita hæc redditur. Cum Diū omnes ad festum mairis magna conuenissent; epulisq; satiati, noctem lusibus duceret: quievisse humi Vestā, somnumq; cepisse: ibi Priapum somno eius, ac pudicitia insidiatum: sed illam in tempestiuo clamore aselli, quo Silenus vehebatur, excitatam: libidine vero insidiatoris esse detectam: Hac de causa Lampacenos asellum Priapo quasi in vltione mactare consuevit: apud Romanos vero eundē Vestalibus sacrū in honorem pudicitia conseruata panib; coronari. Quid turpius? quid flagitosius? quam si Vestā beneficio asini virgo est? At poëta fabulam finxit. Num ergo illud est verius, quod referunt y, qui caribœva conscriperunt; cum de duabus Cancri stellis loquuntur, quas Graci obovs vocant? asellos fuisse, qui Liberum patrē transuerint, cum amnē transfire non posset: quorum alteri hoc præmiū dederit; vt humana voce loqueretur: itaq; inter eum, Priapumq; ortum esse certamē\* de vi.n. obsceni magnitudine: Priapum vietum, & iratum, interemisse vītorem. Hoc vero multo magis ineptum est: sed poëtis licet quicquid velint. Non excuiio tam deformè mysterium; nec Priapum denudo; ne quid appareat risu dignum. Finixerunt hæc sane poëta: sed necesse est, alius cuius maioris turpitudinis regendæ gratia ficta sint. Quæ sint ergo quaramus. At ea profecto manifesta est. Nam sic sunt Luna taurus mactatur; quia similiter habet cornua; &

Placat equo Persis radius Hyperiona cinctum;

Ne detur celeri victimæ tarda Deo:

Ita in hoc quia magnitudo membris virilis enormis est; non potuit ei monstro aptior victimæ reperiiri, quam quæ ipsam,

ipsum, cui mactatur, posset imitari. Apud Lindum, quod est oppidum Rhodi, Herculis sacra sunt: quorum a ceteris longè diuersus est ritus. siquidem non ἐφημέρα (vt Graeci appellant) sed maledictis, & execratione celebrantur: eaque pro violatis habent, siquando inter solennes ritus vel imprudenti alicui exciderit bonum verbum. Cuius rei hac ratio redditur; si tamen vlla esse ratio in rebus vanis potest. Hercules, cum eò delatus esset, famemque patretur: aratorem quendam affexit operantem; ab eoq[ue] petere coepit, vt sibi vnum bouem vnderet. Ille negauit fieri posse; quia spes sua omnis colenda terra, duobus illis iumentis niteretur. Hercules solita violētia vsus, quia vnu accipere non potuit, vrrumque sustulit. at ille infelix, cum boues suos mactari videret, iniuriam suam maledictis vltus est. quod homini eleganti, & urbano gratissimum fuit. Nam dum comitibus suis epulas apparat, dumq[ue] alienos boues deuorat: illum sibi amarissime conuiciantem, cum risu, & cachinnis audiebat. Sed postquam Herculi diuinos honores ob admirationē virtutis deferri placuit: ac ciuibus ei ara posita est; quam de facto, οὐσον id est, bonis iugū nominauit: ad quam duo iuncti boues immolarentur, sicut illi, quos abstulerat aratori. eumq[ue] ipsum sibi constituit sacerdotem, ac praecepit, vt iisdem maledictis semper in celebrandis sacrificiis vteretur; quod negaret se unquam epulatum esse iucundius. Hac iam non sacra sunt, sed sacrilegia; in quibus id sanctum ducitur, quod in aliis si fiat, etiā severissime vindicatur. Ipsius autē Cretici Iouis sacra quid aliud, quam quomodo sit aut subtractus patri, aut nutritus, ostendunt? Capella est Amalthea nymphæ; qua vberibus suis aluit infantem, de qua Germanicus Cesar in Ara-tao carmine sic ait.

Nutrix esse Iouis; si vere Iuppiter infans

Vbera Creteæ multissima capra:

Sidere

Sidere quæ claro gratum testatur alumnum.

Huius capella corio vsum esse pro scuto Iouē cōtra Tītanas dimicantē, Musæus auctōr est. vnde à poētiū aryoχos nomi natur. Ita quicquid est gestum in abscondendo puerō: id ipsum per imaginem geritur in sacris. sed & matris eius mysterium idem continet, quod Ouidius exponit in Faſtis. Ardua iam dudum resonat timuitibus Ide;

Tutus vt infanti vagiat ore puer.

Pars clypeos fidibus, galeas pars tundit inanes.

Hoc Curetes habent, hoc Corybantes opus.

Res latuit; prisci q[ue] manent imitamina facti

Aera deæ; comites raucaq[ue] terga mouent.

Cymbala pro galeis, pro scutis tympana pulsant:

Tibia dat phrygios, vt deit ante, modos.

Hanc totā opinionem, quasi à poētiū fictam, Sallustius respuit: voluit q[ue] ingeniosè interpretari; cur altoreis Iouis dicantur Curetes fuisse: & sic ait. Quia principes intelligēdi diuina fuerunt; vetustatē vt cetera in maius cōponen- diuina teis; altoreis Ioui celebrarisse. Quantū errauerit homo eruditus; jam res ipsa declarat. si enim princeps est Iupiter & deorum, & religionum; si ante illum Dij nulli colebantur vulgo, quia nōdum nati fuerant, qui coluntur: apparet, Curetes ex diuerso principes fuisse diuina non intelligēdi; per diuina quos error omnis inductus est, & Dei veri memoria sublata. Ex ipsis itaq[ue] mysteriis, & ceremoniis intelligere debuerunt, hominibus se mortuis supplicare. Non igitur exigo, vt aliquis poētarum fictionibus credat, qui hos mentiri putat: Pontificum ipsorum scripta consideret; & quicquid est literarum ad sacra pertinentium, reuoluat: plura fortasse, quam nos afferimus, inueniet, ex quibus intelligat, inania, inepta, cōmentitia esse omnia, qua pro sanctis habetur. Si quis autem percepta sapientia deposituerit errore: profecto ridebit ineptias hominum pene dementium. illos dico,

dico, qui vel in honesto saltatu tripudiant; vel qui nudi, vñati, coronati, personati, aut luto oblii currunt. Quid de scutis iam vetustate putridis dicam? que cum portat; Deos ipsos se gestare humeris suis arbitrantur. Nam Furius Bibaculus inter pricipia pietatis exempla numeratur, qui cum Præt. esset: tamen lictoribus præuentibus, ancylo portauit; cum haberet magistratus beneficio, maneris eius vaccinationem. Non ergo ille Furius, sed plane furiosus fuit, qui preturam hoc ministerio se putauit ornare. Merito igitur, cum hac à viris non imperitis, ac rudibus fiant, Lucretiu exclamat,

O stulte as hominum mentes, ò peccato caca!

Quamlibet in teneris vite, quantisq; periclis

Degitur hoc aui, quodcunque est! Quis hac ludibria non derideat, qui habeat aliquid sanitatis? cum videat homines velut mente captos ea serio facere; qua si quis faciat in lusu, "nimis lascivus, & ineptus esse videatur.

<sup>2.2</sup> Harum vanitatum apud Romanos auctor, & consti-  
tutor Sabinus ille rex fuit; qui maxime animos hominum  
rudes, atq; imperitos, nouis superstitionibus implicauit,  
quod vt faceret aliqua cum auctoritate; simulauit cū dea  
Egeria nocturnos se habere congressus. Erat quedam spe-  
lunca peropata in nemore Ariano, vnde riuis perenni son-  
te manabat. huc remotis arbitris, sè inferre consueuerat, vt  
mentiri posset, monitu Dea coniugis ea sacra populo se tra-  
dere, qua acceptissima Diis essent. videlicet astutiam Mi-  
nois voluit imitari; qui se in antrum Ioue recondebat; &  
ibi diu moratus, leges tanquam sibi à Ioue traditas affere-  
bat, vt homines ad parendum non modo imperio, sed etiam  
religione constringeret. Nec difficile sane fuit persuadere  
pastoribus. Itaque pontifices, flaminies, salios, augures  
creauit; Deos per familias descripti. sic noli populi feroci-  
anos animos mitiganit, & ad studia pacis à rebus bellicis

duocavit. Sed cum alios falleret; seipsum tamen non fe-  
llit. Nam post annos plurimos, Cornelio, & Bebio  
co s. in agro scriba Petiliū sub ianiculo arcæ dua la-  
pidea sunt reperta à fossoribus: quarum in altera corpus  
Numa fuit; in altera septem latini libri de iure pontifi-  
cio; item graci toidem de disciplina sapientia scripti: qui-  
bus religiones, non eas modo, quas ipse instituerat, sed  
omnes præterea dissoluit. Qua re ad Senatum delata,  
decretem est, vt hi libri abolerentur. ita eos Q. Petilius  
Prator Vrbis in concione populi concremauit. inspien-  
ter id quidem. quid enim profuit, libros esse combustos?  
cum hoc ipsum, quod sunt ideo combusti, quia religio-  
nibus derogabant; memoria sit traditum? Nemo ergo  
tunc in Senatu non stultius, Potuerunt enim & li-  
bri aboleri; & res tamen in memoriam non exire. Ita  
dum volunt etiam posteris approbare, quanta pietate  
defenderint religiones: auctoritatem religionum ipsa-  
rum, testando minuerunt. Sed vt Pompilius apud Ro-  
manos institutor ineptarum religionum fuit: sic ante Pô-  
pilium Faunus in Latio. qui & Saturno auro nefaria sa-  
cra constituit: & Picum patrem inter Deos honorauit:  
& sororē suam\* Fatuam Faunam, eamq; coniugē conse-  
crauit. quam C. Bassus Fatuā nominatā tradit, quod mu-  
lieribus fatu a canere consueisset, vt Faunus viris. eandem  
Varro scribit tantæ pudicitia fuisse; vt nemo eā, quoad vi-  
xerit, præter virum suū mas viderit, nec nomen eius audie-  
rit. Iccirco illi mulieres in operto sacrificant; & Bonam  
deam nominant. & Sex. Clodius in eo libro, quem grace  
scripti, refert Fauni hanc vxorem fuisse: qua quia contra  
morem, decusq; regium clam vini ollam eliberat, & ebria  
facta erat; virgis myrtheis à viro vsg; ad mortem casa.  
postea vero cum eum facti sui pœniteret; & desiderium  
eius ferre non posset: diuinum illi honorem deculsi.

Iccirco in sacris eius obuolutam yini amphoram ponit. Reli-  
quit ergo posteris Faunus quoq; non parum erroris. quem  
tamen prudentes quiq; perspiciunt. Nā Lucilius eorū stu-  
tia, qui simulachra Deos putant esse, deridet his<sup>z</sup> verbu.

Terricolas Lamias Fauni quas, Pompiliq;  
Instituere Numæ; tremit h. a.; hic omnia ponit.  
Ut pueri infantes credunt signa omnia abena  
Vivere; & esse homines: sic isti omnia ficta,  
Vera putant; credunt signis cor inesse abenis.

Pergula pictorum. veri nihil: omnia ficta.  
Poëta quidem stultos homines infantibus comparauit:  
At ego multo imprudentiores esse dico. Illi enim simula-  
chra homines putant esse, hi Deos. Illos etas facit putare  
quod non est; hos stultitia. Illi vtique breui definunt falli:  
borum vanitas & durat, & semper crescit. Sacra Liber  
patri primus Orpheus induxit in Graciam, primusque ce-  
lebrauit in monte Bœotia Thebis, vbi Liber natus est pro-  
ximo. qui cum frequenter cithara cantu personaret; Ci-  
theron appellatus est. Ea sacra etiam nunc Orphica no-  
minantur. in quibus ipse postea dilaceratus; & carpus  
est. & fuit per eadem ferè tempora, quibus Faunus. sed  
quis etate praecesserit; dubitari potest. siquidem per eosdem  
annos Latinus, Priamusque regnauerunt; item patres co-  
rum Picus, & Laomedon. quo regnante, Orpheus cum  
Argonautis ad Iliensem litus accessit. Procedamus igit  
tur ulterius; & queramus, quis omnino calendarum Deo-  
rum primus auctor extitit. Didymus in libris *Ægyptiorum*  
τινδαρίου ait, Melissea Cretensium regem primum Diu  
sacrificasse; ac ritus nouos, sacrorumque pompas intro-  
ducisse. Huius duas fuisse filias, Amaltheam, & Me-  
lissem: qua Iouem puerum caprino lacte, ac melle nu-  
trierunt. vnde poëtica illa fabula originem sumpsi;  
aduolasse apes, atque os pueri melle complesse. Melissem  
verò

verò à pâtre primam sacerdotem Matri magna constitutâ.  
vnde adhuc eiusfâ Matris antistites Melissea nuncupatur.  
Historia vero sacrâ testatur, ipsum Iouē postquam rerum  
potitus est, in tantam insolentiam venisse, ut ipse sibi fane  
multis in locis constitueret. Nam cum terras circuiret; in  
quancumq; regione venerat, reges, principesve populorū  
hosptio sibi, & amicitia copulabat: & cù à quoq; digredere  
resur, iubebat sibi fanum creari hosptius sui nomine; quasi  
ita posset amicitia, & fæderis memoria conservari. Sic con-  
stituta sunt templa Ioui Atabyrio, Ioui Labradeo. Ataby-  
rius enim et Labradeus hospties eius, atq; adiutores in bel-  
lo fuerunt. Item Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Caſſio, &  
qua sunt in eundē modū. quod ille astutissime excogitauit;  
vt & si honorē diuinum, & hosptibus suis perpetuum no-  
men acquireret cum religione coniunctū. Gaudebant ergo  
illi; et huic imperio eius libetē obsequabantur; & nominis  
sui gratia ritus annuos, et festa celebrabant. Simile quid-  
dam in Sicilia fecit Aeneas; cum condita urbi, Acestæ ho-  
spitis nomen imposuit; vt eam post modum letus, ac libens  
Acestes diligenter, augeret, ornaret. Hoc modo religionem  
cultus sui per orbem terre Iupiter seminavit; & exem-  
plum ceteris ad imitandum dedit. Siue igitur à Melisseo,  
sicut Didymus, calendarum Deorum ritus effluxit; siue ab  
ipso quoque Iouē, vt Euhemerus tradit: de tempore tamen  
constat, quando Dij colî cœperint. Melisseus quidem mul-  
tum antecepsit etate: quippe qui educauerit Iouē\* nepo-  
tem. Et iccirco fieri potest, vel vt ante, vel adhuc puero  
Iouē Deos colere instituerit, id est alumni sui matrem, &  
auiam Tellurem, qua fuit Vranī coniux; & patrem Sa-  
turnum: & ipse hoc exemplo, atque instituto Iouem ad  
tantam superbiam prouexerit, vt postea sibi diuinos ho-  
nores auderet assumere.

principem

Nunc quoniam vanarum superstitionum originem <sup>23</sup>  
E deprehendē-

deprehendimus: superest, ut etiam tempora colligamus, per quae fuerint illi, quorum memoria colitur. Theophilus in libro de temporibus ad Autolicum scripto ait, in historia sua Thalum dicere, quod Belus, quem Babylonij, & Assyri colunt, antiquior Troiano bello fuisse inuenitur et cxxii annis: Belum autem Saturno aequalē fuisse; & virumque uno tempore adoleuisse. Quod adeo verum est, ut ratione ipsa colligi posset. Nam & Agamemnon, qui gesit bellum Troicum, Iouis abnepos fuit; & Achilles, Aiaxque prinepotes; & Vlysses eodem gradu proximus fuit: Priamus quidem longa serie, sed auctores quidam tradunt, Dardanū, & Iasius Coriti filios fuisse, non Iouis. Nec enim, si ita fuisse, ad vius impudicos Ganymedem prinepotem suum habere potuisset. Ita parentibus illorum, quos supra nominavi, si congruerenter annos diuidas, numerus consentiet. Ab excidio autem Troiana urbis colliguntur anni MCCCCLXX. Ex hac temporum ratione manifestum est, ante annos non amplius quam MDCCC natum esse Saturnum, qui & satrō omium Deorum fuit. Non ergo isti glorientur sacrorum vetustate: quorum & origo, & ratio, & tempora deprehensa sunt. Restant adhuc aliqua, que ad arguendas religiones falsas plurimum valent. Sed iam finem facere libro decreui; ne modū excedat. Ea enim plenius sunt excequenda; ut omnibus refutatis, qua veritati videntur obstatere, homines, qui bonorum ignorantia vagantur incerti, ad religionem veram possumus imbuere. Primus autem sapientia gradus est, falsa intelligere secundus, vera cognoscere. Ergo apud quem hec prima institutio nostra profecerit, qua falsa deteximus, excitabitur ad veri cognitionem. qua nulla est homini iacundior voluptas: & erit iam sapientia celestis disciplina dignus, qui ad cognoscēda cetera libens, ac paratus accesserit.

L. COELII

# L. COELII LACTANTII

## FIRMIANI, DIVINARVM INSTYTUTIONVM

### LIBER II.

#### De origine erroris.

VANQVAM primò libro religiones deorum falsas esse monstrauerim; quodq; quo-  
rum varios, dissimilesq; cultus per vniuersam terram consensus hominum stulta persuasio-  
ne suscepit, mortales fuerint, functiq; vita,  
diuina necessitatē morte conesserint: tamen nequa dubi-  
tatio relinquatur; hic secundus liber fontem ipsum pate-  
faciet errorum; causasque omnes explicabit, quibus de-  
cepti homines, & primitus deos esse crediderunt, &  
postmodum inueterata persuasione in susceptis prauissi-  
me religionibus perseverarunt. Gestio enim \* Constan-  
tine Imperator coniunctis inanibus, & hominum impia  
vanitate detecta, singularis Dei afferere maiestatem, sus-  
cipiens vtilius, & maius officium reuocandi homines à  
pravis itineribus, & erga secum ipsos reducendi; ne  
se ( vt quidam philosophi faciunt ) tantopere despiciant;  
nece se infirmos, & superuacos, & frustra omnino na-  
tos putent. Que opinto plerosque ad via compellit. Nam  
dum existimant, nulli Deo nos esse curæ; aut post mor-  
tem nihil esse futuros: roros se libidinibus addecunt; &  
dum licere sibi putant, hauriendis voluptatibus sitienter  
incumbunt. per quas imprudentes in laqueos mortis in-  
currunt. ignorant enim, qua sit hominis ratio: quam  
si tenere vellent: in primis Deum suum agnoscerent;  
virtutem, iustitiamque sequerentur; terrenis segmentis

E 2 animas

suauitates animas suas non substernerent; mortiferas libidinum\* voluptates non appeterent; deniq<sub>z</sub> seipso magni astimarent; atq<sub>z</sub> intelligerent plus esse in homine, quam videtur, cuius possint retinere vim, conditionemq<sub>z</sub> non alteri \* posse retineri; nisi cultum veri parentis sui, deposita prauitate, suscepserint. Equisq<sub>z</sub>, sicut oportet, de summa rerum sapienti numero cogitans, admirari soleo, maiestatem Dei singularis, qua continet, regit q<sub>z</sub> omnia, in tantam venisse oblivionem; vt quae sola coli debeat, sola potissimum negligatur: homines autem ipsos ad tantam cecitatem esse deductos; vt vero, ac viuo Deo mortuos preferant, terrenos autem, in terraq<sub>z</sub> sepultos, si proponant, qui fundator ipsius terrae fuit. Et tamen huic impietati hominum posset venia concedi, si omnino ab ignaritia divini nominis veniret hic error: cum vero ipsos deorum cultores s<sup>e</sup>p<sup>e</sup> videamus Deum summum & cōsideri, & predicare: quam sibi veniam sperare possint impietatum su<sup>r</sup>? qui non agnoscunt cultum eius, quē prorsus ignorari ab homine fas non est. Nā & cum iurant; & cum optant; & cum gratias agunt: non louem, aut Deos multos, sed Deum nominant: adeo ipsa veritas, cogente natura, etiam ab iniuitis pectoribus erumpit. quod quidem non faciunt in prosperis rebus. Nam tum maxime Deus ex memoria hominum elabitur; cum beneficiis suis fruentes, honorem dare diuina indulgentia deberent. At vero si qua necessitas grauis presserit: tunc Deum recordantur. si belli terror infremuerit; si morborum pestifera vis incubuerit; si alimenta frugibus longa scicit as denegauerit; si saeva tempestas, configitur; si grandio ingruerit: ad Deum & configuiunt; à Deo peritut auxilium; Deus, vt subueniat, oratur: si quis in mari vento saeiente iactatur: hunc inuocat; si quis aliqua vi afflictatur: hunc protinus implorat. si quis ad extremam mendicandi necessitatem deductus, victimū precibus exposcit: Deum solūm. obtestatur; & per eius diuinum, atque

vnicum

vnicum \* numen hominum sibi misericordiam querit. nomen Nunquam igitur Dei meminerūt, nisi dum in malis sunt. Postquam metus deseruit; & pericula recesserunt: tum vero alacres ad Deorum templa concurrunt; his libant, his sacrificant, hos coronant. Deo autem, quem in ipsa necessitate implorauerant; ne verbo quidem gratias agunt. adeo ex rerum prosperitate luxuria; ex luxuria vero, vt virtus omnia, sic impietas aduersus deum nascitur. Quanā istud ex causa fieri putemus? nisi esse aliquam peruersam potestatem, quae veritatis sit semper inimica; qua humanis erroribus gaudeat; cui vnicum, ac perpetuum sit opus, \* effundere fundere tenebras, & hominum c<sup>e</sup>c<sup>e</sup>re mentes, ne lucem videant, ne deniq<sub>z</sub> in celum aspiciant, ac naturam corporis sui seruent, cuius originem suo loco narrabimus, nunc fallacias arguamus. \* Nam cum cetera animantes pronis corporibus in humum spectent, quia rationem, ac sapientiam non acceperunt; nobis autem status rectus, sublimis vultus ab artifice Deo datus sit: appetet, istas religiones deorum non esse rationis humane; quia curuāt celeste animal ad veneranda terrena. Parens enim noster ille vnu & solus, cum fingeret hominem. i. animal intelligens, & rationis capax: \* enim uero ex humo subleuauit, ad contemplationem sui artificis erexit. quod optimē ingeniosus poēta signauit.

Pronaq<sub>z</sub> cum spectent animalia cetera terram:

Os homini sublime dedit; calumq<sub>z</sub> videre

Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Hinc utiq<sub>z</sub> ἀσπερτον Graci appellariūt, quid sursum spectet. Ips<sup>e</sup> ergo sibi renuntiant, sequē hominum nomine abdicant; qui non sursum aspiciunt, sed deorsum. nisi forte id ipsum, quod recti sumus; sine causa homini attributum putant. spectare nos calum deus voluit, vtique non frustra, nam & aues, & ex mutis pene omnia calum vident:

*sed nobis propriè datum est, calum rigidus, ac stantibus insueri; ut religionē ibi queramus; ut Deum, cuius sedes illa quoniam est,\* quem oculus non possumus, animo cōtemplemur. quod profectio non facit, qui as, aut lapidem, qua sunt terrena, veneratur. est autem prauissimum, cum ratio corporis recta sit, quod est temporale: ipsum vero animum, qui est eternus, humilem fieri: cum figura, & status nihil aliud significent, nisi mentem hominis eō spectare oportere, quo vultum; & animum tam rectum esse debere, quam corporeum id, cui dominari debet, imitetur. Verum homines & nominis sui, & rationis obliti, oculo i suos ab alto deicunt, soloq; defigunt; atque timent opera digitorū suorum. quasi quicquam esse possit artifice suo maius.*

2. *Quae igitur amentia est, aut ea fingere, que ipsi postmodum timeant, aut timere, que finixerint? Non ipsa, inquietunt, timenius, sed eos, ad quorū imaginem facta, & quorum nominib; consecrata sunt. Nempe ideo timet, quod eos esse in celo arbitramini: neque enim, si Dī sum, aliter fieri potest. Cur igitur oculos in celum non tollit? & aduocatis deorum nominib; in aperto sacrificia celebratis? Cur ad parietes, & ligna, & lapides potissimum, quam illò spectatis, ubi eos esse creditis? Quid sibi templi quid aræ volant? quid denique ipsa simulachra: que aut mortuorum, aut absentium monumenta sunt? Nam omnino singendarum similitudinum ratio iccirco ab hominib; inuenta est, ut posset eorum memoria retineri, qui vel morte subracti, vel absētia fuerant separati. Deos igitur in quorū numero reponemus? Si in mortuorum: quis tam stultus, ut colat? Si in absentium: colendi ergo non sunt: si nec vident, que facimus; nec audiunt, que precamur. Si autem dī absentēs esse non possunt, qui, quoniam diuini sunt, in quacunque mundi parte fuerint, vivens, & audiunt uniuersa: superuacula ergo sunt simulacra,*

*chra, illis vbiique presentibus: cum satis sit, audientium nomina precibus aduocare. At enim praesentes non nisi ad imagines suas adsunt. Ita plane: quemadmodum vulgus existimat mortuorum animas circa tumulos, & corporum suorum reliquias oberrare. Sed tamen postquam Deus ille preſto esse cœpit; iam simulachro eius opus non est. Quero enim si quis imaginem hominis peregre constituti contempletur sapius, \* ut ex ea solatium capiat absens, num idem sanus esse videatur; si eo reuerso, atque praesente, in contemplanda imagine perseveret; eaque potius, quam ipsius hominis aspectu, frui velit? Minime profecto. \* Etenim hominis imago necessaria tum videtur, cum procurat abesse, superuacula futura, cum preſto est: Dei autem, cuius spiritus ac numen vbiique diffusum, abesse numquam potest; semper vtiique imago superuacula est: sed verentur, ne omnis eorum religio inanis sit, & vana, si nihil in praesenti videant, quod adorent: & ideo simulachra constituent. que quia mortuorum sunt imagines: similia mortui sunt. omni enim sensu carent. Dei autem in eternum viuentis viuum, & sensibile debet esse simulachrum. quod si à similitudine id nomen accepit: quomodo possunt ista simulachra deo similia iudicari, que\* nihil sentiunt, nec mouentur? Itaq; simulachrum Dei non illud est, quod digitis hominis ex lapide, aut are, aliā materia fabricatur, sed ipse homo; quoniam & sentit, & mouetur, & multas magnasq; actiones habet. Nec intelligunt homines ineptissimi, quod si sentire simulachra, & moueri possent; vitro adoratura\* homines fuissent, à quibus sunt expoliti: que essent aut incultus, & horridus lapis, aut materia informis, & rudis; nisi fuissent ab homine formata. Homo igitur illorum quasi parens putandus est; per cuius manus nata sunt, per quem speciem, figuram, pulchritudinem habere coepiunt. Et ideo melior est, qui fecit, quam illa, quae*

Explicit quae facta sunt. Et tamen factorem ipsum nemo\* suscipit, aut veretur. quae fecit, timet, tanquam plus posse esse in opere, quam in opifice. Recte igitur Seneca in libri moribus. Simulachra, inquit, deorum venerantur. illi supplcant genu positio; illa adorant; illi per totum absident diem, aut astant; illi stipem iaciunt, victimas cadunt. & cum hoc tantopere sufficiant fabros, qui illa fecere, contemnunt. Quid inter se tam contrarium, quam statuarium despicer, statuam adorare; & eum ne in coniunctum quidem admittere, qui tibi deos faciat? Quam ergo vim, quam potestatem habere possunt; cum ipse, qui fecit illa, non habeat? Sed ne hoc quidem dare hic potuit, quem habebat; videre; audire; loqui; moueri. Quisquam ne igitur tam ineptus est, vt putet aliquid esse in simulacro Dei, in quo ne hominis quidem quicquam est prater umbram? sed hoc nemo considerat. inficiunt enim persuasio-

al. succū. vi. n.

ne: ac mentes eorum penitus\* scum stultitia perbiberunt. Adorant ergo insensibilia, qui sentiunt; irrationabilia, qui sapiunt; ex anima, qui vivunt; terrena, qui orin-  
tiorē calo. Iuuat ergo, velut in aliqua sublimi specula con-  
stitutum, unde vniuersi exaudire possint; Persianum illud  
proclamare,

vi. n. O curua in terras anima, & celestium inanes.

Calum potius intuemini: ad cuius spectaculum vos exci-  
vester. vi. n.  
tauit ille artifex\* verus Deus. Ille vobis sublimem vul-  
tum dedit: vos in terram curuamini: vos altas mentes,  
& ad\* patrem suum cum corporibus suis erectas, ad infe-  
riora deprimitis; tanquam vos paeniteat, non quadrupedes esse natos. Fas non est, celeste animal cum terrenis,  
ex quadrati in terramq; vergentibus\* versari. quid vos beneficijs cele-  
stib; orbatis\* orbatis, prouique in humum vestra sponte procum-  
bitis? Humi enim miseri voluntamini; cum deorsum queri-  
zis quod in sublimi querere debuisti. Nam ista mortalium

digitorum

digitoru ludicra, & fragilia sigmēta, ex quolibet materie genere formata, quid, quid aliud sunt nisi terra, ex qua natu sunt? quid ergo rebus inferioribus subiacetis? quid capitibus vestris terram superponitis? Cum enim vos terra submittitis, humilioresq; facitis: ipsi vos vltro ad inferos mergitis, ad mortēq; damnatis. quia nihil terra inferioris et humilius, nisi mors, et inferi. quae si effugere velletis: subiectam pedibus vestris terram contemneretis, corporis sta-  
tu saluo. quod iccirco rectum accepistis; quod oculos atque mentem cum eo, qui fecit, conferre possetis. Contemnere autem, & calcare terram, nihil aliud est, quam simula-  
chra non adorare; quia de terra ficta sunt: item diuinitatē non concupiscere; voluptates corporis spernere: quia opes & corpus ipsum, cuius hospitio vtimur, terra est. Viuum colite, vt viuatis: moriatur enim necesse est, qui se suamq;  
animam mortuis adjudicauit.

Sed quid prodest ad vulgus, & ad homines imperitos 3  
hoc modo concionari? cum videamus etiam doctos, & pru-  
dentes viros, cum religionum intelligent vanitatem, ni-  
bilo minus tamen in iis ipsis, quae damnant, colendis ne-  
scio qua prauitate perstare. Intelligebat Cicero falsa esse,  
que homines adorarent. nam cum multa dixisset, que  
ad euersionem religionum valerent: ait tamen non esse  
illa vulgo disputanda, ne susceptas publica religiones dispu-  
tatio, talis extinguat. Quid ei facies, qui, cum errare se  
sentiat, vltro ipse in lapides impingat, vt populus omnis of-  
fendat? ipse sibi oculos eruat, vt omnes caci sint? qui nec  
de aliis bene mereatur, quos patitur errare; nec de se ipso,  
qui alienis accedit erroribus? nec vitur tandem sapientia  
sua bono, vt factis impleat, quod mente perceptis; sed  
prudens, & sciens pedem laqueo inserit, vt simul cum  
cereris, quos liberare vt prudentior debuit, & ipse capia-  
tur? Quin potius, siquid tibi Cicero virtutis est; experire,

*populum facere sapientem. digna res est, vbi omnes elo-*  
*quentie tua vires exeras. Non enim verendum est, ne te*  
*in tam bona causa deficiat oratio; qui saepe etiam malas co-*  
*piose, ac fortiter defendisti. Sed nimirum Socratis carce-*  
*rem times; ideoquod patrocinium veritatis suscipere non au-*  
*des. At mortem, vt sapiens, contempnere debuisti. Et erat*  

benedicta po-

tius. vi. n.

*quidem multo pulchrius, vt ob\**bene potius dicta, quam ob  
*maledicta morereris. nec tibi laudis plus Philippica affere*  
*potuerunt, quam discussus error humani generis, & men-*  
*tes hominum ad sanitatem tua disputatione reuocata. sed*  
*concedamus timiditati: qua in sapiente esse non debet.*  
*Quid ergo ipse in eodem versari errore? Video te terrena,*  
*& manufacta venerari. vanam esse intelligis: & tamen ea-*  
*dem facis, qua faciunt ipsi, quos ipse stultissimos confite-*  
*ris. Quid igitur profuit, vidisse te veritatem, quam nec de-*  
*fensurus essem, nec securus? Si libenter errant etiam i*h*,  
*qui errare se sentiunt: quanto magis vulgus indoctum?*  
*quod pompis inanibus gaudet; animisque puerilibus spe-*  
*Etat omnia; oblectatur friuolis; & specie simulachrorum*  
*capitur; nec ponderare secum vnamquamque rem potest;*  
*vt intelligat, nihil colendam esse, quod oculis mortalibus*  

esse cernitur; quia necesse est, mortale sit. Nec mirandum\* est,

si Deum non videant; cum ipsi ne hominem quidem vi-

deant, quem videre se credunt. Hoc enim, quod oculis sub-

iectum est, non homo, sed hominis receptaculum est: cuius

qualitas, & figura non ex lineamentis vasculi, quo conti-

netur, sed ex factis, & moribus peruidetur. Qui ergo co-

lunt simulachra corpora sunt\* animabus carentia; quia se

corporalibus\* dederunt; nec vident plus aliquid mente,

quam corpore; cum sit animi officium, ea subtilius cernere,

qua actes corporalis non potest intueri. Quos homines

idem ille philosophus, ac poeta grauiter accusat, tanquam

humiles, & abiectos, qui contra naturae suae rationem ad

vene-*

*veneranda terrena se prosternant. ait enim*

*Et faciunt animos humiles formidine Diuum,*  

*Depressosque premunt ad terram.*

*Aliud quidem ille, cum\* hoc diceret, sentiebat; nihil utique huc  
 esse colendum; quia Di humana non curent.  
 Denique alio loco religiones Deorum, & cultus, inane esse  
 officium confiteatur.*

*Nec pietas vlla est,\* velatum saepe videri* al. vulgatum

*\* Vertier ad lapidem, atque omnes accedere ad aras,* Verteres

*\* Nec procumbere humili prostratu, & pandere palmas* Et

*Ante Deum d. lubra, nec aras sanguine multo*

*Spargere quadrupedum, nec votu nectere vota.*

*Que profecto si cassa sunt: non oportet sublimes, & excel-*  
*sos animos aduocari, atque in terram premi, sed nihil aliud,*  
*quam caelestia cogitare. Impugnate sunt ergo a pru-*  
*dentioribus falsa religiones; quia sentiebant esse falsas:*  
*sed non est inducta vera; quia, qualis, aut ubi esset, igno-*  
*rabant. Itaque sic haberunt, tanquam nulla esset omni-*  
*no; quia veram non poterant inuenire. \* & eo modo inci-*  

vi. n.

*derunt in errorem multo maiorem, quam illi, qui falsam*  
*tenebant. Nam isti fragilium cultores, quamvis sint ine-*  
*pti, quia caelestia constituant in rebus corruptibilibus,*  
*atque terrenis: aliquid tamen sapientiae retinent; & ha-*  
*bere veniam possunt; quia summum hominis officium*  
*esset non reipsa, tamen propenso tenent. siquidem homi-*  
*nus, atque mutorum vel solum, vel certe maximum in*  
*religione discrimen est. Hi vero quanto facerunt sapien-*  
*tiores; quod intellexerunt falsa religionis errorem: tanto*  
*facti sunt stultiiores; quod esse aliquam veram non puta-*  
*uerunt. Itaque quoniam facilius est, de alienis iudicare,*  
*quam de suis: dum aliorum precipitium vident; non pro-*  
*spexerunt, quid ante suos pedes esset. In vitaque igitur*  

parte

parte & summa stultitia inuenitur, & odor quidam sapientiae: vt possit dubitare, quos dicas potissimum stultiores, illos ne, qui falsam religionem suscipiunt; an eos, qui nul-  
potest. vi. n. lani. Sed (vt dixi) venia concedi posset imperitus, & qui se non esse sapientes fateantur: his vero non potest, qui sapientiam professi, stultitiam potius exhibent. Non sum equidem tam iniquus, vt eos putem diuinare debuisse, vt veritatem per seipso inuenirent. quod fieri ego non posse confiteor. sed hoc ab his exigo, quod ratione ipsa praeferre potuerunt. Facerent enim prudentius, si & intelligerem vna. esse aliquam\* religionem; & falsis impugnatis, aperte pronuntiarent, eam, que vera esset, ad hominibus non teneri. Sed mouerit eos fortasse illud; quod si qua vera esset religio, exereret se, ac vindicaret; nec pateretur esse aliud quicquam. Videre enim nullo modo poterant, quare, aut à quo, & quemadmodum religio vera opprimetur. quod est diuini sacramenti, & caelestis arcani. Id vero, nisi doceatur, aliquis scire nullo pacto potest. Summa rei hac est: Imperiti, & insipientes falsas religiones pro veris habent; quia neque veram sciunt, neque falsam intelligunt. Prudentiores vero, quia veram nesciunt; aut in iis, quas falsas esse intelligunt, perseuerant, vt aliquid tenere videantur: qui omnino nihil colunt, ne incident in errorem: cum id ipsum maximi sit erroris, vitam pecudum sub figura hominis imitari. Falsum vero intelligere, est quidem sapientia, sed humana. Ultra hunc gradum procedi ab homine non potest, itaque multi philosophorum, religiones (vi docui) susciperunt, verum autem scire, diuina est sapientia. Homo autem per seipsum peruenire ad hanc scientiam non potest, nisi doceatur a Deo. Ita philosophi, quod summum fuit humana sapientia, assecuti sunt, vt intelligerent, quid non sit: illud assequi nequierunt, vt diceret, quid sit. Nola Ciceronis vox est: Utinā tam facile vera inuenire possem,

quam falsa conuincere. Quod quia vires humana conditionis excedit: eius officiū facultas nobis est attributa, quibus tradidit Deus scientiam veritatis. cui explicanda quatuor posteriores libri seruent. Nunc interim falsa, vt cœpimus, detegamus.

Quid igitur maiestatis possunt habere simulachra, que 4 fuerunt in homunculi potestate, vel vt altud fierent, vel vt aliquid omnino non fierent? siccirco apud Horatium. Priapus ita loquitur:

Olim truncus eram siccilinus, inutile lignum;  
Cum faber incertus, scannum facerēne Priapum.  
Maluit esse Deum. Deus inde ego, furum, auiumq[ue]  
Maxima formido.

Quis non sit tanto hoc custode securus? Fures enim tam stulti sunt, vt Priapi tentiginē timeant; cum aues ipse, quas terrore falcis, aut inguinis abigi existimant, simulachris fabrefactis, id est; hominum plane similibus, insideant, nidiscant, inquinent. Sed Flaccus, vt insidiant satyrici carminis scriptor, derisit hominum vanitatem. Verumq[ue] qui faciunt, seriam se facere rem opinantur. Denique poëta maximus, homo in ceteris prudens, in hoc solum non poëticæ, sed aniliter despiciit; cum in illis emendatissimis libris etiam fieri hoc iubet:

Et custos furum, atque auium cum falce saligna;

Helle spontiaci seruet tutela Priapi.

Adorat ergo mortalia, vt à mortalibus facta, frangit enim, cremari possunt, ac perire. nam & tectis vetustate labentibus saepè communui solent: & consumpta incendio, dilabuntur in cinerem: & plerunque (nisi sua illis magnitudo subuenierit, aut custodia diligens seperit) in prædam furiibus cedunt. Quia igitur insanis est, ea timere, pro quibus aut ruine, aut ignes, aut fura timeantur? Quæ vanitas, aliquam ab his spectare tutelam, quæ tueri semetipsa non possunt?

possunt? Quia perueritas, ad eorum praesidia decurrere, qua ipsa, cum violentur, iniulta sunt nisi a coletibus vindicentur? Vbi ergo veritas est? Vbi nulla vis adhiberi potest religioni; vbi nihil, quod violari possit appetet; vbi sacrilegium fieri non potest. Quicquid autem oculis, manibusque subiectum est: id vero, quia fragile est, ab omni ratione immortalitatis est alienum. Frustra igitur homines auro, ebore, gemmis Deos excolunt, & exornant; quasi vero ex his rebus villa possint capere voluntatem. Quis utsus est preciosorum numerum nihil sentientibus? an ille, qui mortuus? pari ratione defunctorum corpora odoribus, ac preciosis vestibus illata, & conuoluta humi condunt; qua Deos honorant: qui neque, cum fierent, sentiebant; neque, cum coluntur, scimunt. nec enim sensum consecratione sumperunt. Non placebat Persio, quod aurea vasa templis inferantur, superuacuum putanti, esse inter religiones, quod non sanctitatis, sed auaritiae sit instrumentum. Illa enim satius est Deo, quem recte colas, inferre promuneras.

Compositum ius, fasque, animi, sanctosque recessus  
Mentis, & incoctum generoso pectus honesto.

<sup>zidicule</sup> Egredie sapienterque sensu. Verum illud ridiculum subdidit: hoc esse aureum in templis, quod sint Veneri domatae à virginis pupae. quas ille ob minutum sortasse contempserit. Non videbat enim, simulachra ipsa, & effigies Deorum, Polycleti, & Euphranoris, & Phidiae manus ex auro, atque ebore perfectas; nihil aliud esse, quam grandes pupas, non à virginibus, quarum lusibus vendari potest, sed à barbaris hominibus consecratas. Mento igitur etiam senum stultitiam Seneca deridet. Non inquit, bis pueri sumus (ut vulgo dicitur) sed semper. Verum hoc interest, quod maiora nos ludimus. Ergo his ludicris, & ornatis, & grandibus pupis, & vnguentis, & thura, & odores inferunt; his optimas, & pinguis

hostias

hostias immolant: quibus est quidem os, sed carens officio dentium: his peplos, & indumenta pretiosa: quibus utsus velaniinis nullus est: his aurum, & argentum conservant: qua tam non habent qui accipiunt, quam qui illa donarunt. Nec immortio Dionysius Sicilia tyrannus post victoriam Gracia positus, Deos tales contempsit, spoliauit, illusit. siquidem sacrilegia sua iocularibus etiam dictis prosequebatur. Nam cum Ioui Olympio aureum amictulum deraxisset; laneum insit imponi, dicens, estate graue esse aureum, hyeme frigidum, laneum vero virisque tempori aptum. Idem auream barbam detrahens Aesculapio, incongruens, & iniquum esse ait, cum Apollo pater eius imberbis esset adhuc, ac leuis, priorem filium, quam patrem, barbatum videri. Item pateras, & exuicias, & parua quedam sigilla, que simulariorum potentis manibus tenebantur, detrahebat; & accipere se illa, non auferre dicebat: per quam enim stultum esse, & ingratum, nolle accipere ab hi vltro portigenibus, à quibus bona sibi homines precarentur. hac ille fecit impune: quia rex, & victor fuit. quin etiam secuta est eum solita felicitas. vixit enim usque ad senectutem; regnumque per manus filio tradidit. In eo igitur, quia homines sacrilegia vindicare non poterant; oportuit Deos ipsos sui vindices esse. At si humilis quispiam tale quid commiserit: huic presto sunt flagella, ignes, eculei, crucis, & quicquid excogitare iratis, & furentibus licet. Sed cum puniunt deprehensoris in sacrilegio: ipsi de Deorum suorum potestate diffidunt. Cur enim illis potissimum non relinquant vlciscendi sui locum; si eos posse aliquid arbitrantur? Quin etiam putant illorum numerne accidisse, ut predones rerum sacrarum deprehensi tenerentur: & seiuunt non tam ira, quam metu; ne si deorum iniuriam non vendicauerint, ipsos expectant paene, incredibili

incredibili scilicet vanitate, qui nocituros sibi Deos putem ob aliena sceleria, qui ipsis, à quibus violati, spoliatiq; sunt, per seipso nihil nocere potuerunt. At enim sape ipsi quoq; in sacrilegos vindicauerunt : potest id vel casu. accidisse: quod aliquando, non semper. Sed tamen paulo post, quomo<sup>d</sup> id acciderit, ostendam. Nunc interim quaro, cur illi tot, & tanta sacrilegia in Dionysio non vindicauerūt; qui nō furtum, sed palam Deos ludibrio habuit. Cur hunc tan potenterem sacrilegum à templo, à ceremoniis, ab imaginib; suis non arcuerunt? Cur etiam sacris rebus ablatis, prospere nauigauit? quod ioco ipse testatus est ( vt solebat.) Videatis ne, inquit comitibus suis naufragium timentibus, quam prospera sacrilegis nauigatio ab ipsis d̄is immortali bus tribuatur? Sed hic fortasse à Platone didicerat, Deo nibil esse. Quid C. Verres? quem Tullius accusator eius eidem Dionysio, & Phalaridi, & tyrannis omnibus comparat. nōnne omnem Siciliam compilavit, sublatis Deo simula chris, ornamenti q; sanorum? Otiosum est persequi singula. vnum libet commemorare ; in quo accusator omnibus eloquacia viribus, omni denique conatu vocis, & corporis deplorauit, de Cerere Catanensi, vel Ennensi. quia alterius tanta fuit religio, vt adire templi eius secreta penetralia, viris nefas esset: alterius antiquitas tanta, vt onnes historia loquantur, ipsam Deam fruges in Enna se primum reperiisse: filiamq; eius virginem ex eodem loco ruptam. Denique Gracchanū temporibus turbata republi ca & seditionibus, & ostentis, cum repertum esset in caminibus Sibyllinis, antiquissimam Cererem debere placare legati sunt Ennam missi. Hac igitur Ceres vel religiosema, quam videre maribus ne adorandi quidem gratia licet; vel antiquissima, quam S. P. Q. R. sacrificij, diuinisq; placauerat: ex arcanis, & vetustis penetralibus, ac Verre immisis latronibus seruis, impune sublata est. Ide-

vero, cum affirmaret, se à Siculis, vt causam provincie suscepseret, oratum, hū verbis yſus est: Seſe iam ne deos quidē in suis vrbibus, ad quos confugerent, habere, quod eorum simulachra sanctissima C. Verres ex delubris religiosissimis sustulisset : quasi vero si Verres ex vrbibus, delubrisq; sustulerat, de calo quoque sustulisset. Vnde apparet, istos deos nihil habere in se amplius, quam materialia, de qua sunt fabricati. Nec immerito ad te M. Tulli, hoc est, ad hominem Siculi confugerunt; quoniam triennio sunt ex- vi.n. perti, Deos illos nihil valere. essent enim stultissimi, si ad eos ob defendendas iniurias hominum confugissent, qui C. Verri nec pro seipso irati esse poterant. At enim Verres ob hac facinora damnatus est. Non ergo d̄i vindicauerunt, sed Ciceronis industria: qua vel defensores eius oppreserit, vel gratia restitit. Quid, quod apud ipsum Verrem non fuit illa damnatio, sed vacatio? vt quemadmodum Dionysio deorum spolia gestanti, d̄i immortales bonam dederat nauigationem : sic etiam Verri bonam quietem tribuisse videantur, in qua sacrilegiis suis tranquille frui posset. Nā frementibus postea ciuilibus bellis, sub obtenuit damnationis ab omni periculo, & metu remotus, aliorum graues casus, & miserabiles exitus audiebat : & qui cecidisse solus omnibusstantibus videbatur ; is vero vniuersis cadentibus solus stetit, donec illum & opibus sacrilegio partu. & vita satiatum, ac senectute confectum proscripsit triumviralis auferret, eadem. s. quæ Tullium violatae deorum. maiestatis vltorem. Quin etiam felix in eo ipso fuit, quod ante suam mortem crudelissimum exitum sui accusatoris audiuit, d̄i videlicet prouidentibus, vt sacrilegiis, ac predo ille religionum suarum non ante moreretur, quam solariū de vltione cepisset.

Quanto igitur rectius est, omib; insensibilibus, & vni- 5 niv; oculos ed tendere, rbi sedes, rbi habitatio est. Diversi;

qui terram stabili firmitate suspendit; qui celum distinxit astris fulgentibus; qui solem rebus humanis clarissimum, ac singulare lumen, in argumentum sua vnicaritate statim accedit; terram autem maria circunsudit; flumina sempererno lapsu fluere praecepit;

Iusit & extendi campos, subsidere vales,  
Fronde tegi silvas, lapidosos surgere montes.

Quae viisque omnia non Iupiter fecit, qui ante annos mille septingentos natus est; sed idem

Ille opifex rerum, mundi melioris origo,  
qui vocatur Deus. cuius principium, quoniam non potest comprehendendi; ne queri debet quidem. Satis est homini ad plenam, perfectamq; prudentiam; si Deum esse intelligat. cuius intelligentia vis, & summa hac est; vt suspiciat, & honorificet communem parentem generis humani, & verum mirabilem fabricatorem. Vnde quidam hebeti, obtusiq; cordis, elementa, quo & facta sunt, & carent sensu, tanquam Deos adorant. qui cum Dei opera mirarentur, id est celum cum luminibus varijs, terram cum campus & montibus, maria cum fluminibus, & stagnis, & fontibus: earum rerum admiratione obstupefacti, & ipsius artificis oblitio, quem videre non poterant, eius operi venerari, & colere cœperunt; nec vniquam intellegent qui vnerunt, quanto maior, quantoq; mirabilior sit, qui illa fecit ex nihilo. qua cum videant diuinis legibus obsequentia, commodia, atq; usibus hominum perpetua necessitate famulari: tamen illa Deos existimant esse, ingratitudines beneficia diuina, qui Deo & patri indulgentissimo sua sibi opera præstulerunt. Sed quid mirum, si aut barbari, aut imperiti homines errant? cum etiam philosophi stoica disciplina in eadem sint opinione; vt omnia caelestia, que mouentur, in Deorum numero habenda esse censeant.

*Lucilius* sequidem Lucilius Stoicus apud Ciceronem sic loquitur:

Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni aeternitate conuenientiam temporum, non possum intelligere sine mente, ratione, consilio, qua cum in sideribus \* esse videamus: non possumus incaea ipsa non in Deorum numero reponere. Item paulo superius, Restat, inquit, vt motus astrorum sit voluntarius, qua qui videat: non indocte solum, verum etiam impie faciat; si Deos esse neget. Nos vero quidem & constanter negamus; ac vos o philosophi non solum indocti, & impios, verum etiam cacos, ineptos, delirosq; probamus, qui ignorantiam imperitorum vanitate viciisti. Illi enim Solem & Lunam, vos etiam sidera Deos putatis. Tradite, igitur nobis stellarum mysteria; vt aras, & templi simulacra erigantur; vt sciamus, quo quamq; ritu, quo die colamus; quibus nominibus, quibus precibus aduocemus: nisi forte nullo discrimine tam innumerabiles, tam minutos Deos aceruatum colere debemus. Quid quodd argumentum illud, quo colligunt vniuersa caelestia Deos esse, in contrarium valet? nam si Deos esse siccirco opinantur; quia certos, & rationabiles cursus habent: errant. ex hoc enim apparet Deos no esse; quod exorbitare illi a prestitutis itineribus non licet. Ceterū si Dī essent: buc atq; illuc passim sine villa necessitate ferretur, sicut animantes in terra, quarum quia libere sunt voluntates: buc atq; illuc vagantur, vt libuit; & quo quamq; mens duxerit, eo fertur. Non est igitur astrorum motus voluntarius, sed necessarius, quia prestitutis legibus, officiisq; deseruunt. Sed cum disputaret de cursibus siderum; quos ex ipsa rerum, ac temporum congruentia intelligebat non esse fore uitiosos: existimat voluntarios esse, tamquam non possent tam dispositi, tam ordinate moueri, nisi sensus illi inesse officiis suis sciens. O quam difficultas est ignorantiis veritas, et quā facilis scieribus. Si motus, inquit, astrorum fortissimi non sint: nihil

aliud restat; nisi ut voluntarij sint: immo vero ut non esse fortuitos manifestum est, ita nec voluntarios. Quomodo igitur in conficiendis itineribus constantiam suam seruari? Nimirum Deus vniuersi artifex sic illa dispositus, sic machinatus est; ut per spatiis celi, diuina, & admirabili ratione decurrent ad efficiendas succedentium sibi temporum varietates. An Archimedes Siculus concavo cre similitudinem mundi, ac figuram potuit machinari; in quo ita solem, ac lunam composit; ut inaequales motus & caelestibus similes, conuersionibus singulis quasi diebus efficerent: & non modo accessus solis, & recessus, vel incrementa, diminutionesq; luna, verum etiam stellarum vel errantium, vel vagarum disspares cursus, orbis ille dum vertitur, exhiberet? Deus ergo illa vera non potuit machinari, & efficere, qua potuit solertia homini imitacione simulare? Vtrum ne igitur Stoicus, si astrorum figuris in illo ere pictas, effectasq; vidisset; suo illa consilio moueri diceret, ac non potius artifici ingenio? Inest ergo syderibus ratio, ad peragendos meatus suos apta: sed Dei est illa ratio, qui & fecit, & regit omnia; non ipsorum syderum, qua mouentur. Nam si solem stare voluissest: perpetuus dies vtique esset. Item si motus astra non haberent: quis dubiteret, sempiternam noctem fuisse futuram? Sed ut diei, ac noctis vices essent; moueri ea voluit, & tam varie moueri, ut non modo lucis, ac tenebrarum mutua vicissitudines fierent, quibus laboris, & quietis alterna spatio constarent; sed etiam frigoris, & caloris, ut diversorum temporum vis, ac potestas vel generandia, vel maturandis frugibus conueniret. Quam solertia diuina potest atque in machinandis itineribus astrorum quia philosophi non videbant; animalia esse sydera putauerunt; tanquam pedibus & sponte, non diuina ratione procederent. Cur autem excogitauerit illa Deus, quis non intelligit?

telligit? Scilicet ne solis lumine decedente, nimium caca nox tetris, atque horrentibus tenebris ingrauesceret, noceretq; viuentibus. Itaque & celum simul mira varietate distinxit: & tenebras ipsas multis, minutisq; luminibus temperauit. Quanto igitur Naso prudentius, quam illi, qui sapientia studere se putant; qui sentit a deo lumina illa, ut horrorem tenebrarum depellerent, instituta. Iste eum librum, quo oculum breuiter comprehendit, hic tribus versibus terminauit.

Tot numero, talicq; Deus simulachra figura

Imposuit celo: perq; atras sparsa tenebras

Clara pruinosa iusbit dare lumina nocti.

Quod si fieri non potest, ut stellae Dij sunt: ergo nec solidum, nec luna Dij esse possunt, quoniam luminibus astrorum non ratione differunt, sed magnitudine. Quod si hi Dij non sunt: ergo nec celum quidem; in quo illa omnia continentur. Simili modo si terra, quam calcamus, quam subigimus ad victimum, Deus non est: nec campi quidem, ac montes Dij erunt. sed si hi non sunt: ergo ne tellus quidem vniuersa Deus videri potest. Item si aqua, qua seruit animantibus ad usum bibendi, aut lauandi, Deus non est: nec fontes quidem, ex quibus aqua profluit. si fontes non sunt; ne flumina quidem, qua de fontibus colliguntur. si flumina quoque Dij non sunt: ergo & mare, quod ex fluminibus constat, Deus haberi non potest. Quod si neque celum, neque terra, neque mare, quae mundi partes sunt, Dij esse possunt: ergo ne mundus quidem totus Deus est; quem iesum ipsi Stoici & animantem, & sapientem esse contendunt, & propterea Deum: in quo tam inconstantes fuerunt, ut nihil dictum sit ab his, quod non ab iesum fuerit eiusdem. Sic enim argumentatur: Fieri non posse, ut sensu careat, quod sensibilia

*ex se generat.* Mundus autem generat hominem, qui est sensu predictus: ergo & ipsum sensibilem esse. Item, Sine sensu esse non posse, cuius pars habeat sensum: igitur quia homo sensibilis est, etiam mundo, cuius pars homo est, inesse sensum. Propositiones quidem vera sunt; & sensibile esse, quod sensu predictum gignat; & habere sensum, cuius pars sensu aucta sit: sed assumptiones falsae, quibus argumenta concludunt. quia neque mundus generat hominem: neque mundi homo pars est. nam hominem a principio idem Deus fecit; qui & mundum: & non est mundi pars homo, sicut corporis membrum. potest enim mundus esse sine homine, sicut urbs, & domus. Atque in domus, vniu hominis habitaculum est, & urbs vniu populi: sic & mundus domicilium totius generis humani. incolit. Et aliud est, quod incolitur; aliud, quod\* colit. Sed illi, qui student id, quod falso suscepereant, confirmare: & sensibilem esse mundum, & Deum, argumentorum suorum consequentia non viderunt. Nam si mundi pars est homo, & sensibilis est mundus, quia homo sentit: ergo quia mortalis est homo, mortalis sit & mundus, necesse est; nec tantum mortalis, sed etiam omnibus morbis, & passionibus subiectus. Et e contrario, si Deus est mundus, & partes eius vi que immortales sunt: ergo et homo Deus est, quia pars est (ut dicitis) mundi, si homo: ergo iumenta, & pecudes, & cetera genera bestiarum, & animalium, & piscium; quoniam & illa eodem modo sentiunt, et mundi partes sunt. At huius tolerabile est, nam & hac colunt Aegyptij. Sed res eò provenit, ut ranae, & culices, & formicae Dijs esse videantur; quia & ipsis inest sensus, & partes mundi sunt. Usus semper argumenta ex falso peritura, inepios, & absurdos exitus habent. Quid, quod ijdem ipsi aiunt, Deorum & hominum causa mundum esse constructum; quasi communem dominum? ergo nec mundus Deus est; nec animans,

constructus est; animans enim non constructur, sed nascitur. Et si est adificatus sic utique tanquam domus, tanquam navis: est ergo aliquis artifex mundi Deus. & seorsum erit mundus, qui factus est; seorsum ille, qui fecit. Iam, illud quam repugnans & absurdum? quod cum ea- qui lestes ignes, ceteraque mundi elementa Deos esse affirmat: item ipsum Deum mundum dicunt. Quomodo potest ex deorum multorum aceruo unus Deus confici? Si astra dij sunt: mundus ergo non deus, sed domicilium Deorum est. Si vero Deus mundus est: ergo omnia illa, quae sunt in eo, dij non sunt, sed Dei membra; que utique solius Dei nomen accipere non possunt. Nec enim recte quis dixerit, membra homini vniuersitatis, multos homines esse. sed tam non est similis comparatio animalis, & mundi. Animal enim quia sensu predictum est: etiam membra eius habent sensum; nec, nisi à corpore diuulsa, putrefuscunt. Cuius igitur rei similitudinem gerit mundus? Nimurum ipsi docent, cu factū esse non differtur, ut esset dijs, & hominibus quasi communis domus. Si ergo est constructus, ut domus: nec ipse Deus est, nec elementa, quae sunt partes eius. quia neque dominus habere<sup>r</sup> dominum sui potest; neque illa, de quibus dominus v. n. bus dominus constat. Non tantum igitur veritate, sed etiam verbis suis reuincuntur. Sicut enim dominus in usum habendi facta, per se nihil sentit, dominusque subiecta est; qui eam fecit, aut incolit: ita mundus per se nihil sentiens, sacerdoti Deo subiacet, qui eum in usum sui fecit.

Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus: Primum, quod elementa, id est, Dei opera Deo præferuntur: Deinde, quod elementorum ipsorum figuræ humana specie comprehensas colunt. Nam solis, lunaq, simulachra humanum in modū formant: item ignis, & terre, & maris: qua illi Vulcanum, Vestam, Neptunum vocant; nec elementis ipsis in aperto litant. Tanta homines imaginū cupiditas tenet; ve

iam viliora ducantur illa, quæ vera sunt: auro. s. gemmis,  
& ebore delectantur. Horum pulchritudo, ac nitor pra-  
Stringit oculos: nec ullam religionem putant, vbiunque illa  
non fulserint. Itaque sub obtentu deorum, avaritia, & cu-  
piditas colitur. Credunt enim Deos amare, quicquid ipsi  
concupiscunt; quicquid est, propter quod furta, & latroci-  
nia, & homicidia quotidie faciunt; propter quod bella per  
totum orbem populos, vrbesq; subuentunt. Consecrant er-  
go diis manubias, & rapinas suas, quos certe necesse est  
imbecilles esse, ac summa virtutis expertes, si subiecti sunt  
cupiditatibus. Cur enim caelestes eos putemus; si desiderat  
aliquid de terra? vel beatos, si aliqua re indigent? vel in-  
corruptos, si voluptati habent ea, in quibus appetitus cu-  
piditas hominum non immerito damnatur? Veniant igitur  
ad deos non tam religionis gratia, quæ nulla potest esse in  
rebus male partis, & corruptilibus; quam ut aurum oculi  
hauriant; nitorem levigati marmoris, aut eboris aspi-  
ciant; ut insignes lapillis, & coloribus vestes, vel distincta  
gemmis fulgentibus pocula insatiabili contemplatione con-  
trectent. & quanto fuerint ornatiora templo, & pulchri-  
ra simulachra: tanto plus maiestatis habere creditur. adeo  
et eorum religio\* Deorum nihil aliud est, quam quod cupiditas hu-  
mana miratur. Ha sunt religiones, quas sibi a maioribus  
suis traditas, pertinacissime tueri, ac defendere perseverant:  
nec considerant quales sint, sed ex hoc probatas, atque ve-  
ras esse confidunt, quod eas veteres tradiderunt: tantaque  
auctoritas vetustatis, ut inquirere in eam, scelus esse\* duca-  
tur. Itaque creditur ei passim, tanquam cognita veritati.  
Denique, apud Ciceronem sic dicit Cotta Lucillo: Habe  
Balbe, quid Cotta, quid pontifex sentiat. fac nunc ego in-  
telligam, quid tu sentias. à te enim philosopho rationem  
religionis accipere debeo. Maioribus autem nostris, etiam  
nulla ratione redditu rationis, est credere. Si credū, cum

dicatur.vi.n.

ergo rationem requiri; que potest efficere, ne credas? Si ve-  
ro rationem requiri, & querendam putas: ergo non cre-  
dis. ideo enim queris, vt ea sequaris, cum inuenieris. Docet  
ecce te ratio non esse veras religiones deorum. Quid facies?  
maiores ne potius, an rationem sequeris? qua quidem tibi  
non ab alio insinuata, sed à teipso inuenta, & electa est; clata  
cum omnes religiones radicus eruisti. Si ratione maius;  
discedere te necesse est ab institutis, & auctoritate maio-  
rum: quoniam id solum rectum est, quod ratio prescribit.  
Sin autem \*pietas maiores sequi suaderet: fateris igitur &  
stultos illos fuisse, qui excogitatis contra rationem religioni-  
bus seruierint; et te ineptum, qui id colas, quod falsum esse  
\*conuinceris. Sed tamen quoniam nobis tantopere maiorum  
nomen opponitur: videamus tandem, qui fuerint maiores  
illi, à quorum auctoritate discedi, nefas ducitur. Romulus  
urbem conditus, pastores, inter quos adoleuerat, conuo-  
cauit. cumq; is numerus condenda urbi parum idoneus vi-  
deretur: constituit asylum. Eò passim confrugerunt ex fini-  
tum locis pessimi quique sine ullo conditionis discriminine.  
Ita conflauit ex his omnibus populum; legitq; in senatum  
eos, qui etate anteibant; & patres appellauit. quorum con-  
silio gereret omnia. de quo senatu Propertius elegiarum  
scriptor hac loquitur:

Curia, pretesto quæ nunc nitet alta senatu;

Pellitos habuit, rustica corda, patres.

Buccina cogebat priscos ad verba Quirites.

Centum illi in prato sepe senatus erat.

Hic sunt patres; quorum decretis eruditæ, ac prudentes viri  
deuotissime seruunt. idq; verum, ac immutabile omnis  
posterior iudicet, quod centum pelliti senes statutum esse  
voluerunt. quos tamen (vt in primo libro dictum est) Pom-  
pilius illexit, vt vera crederent esse sacra, quæ ipse trade-  
bat. Est vero, cur illorum auctoritas tanti habeatur à po-  
sterior;

al. vi. n. veri-  
tas maior est  
que suader,  
faterem  
seruerunt  
conuiceris  
vi. n.

steris, quos nemo, cum vivuerent, neque summus, neque infimus affinitate dignos iudicauit.

7 Quare oportet, in ea re maxime, in qua vita ratio ver-  
satur, sibi quemque considerere, suog<sub>z</sub> iudicio, ac propriis  
sensibus nisi ad inuestigandam, & perpendendam verita-  
tem, quam credentem alienis erroribus, decipi, t anquam  
ipsum rationis expertem. Dedit omnibus Deus pro virili  
portione sapientiam; vt & inaudita inuestigare possent,  
& audita perpendere. Nec quia nos illi temporibus an-  
tecesserunt, sapientia quoque antecesserunt. qua si omni-  
bus equaliter datur, occupari ab antecedentibus non po-  
test. Illibabilis est tanquam lux, & claritas solis. quartus  
sol oculorum, sic sapientia lumen est cordis humani. Qua-  
re cum sapere, id est, veritatem querere, omnibus sit in-  
natum: sapientiam sibi admunt, qui sine vlo iudicio in-  
uenta maiorum probant, & ab alijs pecudum more du-  
cuntur. Sed hoc eos fallit, quod maiorum nomine posito,  
non putant fieri posse, vt aut ipsi plus sapient, quia mi-  
nores vocantur; aut illi despiciunt, quia maiores nomi-  
natur. Quid ergo impedit, quin ab ipsis sumamus exem-  
plum; vt quomodo illi, qui falsa inuenierant, posteris tra-  
diderunt: sic nos, qui verum inuenimus, posteris meliora  
tradamus? Superest ingens quaestio: cuius disputatio non  
ab ingenio, sed à scientia venit. qua pluribus explicanda  
erit, ne quid dubium omnino relinquatur. Nam fortasse  
aliquis ad illa confugiat, qua à multis, & non dubijs tra-  
duntur auctoribus; Eos ipsis, quos docuimus Deos non  
esse, maiestatem suam persape ostendisse & prodigijs, &  
sommis, & augurijs, & oraculis. Et sane multa enumera-  
rari possunt digna miraculo. in primis illud, quod Accius  
Nauius summus Augur, cum Tarquinium Priscum  
commoneret, vt nihil noui facere inciperet, nisi prius esset  
inauguratus; eijs rex artis ciuius eleuans fidem diceret,

vt consulis aubus renuntiaret sibi, vtrum ne fieri pos-  
set id, quod ipse animo conceperet, affirmaretq<sub>z</sub> Nauius  
posse: Cape igitur hanc, inquit, ceterum; eamq<sub>z</sub> nouacula  
disce. At ille incunctanter accepit, ac secuit. Deinde il-  
lud, quod Castor, & Pollux bello Latino apud Lacum  
Iuturna viisi sunt equorum sudorem abluentes; cum ades  
eorum, que iuncta fonti erat, sua sponte patuisset. idem  
bello Macedonico equis albis insidentes P. Vatinio Romam  
nocte venienti se obtulisse dicuntur, nuntiantes, eo die re-  
gem Persen victum, atque captum, quod paucis post die-  
bus litera P.auli verum fuisse docuerunt. Illud etiam mi-  
rabile, quod simulachrum Fortuna muliebris nō semel lo-  
cutum esse traditur. itē Iunonis Monetæ, cum captis Vejjs  
vnus ex militibus ad eam transferendam missus, iocabun-  
dus, ac ludens interrogaret, vtrum ne Romanum migrare  
vellet: respondit, velle. Claudia quoque proponitur in exem-  
pto miraculi. Nam cum ex libris Sibyllinis Ideæ mater es-  
set accita; & in vado Tyberini fluminis uauis, qua velhe-  
batur, habisset; nec vlla vi commoueretur: Claudiam fe-  
runt, qua semper impudica esset habita ob nimios corpo-  
ris cultus, Deam submisus genibus orasse, vt, si se castam  
judicaret, suum cingulum sequeretur: ita namim, qua ab  
omni inuentore non valuit commoueri, ab una muliere esse  
commotam. Illud & que mirum, quod lue seuiente Aescu-  
lapius Epidauro accitus, vrbum Romanum diuturna pesti-  
lentia liberasse perhibetur. Sacrilegi quoque numerari  
possunt, quorum presentibus pœnis iniuriam suam dij vin-  
dicasse creduntur. Appius Claudius Censor, cum aduer-  
sus responsum ad seruos publicos sacra Herculis transstu-  
lisset: luminibus orbatus est; & Potitorum gens, qua  
prodidit, intra unius anni tempus extincta est. Item Cen-  
sor Fulius, cum ex Iunonis Lacinia templo marmoreas  
regulas abstulisset, quibus edem Fortuna equestris, quam

Roma fecerat, tegere: & mente captus est, & amissus duabus filiis in Illyrico militibus, summo animi macerore consumptus est. Praefectus etiam M. Antonij Turullius, cu apud Coos euerso Aesculapij luco classami fecisset; eodem postea loco a militibus Cæsar est interfactus. His exemplis adiungitur Pyrrhus; qui sublata ex thesauro Proserpine Locrensis pecunia, naufragium fecit; ac vicinis Delitoribus illis est; ut nihil, prater eam pecuniam, incolumem reperiatur. Ceres quoque Milesia multum sibi apud homines venerationis adiecit. Nam cum ab Alexandro capta ciuitas esset, ac milites ad eam spoliandam irrupperint: omnium oculos repente obiectus fulgor ignis extinxit. Reperiuntur etiam somnia, quæ vim Deorum videantur ostendere. Tiberio namque Attinio homini prebejo per quietem obuersatu esse Iupiter dicitur, & praecipisse, ut Coss. & senatus nuntiaret, ludis Circensibus proximis præsultorem sibi displicuisse, quod Antronius Maximus quidam diuerberatum serum sub furca medio cincis ad supplicium duxerat; ideoq; ludos instaurari oportere, quod cum ille neglexisset, eodem die filium perdidisset; ipsum autem graui morbo esse corruptum. & cum rursum eandem imaginem cerneret, querentem sati ne paenarū pro neglecto imperio pependisset: lectica delatus ad Coss. & omnire in senatu exposita, recepisse corporis firmitatem, suiq; pedibus domum redisse. Illud quoque somnum non minoris fuit admirationis, quo Cæsar Augustus dicitur esse seruatus. Nam cum bello ciuijli Brutiano implicitus granis morbo, abstinere prælio statuisset: medico eius Artorio Minerua species obuersata est, monens, ne propter corporis imbecillitatem castra se contineret Cæsar. Itaque in aciem lectica perlatus est: & eodem die a Bruto castra capta sum. Multa præterea exempla similia possunt proferri: sed vereor, ne, si fuero in propositione rerum contrariarū divinus immo-

emmoratus, aut oblitus esse propositi videar, aut crimen loquacitatis incurram.

Exponam igitur omnium istorum rationem: quod facilius res difficiles, & obscuræ intelligantur. & has omnes simulati numinis præstigias revelabo; quibus inducti homines, à veritatis via longius recesserunt. sed repetā tongue altius; vt si quis ad legendum expers veri, & ignarus accesserit, \*instituatur, atque intelligat, quod tandem sit caput instruatur horum, & causa malorum; & lumine accepto, suos, ac totius generis humani perspiciat errores. \*Cum esset Deus vi.n. ad excogitandum prudentissimus, ad faciendum solerissimus, antequam ordinetur hoc opus mundi: Quoniā pleni, & consummati boni fons in ipso erat, sicut est semper; vt ab eo \* bono tanquam riuis oriatur, longe q; profueret, bonus produxit similem sui spiritum, qui esset virtutibus Dèi patris preditus. Quonodo autē id fecerit, in quarto libro do voluerit.v.n. cere conahimur. Deinde fecit alterum, in quo indoles diuinæ stirpis non permanxit. Itaque suapte inuidia tanquam veneno infectus est, & ex bono ad malū transcedit, suoq; arbitrio, quod a Deo illi liberum datum fuerat, cōtrarium sibi nomen adscivit. Vnde apparet, cunctorum malorum fontem esse luorem. Intuidit enim illi antecessori suo, qui Deo patri perseverando, \*cum probatus, cum etiam charis sua est. Hunc ergo ex bono per se malum effectum Graci dā. Eos appellant, nos criminatorē vocamus, quod criminis, in qua ipse illicit, ad Deum deferat. \*Exorsus igitur Deus vi.n. fabricā mundi, illum primum, & maximē filium præferit operi vniuerso; eq; simul & cōsiliatore vñus est, & artifice in excogitandis, ornandis, perficiendisq; rebus: quoniam ut et prudenter, et ratione, et potestate perfectus est. de quo vi.n. nunc parcus; quod alio loco & virtus, & nomē eius, & ratio enarranda nobis erit. Nemo querat, ex quibus ista manus tā magna, tam mirifica opera Deus fecerit. Omnia enim

enim fecit ex nihilo. Nec audiendi sunt poëta, qui aium  
chaos in principio fuisse. i. confusione rerum, atque ele-  
mentorum; postea vero Deum diremisse omnem illam conge-  
riem; singulisq; rebus ex confuso aceruo separatis, in orde-  
nemq; descriptis, instruxisse mundum pariter. & ornasse.  
Quibus facile est responde potestate Dei non intelligen-  
tibus; quæ credunt nihil efficere posse, nisi ex materia subia-  
cente, ac parata. in quo errore etiā philosophi fuerunt. Nā  
Cic. de natura Deorū disputans, sic ait: Primum igitur non  
est probabile, eam materiam rerū, vnde orta sunt omnia,  
esse diuina prouidentia effectā; sed habere, & habuisse vim,  
& naturam suam. Vt igitur faber, cum quid adsciscatur  
est, nō ipse facit materiam, sed ea vittur, quae sit parata; si-  
catorq; item cera: sic isti prouidentia diuina materia presta  
esse oportuit, non quam ipse faceret, sed quam haberet pa-  
rata. Quod si nō est à Deo materia facta; ne terra quidē,  
& aqua, & aer, & ignis à Deo factus est. O quam multa  
sunt vitia in his decem versibus: Primum, quod is, qui in  
aliis disputationibus, & libris fere omnibus prouidentia  
fuerit assertor, & qui acerrimiis argumentis impugnaue-  
rit eos, qui prouidentiam non esse dixerunt; idem nū  
quasi proditor aliquis, aut transfigura, prouidentiam con-  
tra est tollere. in quo si contradicere velis: nec cogitatione  
opus est, nec labore: sua illi dicta recitanda sunt. Nec enim  
ab ullo poterit Cicero, quam à Cicerone vehementius re-  
moti futari. Sed concedamus hoc more, & instituto Academi-  
corum; vt liceat hominibus valde liberis dicere, ac sentire  
qua velint. sententias ipsius consideremus. Non est, in-  
quit, probabile, materiam rerum à Deo factam. Quibus  
hoc argumentis probabilis enim dixisti, quare hoc non  
est probabile. Itaque mihi è contrario vel maxime probabile  
videtur: nec ramen temere videtur, cogitanti plus esse ali-  
quid ip Deo, quæ profecto ad imbecillitatē hominis redigi;  
credant

tū nihil aliud, quam opificium concedis. Quo igitur ab  
homine diuina illa viꝫ differet; si ut homo, sic etiam Deus differt  
ope indigeat aliena? Indiget autem, si nihil moliri potest; indiget  
nisi ab altero illi materia ministretur. quod si fit: imperfe-  
cta virtus virutis est: & erit iam potentior iudicandus  
materia institutor. Quo igitur nomine appellabitur, qui  
potentia Deum vincit? siquidem maius est, propria face-  
re, quam aliena disponere. Si autem fieri non potest, vt  
sit potentius Deo quicquam; quem necesse est perfecta esse  
virtutis, potestatis, rationis: id igitur materia factor est;  
qui & rerum ex materia constantiū. Neq; enim Deo non  
faciente, & inuito, esse aliquid aut potuit, aut debuit. Sed  
probabile est, inquit, materiam rerum habere, & habuisse  
semper naturam suam, & vim. Quam vim potuit ha-  
bere, nullo dante? quam naturam, nullo generante? Si ha-  
buit vim: ab aliquo eam assumpsi. A quo autem sumere,  
nisi à deo, potuit? Porro si habuit naturam; qua vtq; à vi. n.  
nascendo dicitur: natura est. A quo autem, nisi à Deo, potuit  
procreari? Natura enim qua dicitur orta esse omnia, si co-  
silium non habet, efficere nihil potest. si autem generandi,  
aut faciendi potens est: habet ergo consilium; & propte-  
rea Deus sit, necesse est. Nec alio nomine appellari potest  
ea viꝫ; in qua ineft et prouidentia excogitandi, & solertia,  
potestasq; faciendi. Melius igitur Seneca omnium Stoico-  
rum acutissimus: qui vidit nil aliud esse naturā, quā Dēū.  
Ergo, inquit, Deum non laudabimus, cui naturalis est vir-  
tus? nec illam didicit ex ullo. Inimo laudabimus. quamvis  
enim naturalis illa sibi illā dedit: quoniam Deus ipsa na-  
tura est. Cum igitur ortum rerum tribus nature, ac de-  
trahis Deo; in eodem luto hastans, versuram soluis. A quo  
enim fieri mundum negat; ab eodē plane fieri mutato no-  
mine cōfiteris. Sequitur inepitissima comparatio. Vt faber,  
inquit, cum quid adsciscatur est, non ipse facit materiā;  
sed

sed virtutur ea, qua sit parata; sicut ergo item cera: sic isti prouidentia diuina materiam esse praesto oportuit, non quam ipse faceret, sed quam haberet paratam. Immo vero non oportuit. erit enim Deus minoris potestatis, si ex parato edificabit: quod est hominis. faber enim sine ligno nihil adificat: quia lignum ipsum facere non potest. non posse autem, imbecillitatis est humana. Dens vero facit sibi ipse materiam; quia potest. Posse enim, dei est: nam si non potest, Deus non est. Homo facit ex eo, quod est. quia per mortalitatem imbecillus est; per imbecillitatem, definita, ac modica potestatis. Deus autem fecit ex eo, quod non est. quia per aternitatem fortis est; per fortitudinem, potestatis immensae. quae sine, ac modo caret, sicut vita factoris. Quid ergo mirum, si facturus mundum Deus, prius materialia, de qua faceret, preparauit, & \* preparauit ex eo, quod non erant  
vi.n.  
ex quia nefas\* erent Deum aliunde aliquid mutuari; cum in ipso, vel ex ipso sint omnia. Nam si est aliquid ante illum, si est factum;  
vi.n.  
et quicquam non ab illo iam potestatem ei, & nomen amittet. At enim materia nunquam facta est, sicut Deus, qui ex materia fecit hunc mundum. Duo igitur constituantur aeterna, & quidem inter se contraria; quod fieri sine discordia, & pernicie non potest. Collidat enim necesse est ea, quorum vis, & ratio diuersa est. sic utraq[ue] eterne potuerunt na esse non potuerunt, si repugnant, quia superare alterum, necesse est. Ergo fieri non potest, quin aeterni natura sit simplex; ut inde omnia, velut ex fonte, descenderint. Itaque aut Deus ex materia ortus est; aut materia ex Deo. quid horum sit verius, facile est intelligi. Ex his enim duobus alterum sensibile est; alterum caret sensu. Potestas faciendo aliquid non potest esse, nisi in eo, quod sentit; quod sapit; quod cogitat; quod mouetur. Nec incipi, aut fieri, aut consumari quicquam potest, nisi fuerit ratione\* praeuisum, aut quemadmodum fiat ante quam est, \* aut quemadmodum  
&. vi.n.  
consecutus

constet postquam fuerit effectum. Denique si facit aliquid, qui habet voluntatem ad faciendum, et manus ad id, quod voluit, implendum. Quod autem insensibile est; iners, & torpidum semper iacet & nihil inde oriri potest, ubi nullus est motus voluntarius, nam si omne animal ratione constat: certe nasci ex eo non potest, quod ratione praeeditum non est. nec aliunde accipi potest id, quod ibi, unde petitur, non est. Nec tamen commoueat aliquem, quod animalia quedam de terra nasci videntur. Hac enim non terra per se gignit, sed spiritus Dei: sine quo nihil gignitur. Non ergo Deus ex materia, quia sensu praeeditum ex insensibili, sapiens ex bruto, imparabile de patibili, expers corporis de corporali nunquam potest oriri: sed materia potius ex Deo est. Quicquid enim est solido, et contractabili corpore, accipit externam vim. quod accipit vim, dissolubile est. quod dissoluitur: interit. quod interit; ortum sit, necesse est, quod ortu[m] est, habuit fontem, unde oriretur, id est factor[em] aliquem sentientem, prouidum, peritumq[ue] faciendi, is est projecto, nec ullus alias quam Deus. Qui quoniam sensu, ratione, \* prouidentia, potestate, virtute praeeditus est: & animantia, et in anima creare, et efficere potest, quia tenet, quomodo quidque sit faciendum. Materia vero semper fuisse non potest, quia mutationem non caperet; si fuisse. Quod enim semper fuit: non definit. & unde absuit principium: abesse hinc etiam finem, necesse est. Quin etiam facilius est, ut id, quod habuit initium, fine careat; quam vt habeat finem, quod initio caruit. Materia ergo si facta non est: nec fieri ex ea quicquam potest. Si fieri ex ea non potest: nec materia quidem erit. Materia enim est, ex qua sit aliquid. Omne autem, ex quo sit: quia receperit opificis manum, destruitur; & aliud esse incipit. Ergo quoniam finem habuit materia, tum, cum factus est ex ea mundus: & initium quoque habuit. Nam quod destruitur, adificatum est, quod sol-

<sup>ia enim. Pythagorei. v.n.</sup> hinc alligatum quod finitur; incepitum est. Si ergo ex mutatione, ac sine materia colligitur habuisse principium: à quo alio fieri, nisi à Deo, potuit? Solus igitur Deus est, qui factus non est: & siccirco destruere alia potest; ipse destrui non potest. permanebit semper in eo, quod fuit: quia non est aliunde generatus: nec ortus, nec nativitas eius ex aliqua alia re pedit, qua illum mutata dissolutat. Ex seipso est, ut in primo diximus libro. et ideo talis est, qualē se esse voluit; impensisibilis, immutabilis, incorruptus, beatus, aeternus. Iā vero illa conclusio, qua sententia terminauit Tullius, multo absurdior. Quod si materia, inquit, à deo non est facta: nec terra quidem, & aqua, et aér, & ignis à deo factus est. Quād callide periculum præteruolauit. Sic enim superius illud assumpit; tanquam probatione non indigeret: cum id multo esset incertius, quam illud, propter quod assumptum est. Si non est, inquit, à deo facta materia: nec mundus à Deo factus est. Ex falso maluit colligere, quod falsum est; quam ex vero, quod verum. Et cum debeant incerta de certis probari: hic probationem sumpsit ex incerto, ad enuntendum, quod erat certum. Nā diuina prouidentia effectū esse mundū, vt taceā de Trismegisto, qui hoc prædicat; taceā de carminibus Sibyllarum, qua idē nuntiant; taceam de prophetis, qui opus mundi, ac opificiū Dei vno spiritu, ac pari voce testantur: etiam inter philosophos pene vniuersos cōuenit. \*idē etiā Pythagorici, Stoici, Peripatetici, \*qui sunt principes\* omnis discipline. Denique à primis illis septem sapientibus, & Socrate usque ad Platonem pro confesso, & indubitate habitum est: donec unus multis post seculis exitiit delirus Epicurus; qui auerteret negare id, quod est evidenter, studio scilicet inueniendi noua; vt nomine suo constitueret disciplinā. Et quia nihil noui potuit reperire: vt tamē dissentire à ceteris videretur; vetera volunt auertere. in quo illū circum latran-

tes philosophi omnes coarguerunt. Certius est igitur, mundum prouidentia in structum, quam materie\* prouidentia <sup>prouidentiam conglobatam v.n.</sup> conglobatum. Quare non oportuit putare, ictiō mundum non esse diuina prouidentia factum, quia materia eius diuina prouidentia facta non sit: sed quia mundus diuina prouidentia sit effectus; & materiam esse factam diuinus. Credibilis est enim, materiam potius à Deo factam; quia deus omnia potest: quam mundum à Deo non esse factum: quia sine mente, ratione, consilio nihil fieri potest. Verū hac nō Ciceronis est culpa, sed secta. Cū enim suscepisset disputationem, qua deorum naturam tolleret, de qua philosophi garriebant: omnem diuinitatē ignorantia verē putauit esse tollendam. Itaque Deos potuit tollere; quia nō erant. Cum autē prouidentiam diuinā, qua est in vno Deo, conaretur euertere: quia contra veritatem niti cōperat; deficitibus argumentis, in hāc foveā necessario decidit, unde se exiricare non posset. Hic ergo illum teneo harentem, teneo defixum; \*quo Lucillus, qui contra differebat, obmu<sup>qua Lucillus</sup> tuit. Hic est ergo cardo rerum; hic vertuntur omnia. Explicet C. Cotta, si potest, ex hac voragine, proferat argumenta, quibus doceat, semper fuisse materiam, quam nulla prouidentia effecerit. Ostendat, quomodo quicquam ponderosum, & graue aut esse potuerit sine auctore; aut immutari valuerit, ac desierit esse, quod semper fuit; vt inciperet esse, quod nunquam fuit. Quā si docuerit: tum demum assentiar, ne mundum quidem diuina prouidentia constitutum: & tamen sic assentiar; vt alijs illum laqueis teneam. Eodem enim, quō nollet, revoluetur, vt dicat & materiam, de qua mundus est, & mundum, qui de materia est, natura exitisse: cum ego ipsam naturam Deum esse contendam. Nec enim potest facere mirabilia, id est maxima ratione constantia, nisi qui habet mentem prouidentiam, potestatem. Ita siet, vt Deus fecerit omnia,

nec quicquam esse posit omnino, quod non originem à deo traxerit. At idem quoties Epicureus est; & non vult à deo factum esse mundum: quarere solet, quibus manibus, quibus machinis, quibus vestibus, qua molitione hoc tantum opus fecerit.\* Videret fortasse si eo tempore\* potuisse esse, quo fecit. Sed ne perspiceret homo dei opera; noluit eum inducere in hunc mundum, nisi perfectis omnibus. sed ne induci quidem poterat. quomodo enim subsisteret, cum fabricaretur desuper calū, terraq<sub>3</sub> subterfundaretur, cum al. corporata fortasse humida vel nimis rigoribus\* corporata concrescerent; vel igneis caloribus incocta, et solidata, durescerent.

solo. v.n. Aut quomodo viueret,\* solo nondum instituto, nec frugibus, nec animalibus natis? Itaque necesse fuit hominem postremo fieri; cum iam mundo, caterisq<sub>2</sub> rebus manus summa esset imposta. Denique sancta litera docent, hominem fuisse ultimum dei opus; & sic inductum fuisse in hunc mundum, quasi in domum iam paratam, & instrutam. illius enim causa facta sunt omnia. Idem etiam poēta fatentur. Ouidius perfectio iam mundo, & vniuersis animalibus figuratis, hoc addidit

*Sanctius his animal, mentisq<sub>2</sub> capacius altæ  
Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset.*

*Natus homo est.*

adeo nefas existimādum est, ea scrutari, que Deus voluit esse celata. Verum ille non audiendi, aut discendi studio requirebat, sed refellendi: quia confidebat, neminem id posse dicere. Quasi vero ex hoc putandum sit, non esse hac diuinitus facta; quia quomodo facta sint, non potest peruidiri. An tu, si educatus in domo fabrefacta, & ornata, nullam vñquam fabricam vidisses: domum illam putassem non ab homine esse adificatam; quia, quomodo edificatur, ignorares? idem profecto de domo quereres, quod nunc de mundo requiris: quibus manibus, quibus ferramentis ho-

mo tanta esset opera molitus; maxime si saxa ingentia, immensa cementa, vastas columnas, opus totum sublime, & excelsum videres. non ne hac tibi humanarum virium modum viderentur excedere; quia illa non tam viribus, quam ratione, atque artificio facta esse nescires? Quid si homo, in quo nihil perfectum est; tamen plus efficit ratione, quam vires eius exiguae patientur; quid est, cur incredibile ibi esse videatur, cum mundus dicatur factus à Deo? in quo, quia perfectus est; nec sapientia potest habere terminum, nec fortitudo mensuram. Opera ipsius videntur oculis. quomodo autem illa fecerit; ne mente quidem videtur. quia (vt Hermes ait) mortale immortali, temporale perpetuo, corruptibile incorrupto propinquare non potest, id est proprius accedere, & intelligentia subsequi. & ideo terrenum adhuc animal rerū caelestium perfectionem nō capit, quia corpore quasi custodia septū tenetur, quod minus soluto, ac libero sensu cernat omnia. Sciat igitur quam inepte faciat, qui res inenarrabiles querit. Hoc est enim modum conditionis sua transgredi; nec intelligere, quo usque homini liceat accedere. Deniq<sub>2</sub>, cum aperiret homini veritatem Deus; ea sola scire nos voluit, que interfuit hominem scire ad vitam consequendam. que vero ad curiosam & profanā cupiditatem pertinebat, reticuit, vt arcana esse. Quid ergo queris, que nec potes scire; nec si scias, beatior fias? Perfecta est in homine sapientia; si & Deum esse rnum, & ab ipso esse facta vniuersa cognoscat.

Nunc quoniam refutauimus eos, qui de mundo, & factore eius Deo aliter sentiunt, quam veritas habet: ad diuinam mundi fabricā reuertamur: de qua in arcanis sancta religionis literis traditur. Facit igitur Deus primum omnium calum, & in sublime suspendit: quid esset sedes ipsius Dei conditoris. Deinde terram fundauit, ac calo subdit: quā homo cum ceteris animaliū generibus incoleret,

ad censuram  
v.n.

Eam voluit huinore circumflui, & contineri. Suum vero habitaculum distinxit claris luminibus, & impletuit; sole scilicet, lunaq; orbe fulgenti, & astrorum micantium splendentiibus signis adornauit: tenebras autem, quod est huius contrarium, constituit in terra. nihil enim per se contineret luminis, nisi accipiat a celo. in quo posuit lucem perennem, & superos & vitam perpetuam: & contra in terra tenebras, inferos, & mortem. Tanto enim hec ab illis superioribus distant, quantum mala a bonis, & vita a virtutibus. Ipsius quoque terra binas partes contrarias inter se, diuersasq; constituit, scilicet orientem, occidentemq; ex quibus oriente, Deo \*cenfetur; quia ipse luminis fons, & illustrator est rerum, et quod oriri nos faciat ad vitam semper pitemam. Occidens autem conturbata illi, prauaq; mentis ascribitur; quod lumen abscondat; quod tenebras semper inducat; & quod homines faciat occidere, atque interire peccatis. Nam sicut lux orientis est, in luce autem vita ratio versatur: sic occidentis tenebra sunt: in tenebris autem & mors, & interitus continetur. Deinde alteras partes eadem ratione dimensus est meridiem, ac septentrionem. quae partes illis duabus societate iunguntur. Ea enim, quae est Solidis calore flagratori, proxima est, & coheret orienti. At illa, quae frigori bus, & perpetuo gelu torpet; eiusdem est, cuius extremus occasus. Nam sicut contraria sunt lumini tenebre, ita frigus calori. Ut igitur calor, luminis est proximus, sic meridies orienti: ut frigus tenebris, ita plaga est septentrionis occasus. Quibus singulis partibus suum tempus attribuit. Ver scilicet orienti, ast as meridionali plage, occidentis autumnus est, septentrionali hyems. In his quoque duabus partibus, meridionali, et septentrionali, figura vita et mortis continetur: quia vita in calore est, mors in frigore. sicut autem calor ex igne est, ita frigus ex aqua. Secundum harum partium dimensionem, diem quoq; fecit, ac noctem; qui spatia,

& orbis temporum perpetuos, ac volubiles, quos vocamus annos, alterna per vices successionē conficiant. dies, quem primus Oriens subministrat; Dei sit, necesse est, vt omnia, quacunque meliora sunt. Nox autem, quam Occidens extremus inducit; eius s. quem Dei esse amulum diximus. Que duo praeclarissimū futurorum Deus fecit; vt ex ijs & vera religionis, & falsarum superstitionum imago quadā ostendetur. Nam sicut sol, qui oritur in die, licet sit unus, unde solem esse appellatum Cicero vult videri; quod obscuratus sideribus, solus appareat: tamen quia verum, ac perfecte plenitudinis lumen est, & calore\* potissimum, & fulgore clarissimo illustrat omnia: ita in Deo, licet sit unus, & maiestas, & virtus, & claritudo perfecta est. Nox autem, quam praeclarus illi antitheo dicimus attributam, eius ipsius multas, & varias religiones per similitudinem demonstrat. Quamuis enim stella innumerabiles micare, ac radiare videantur: tamen, quia non sunt plena, ac solidula lumina; nec caloris\* perforant quicquam, nec tenebras multitudine sua vincunt. Duo igitur illa principalia inueniuntur, qua diuersam, & contrariam sibi habent potestatem; calor, & humor. qua mirabiliter Deus ad sustentanda, & gignenda omnia excogitauit. Nam cum virtus Dei sit in calore, & igni: nisi ardore, rimeq; eius admittat humoris, ac frigoris materia temperasset; nec nasci quicquam; nec coherere potuisset: quin statim conflagratione interiret, quicquid esse ceperisset. Unde & philosophi quidam, & poëtae discordi concordia mundum constare dixerunt: sed rationem penitus non viderunt. Heraclitus ex igne nata esse omnia dicit; Thales Milesius ex aqua. Vterque videt aliquid: sed erravit tamen uterque: quod alterutrum se solum suisset, neque aqua nasci ex igne potuisse, neque rursus ignis ex aqua. Sed est verius, simul ex vitroque permisso cuncta generari. Ignis quidem permisceri cum aqua non potest: quia

*Sunt* & *vtraque inimica*, & *si minus* *venerint*, *alterum*, *quod superauerit*, *conficiat alterum*, *necesse est*: *sed eorum substantia permisceri possunt*. *Substantia ignis*, *calor est*, *aqua*, *humor*. *Recte igitur Ouidius*:

*Quippe, ubi temperiem sumpserit humorq<sub>z</sub>, calorq<sub>z</sub>.*

*Concipiant*: & *ab his oriuntur cuncta duobus*.

*Cumq<sub>z</sub> sit ignis aqua pugnax*: *vapor humidus omnes*

*Res creat*: & *discors concordia fœtibus apta est*.

*Alterum enim quasi masculinum elementum est*, *alium quasi femininum*, *alterum actuum*, *alterum patibile*. *ideoq<sub>z</sub> à veteribus institutum est*, *ut sacramento ignis*, & *aqua nuptiarum fœdera sanciantur*; *quod fœtus animantium calore*, & *humore corporentur*, *atque animentur ad vitam*. *Cum enim constet omne animal ex anima*, & *corpo*re: *materia corporis in humore est*, *anima in calore*. *quod ex aliis fœtibus datur scire*: *quos crassi humoris plenos*, *nisi opifex calor fuerit*; *nec humor potest corporare*, *nei* *corpus animare*. *Exilibus quoque ignis*, & *aqua interdicto solebat*. *ad huc enim videbatur nefas*, *quamvis malostamen*, *homines supplicio capitū afficeret*. *Interdicto igitur vīsu earum rerum*, *quibus vita constat hominum*, *permis* *habebatur*, *ac si esset*, *qui eam sententiam exceperat*, *morte multatus*. *adeo ista duo elementa prima sunt habita*, *ut nec ortū hominis*, *nec sine his vitam crediderint posse constare*. *Horum alterū nobis commune est* *cum catēris animalibus*; *alterum soli homini datum*. *Nos enim quoniam celeste*, *atque immortale animal sumus*, *igne vivimus*; *qui nobis in argumentum immortalitatis datus est*: *quoniam ignis è calo est*, *cuius natura*, *quia mobilis est*, & *sursus nititur*, *vita continet rationē*. *Catēra vero animalia*, *quoniam tota sunt mortalia*, *tācummodo aqua vivuntur*. *quod est elementum corporale*, *atque terrenum*. *Cuius natura*, *quia mobilis est*, *ac deorsum vergens*, *figurā mortis ostendit*.

corporati  
animari, v.n.

immobilis  
x.v.

*dit*. *Ideo pecudes neque in calum suspiciunt*, *neque religiones sentiunt*. *quoniam ab his vīsus ignis alienus est*. *Vnde autem*, *vel quomodo Deus hec duo principalia, ignem*, & *aquam vel accenderit*, *vel eliquauerit*, *solus scire potest*, *qui fecit*.

*Consumato igitur mundo*, *animalia varij generis*, *dissimilibus formis*, & *magna*, & *minora* *vt fieret*, *imperavit*. *Et facta sunt bina*, *id est diuersi sexus singula*: *ex quorum fœtibus & aëri*, & *terra*, & *maria completa sunt*. *Dedit q<sub>z</sub> bis omnibus generatim Deus alimenta de terra*, *vt vīsu ho* *minibus esse possent*: *alia nimurum ad cibos*, *alia vero ad* \* *vestimentum*: *qua autem magnarum sunt virium*, *vt in vestitum* *excolenda terra iuarent*. *vnde dicta sunt iumenta*. *Ita rebus omnibus mirabilis descriptione compositis*, *regnū sibi eternum parare constituit*; & *innumerabiles animas procreare*, *quibus immortalitatem daret*. *Tum fecit ipse sibi simulachrum sensibile*, *atque intelligens*, *id est ad imaginis sua formam*, *qua nihil potest esse perfectius*; *hominem figurauit ex limo terra*. *vnde homo nuncupatus est*; *quod sic factus ex humo*. *Denique Plato humanam formam deo-* \* *trivit esse* *ait*; & *Sibylla*, *qua dicit*:

*εἰκὼν ἐστὶ ἀνθρώπος ἐμή, λόγον ὅπθε τὸ ξύστα.*

*De hac hominis fictione poëta quoque*, *quamvis corrupte*, *tamen non aliter tradiderunt*. *namque hominem de luto à Prometheo factum esse dixerunt*. *Res eos non sefellit*, *sed nomen artificis*. *Nullas enim literas veritatis attigerant*: *sed quæ prophetarum vaticinio tradita*, *in sacrario Dei* *continebatur*; *ea de fabulis* & *obscura opinione collecta*, *et depravata*, *ut veritas à vulgo solet variis sermonibus diffusa corrumpi*, *nullo non addente aliquid ad id*, *quod audiabantur*, *carmenibus suis comprehendenderunt*. & *hoc quidē incepit*; *quod tam mirabile*, *tamq<sub>z</sub> diuinum opificium homini dederunt. Quid enim opus fuit*, *hominem de luto*

G 5      fingi.

fingi; cum posset eadem ratione generari, qua ipse Prometheus ex Iapeto natus est? qui si fuit homo, generare hominem potuit, facere non potuit. De diis autem illum non fuisse, pena eius in Caucaso monte declarat. Sed neque patrem ipsius Iapetum, patruumq; Titana quisquam Deos nuncupauit: quia regni sublimitas penes Saturnum solum fuerit: per quam diuinos honores cum omnibus suis posteris consecutus est. Multis argumentis hoc figuratum poterat coargui potest. Factum esse diluvium ad perdendam, tollendamq; ex orbe terrae malitiam, constat inter omnes. Id enim & philosophi, poëtae, scriptoresq; rerum antiquarum loquuntur; in eoq; maxime cum prophetarum sermone consentiunt. Si ergo cataclysmus à Deo ideo factus est, ut malitia, qua per nimiam multitudinem increuerat, perderetur: quomodo factio hominis Prometheus fuit? cuius filii Deucalionem idem ipsi ob iustitiam solum esse dicunt seruatim. quomodo unus gradus, & una progenies orbem terrae tam celeriter potuit hominibus implere? Sed videlicet hoc quoque sic corruerunt, ut illud superius; cum ignorarent, in quo tempore cataclysmus sit factus in terra; & quis ob iustitiam meruerit genere humano pereunte saluari; & quomodo, aut cum quibus seruatim sit. que omnia prophetica littera docent. Apparet ergo falsum esse, quod de opificio itidem Promethei narrant. Verum quia poëtas dixeram non omnino mentiri solere, sed figuris inuoluere, & obscurare qua dicant: non dico esse mentitos, sed primum omnium Prometheus simulachrum hominus formasse de pingui, & molli luto; ab eoq; natam primo artem, & statuas, & simulachra fingendi. siquidem Iouis temporibus fuit. quibus primum templo constituit: & noui Deorum cultus esse cœperunt. sic veritas sucata mendacio est: & illud, quod a Deo factum ferebatur, homini, qui opus diuinum imitatus est, etiam cœpit adscribi. Ceterum fictio veri, ac

vivū hominū è limo Dei est. quod Hermes quoque tradit: qui non tantum hominem ab imaginem Dei factum esse dixit à Deo; sed etiam illud explanare tentauit, quām subtili ratione singula queque in corpore hominis membra formauerit, cum eorum nihil sit; quod non tantundem ad ysus necessitatem, quantum ad pulchritudinem valeat. Id vero etiam Stoici, cum de prouidentia differunt, facere conantur; & secutus eos Cicero pluribus quidem locis. Sed tamen in materiam tam copiosam, & vberem strictim contigit. quām ego nunc iccirco pratereo, quia nuper proprium de ea re librum ad Demeirianum auditorem meum scripsi. Illud hoc loco praterire non possum; quid errantes philosophi quidam aiunt, homines, ceteraque animalia sine ylo artifice orta esse de terra. vnde illud Virgilianum est:

Terrea progenies duris caput extulit aruis.

& ī maxime fuerant in ea sententia, qui esse prouidentiam negant. Nam Stoici animantium fabricam diuina solertia tribuunt. Aristoteles autem labore se, ac molestia liberauit, dicens, semper mundū fuisse: itaq; & humanum genus, & cetera, qua in eo sunt, initū nō habere, sed fuisse semper, ac semper fore. Sed cum videamus, singula queque animalia, qua ante non fuerant, incipere esse, & esse desinere: necesse est, totum genus aliquando esse cœpisse, & aliquando desitum esse, quia cœperit. Omnia enim tribus temporibus contineri necesse est, praterito, praesenti, futuro. Præteriti est origo, praesantis substantia, futuri dissolutio. Que omnia in singulis hominibus apparent, et incipiunt enim, cum nascimur; & sumus, cum vivimus; & desinimus, cum interimus. Vnde etiam tres Parcas esse voluerunt: unam, qua vitam hominibus ordiatur: alteram, qua contextat: tertiam, qua rumpat, ac finiat. In toto autē genere hominū quia solum præsens tempus appetit: ex eo ramen et præteriti, id est, origo colligitur, et futurum, id est, dissolutio.

dissolutio. Nam quoniam est, appetit aliquando capisci, esse enim nulla res sine exordio potest. & quia capit, appetit quandoque desitura. Nec enim potest id totum esse immortale, quod ex mortalibus constat. Nam sicut vniuersi per singulos interimus: fieri potest, ut aliquo casu omnes simul, vel sterilitate terrarum, qua accidere particulatum solet, vel pestilentia ubique diffusa, qua singulas urbes, atque regiones plerunque populatur; vel incendio in orbem missio, quale iam fuisse sub Phaeonte dicitur; vel diluvio aquarum, quale sub Deucalione traditur, cum preter viii hominem genus omne deletum est. Quod diluvium si casu accidit, profecto potuit accidere, ut & vnius ille, qui superfuit, interiret. Si autem diuinæ prouidentiæ nutu, quod negari non potest, ad reparandos homines reservatum est, appetit, in Dei potestate esse vel vitam, vel interitum generis humani. quod si potest occidere in totum; quia per partes occidit: appetit, aliquando esse ortum: & ut fragilitas initium, sic declarat & terminum. Quia si vera sunt: non potuit defendere Aristoteles, quod minus habuerit & mundus ipse principium. quod si Aristoteli Plato, & Epicurus extorquent: et Platoni, & Aristoteli, qui semper fore integratis mundum putauerunt, licet sint eloquentes, \*ingrate tam idem Epicurus eripiet, quia sequitur, ut habeat & finem. Sed hac in ultimo libro pluribus exequemur. Nunc ad hominis originem recurramus.

II. Aint, certis conversionibus cali, & astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium serendorum: itaque terram nouam semen genitale retinente, folliculos ex se quosdam in veterorum similitudinem protulisse de quibus Lucretius:

Crescebant veteri terra radibus apti:  
eosq; cum maturassent, natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam,

qui esset lacti similis, exuberasse; eoq; alimento animantes esse nutritos. Quomodo autem vim frigoris, aut caloris ferre, igitur. v.b. aut vitare potuerunt; aut omnino nasci, cum sol exureret, frigus astringeret? Non erant, inquit, in principio mundi hyems, & astas, sed perpetua tempestes, & ver aequalis. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc videmus? Quia semel, aiunt, fieri necessarium fuit, ut animalia nascerentur. postquam vero esse cœperunt, concessa his facultate generandi, & terra parere desit, & temporis conditio mutata est. O quam facile est, mendacia redarguere! Primum, quod nihil potest esse in hoc mundo, quod non sic permaneat, ut cœpit. nec enim sol & luna, & astra tunc non erant; aut cum essent, meatus non habebant, aut non diuina moderatio, qua cursus eorum temperat, & gubernat, cum ipsis simul cœperit: Deinde, quod si ita sit, ut dicunt, prouidentiam esse, necesse est. & in id ipsum incidit, quod maxime fugiunt. Non dum enim natis animalibus, aliquis utique prouidit, ut nasceretur; ne orbis terra desertus, atq; in cultus horreret. ut autem de terra sine officio parentum nasci possent, necesse est magna ratione esse prouisum: deinde ut humor ille concretus de terra in varias imagines corporum fingeretur: item vt è folliculis, quibus tegebantur, accepta videndi, sentiendi, ratione, tanquam ex alio matrum profunderentur. Mira, \*inexplicabilisq; prouisio inexcicabilis est. sed putemus id quoque casu accidisse: illa certe, qua sequuntur, fortuita esse non possunt; ut terra continuo lacte manaret; ut aeris tempestes esset aqualis. Quia si constat iherco esse facta, ut animalia recens edita vel haberent alimentum, vel non haberent periculum: necesse est, ut aliquis diuina nescio qua ratione prouiderit, quis autem potest prouidere, nisi Deus? Videamus tamen, an id ipsum, quod dicitur, fieri potuerit: ut homines nascerentur è terra. Si consideret aliquis, quandiu, & quibus modis educetur

tur infans; intelliget profecto, non potuisse terrigenas illos pueros sine ullo educatore nutriti. Fuit enim neceſſe, quia pluribus mensibus iacere proiectos, donec confirmatis nervis mouere ſe, locumq[ue] mutare poſſent. quod vix intra unius anni ſpatium fieri potheſt. Iam, vide utrumque infans eodem modo, & eodem loco, quo eſt effusus, iacere per multos menses valuerit. An non humore illo terra, quod alimenti gratia ministrabat, & ſui corporis purgamentis in unum miſtis obrutus, corruptiusq[ue] moreretur? Itaq[ue] nullo modo ſci poterit, quin ab aliquo fuerit educatus. niſi forte animalia omnia non tenera natuſunt, ſed excreta. quod vt dicerent, nunquam venit illi in mentem. Omnis ergo illa ratio impoſſibilis, & vana eſt: ſi tamen ratio dici potheſt, qua id agitur, vt nulla sit ratio. Qui enim dicit omnia ſua ſponte eſſe natuſa, nihilq[ue] diuina prouidentia tribuit: hic profecto rationem non afferit, ſed euerit. Quod ſi neque quicquam ſci ſine ratione, neque naſci potheſt: appetet diuina eſſe prouidentiam, cuius eſt propriuſ, quod dicitur ratio. Deus igitur rerū omnium machinator fecit hominem. quod Cicero quamuis expers caeleſtium literarum, vidit tamen; qui libro de Legibus primo, hoc idē tradidit, quod prophetæ, cuius verba ſubieci: Hoc animal prouidum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis, & conſilii, que vocamus hominem, praeclara quadam conditione generatum eſſe à ſummo Deo: ſolum eſt enim ex tot animalium generibus, atq[ue] naturis, particeps rationis, & cogitationis, cum cetera ſint omnia expertia. Vidēne hominem quamvis longe à veritatis noritia remotum, tamen, quoniam imaginem sapientiae rubeatur, intellexiffe non niſi à Deo hominem potuisse generari? Sed tamen diuinis opus eſt testimonioſ, ne nimis humana ſufficiant. Sibylla hominē Dei opus eſſe teſtatur:

ὅς μόνος ἐστὶ δέος καλύπτειν τὸν οὐτε ἀρχαντον,

αὐτὸς δὲ εἰπεῖται τύπον μορφῆς μερόπων γίγαντες

ἀυτὸς εἴμαστε φύσιν πάντων γενεῖς βιότοιο.

Eadem sancta litera continent. Deus ergo veri patriſ officio functus eſt. Ipſe corpus effinxit; ipſe animam, qua ſpiramus, infudit. Illius eſt totum, quicquid sumus. Quomodo id fecerit, ſi nos oporteret ſcire, docuſſet, ſicut docuit cetera, qua cognitionem nobis & priuati erroris, & veri luminis attulerunt.

Cum ergo mare ad ſimilitudinem ſuam primum finiſſerit, tum etiam ſexinam configurauit ad ipsius hominis effigiem; vt duo inter ſe permixti ſexus propagare ſobolem poſſent, & omnem terram multitudine oppleare. In ipsius autem hominis fictione, illarum duarum materiarum inter ſe diximus eſſe contraria, ignis, & aqua coniuiſit, perfecitq[ue] rationem. Facto enim corpore, ſpirauit ei animam de vitali ſonte ſpiritus ſui, qui eſt perennis; vt ipsius mundi ex contrariis conſtantib[us] elementis similitudine gereret. Cōſtat enim ex anima, & corpore, id eſt, quaſi ē calo & terra. quandoquidem anima, qua viuimus, velut ē calo oritur à Deo; corpus ē terra, cuius ē limo diximus eſſe formatum. Empedocles, quem neſcias utrumque inter poetas, an inter philosophos numeres, quod de rerum natura verſibus ſcripsit, vt apud Romanos Lucretius, & Varro; quatuor elementa conſtituit, id eſt, Ignem, Aerem, Aquam, & Terram, forteſſe Trismegiftum fecutus, qui noſtra corpora ex his quatuor elementis conſtituta eſſe dixit à Deo. babere namq[ue] in ſe aliiquid ignis, aliiquid aeris, aliiquid aquae, aliiquid terra; & neque ignem eſſe, neque aerem, neque aquam, neque terram, que quidem falſa non ſunt. Nā terra ratio in carne eſt; humoris, in ſanguine; aeris, in ſpiritu; ignis, in calore vitali. Sed neque ſanguis à corpore ſecerni potheſt, ſicut humor à terra, neque calor vitalis à ſpiritu, ſicut ignis ab aere. adeo rerū omnium duo ſola reperiuntur elementa: quorum omnis ratio in noſtri corporis fictione concluſa

conclusa est. Ex rebus igitur diuersis, ac repugnantiibus homino factus est, sicut ipse mūduse x luce, ac tenebris, ex vita, & morte. qua duo inter se pugnare in homine praecepit; si anima superauerit, qua ex Deo oritur, sit immortalis, & in perpetua luce veretur: si autem corpus vicerit animam, ditioniq<sup>z</sup>, subiecerit, sit in tenebris sempiternis, & in morte. Cuius non ea vis est, vt iniustas animas extinguat omnino, sed vt puniat in aeternum. Eam penam, secundam mortem nominamus; qua est & ipsa perpetua, sicut immortalitas. Primam sic definimus: Mors est natura animalium dissolutio. vel ita: Mors est corporis, animae, seductio. Secunda vero sic: Mors est aeterni doloris perpetuo. vel ita: Mors est animarum pro meritis ad eternam supplicia damnatio. Hac mutas pecudes no<sup>n</sup> attingit: quarum animae non ex Deo constantes, sed ex communis aeti, morte soluuntur. In hac igitur societate celi, atque terre, quorum effigies in homine expressa est, superiorum partem vi. n. tenet ea, qua sunt Dei, anima scilicet, \* qua dominium corporis habet: inferiorem autem ea, qua sunt diaboli, corpus utique. quod quia terrenum est; anima debet esse subiecta, sicut terra celo. Est enim\* quasi vasculum, quo tanquam domicilio temporali spiritus celestis utatur. virtusque officia sunt; vt hoc, quod est ex celo, & Deo, imperet; illud vero, & quod ex terra\* est, diabolo seruat. Quod quidem no<sup>n</sup> fugit hominem nequam Sallustium, qui ait: Sed omnis nostra vis in animo, & corpore sita est. animi imperio, corporis seruitio, magis viimur. Recte, si ita vixisset, vt locutus est. Seruuit enim fædissimis voluptatibus, suanq<sup>z</sup> ipse sententiam vita prauitate dissoluit. Quod si anima ignis est, vt ostendimus; in celum debet eniti, sicuti ignis, ne extinguitur. hoc est ad immortalitatem, que in celo est. Et sicut ardere, ac vivere non potest ignis; nisi aliqua pingui materia teneatur, in qua habeat alimentum: sic anima materia, &

cibus est sola iustitia, qua tenetur ad vitam. Post hec Deus hominem, qua exposui ratione generatum, posuit in Paradiso, id est, in horo secundissimo, & amoenissimo: quem in partibus Orientis omni genere ligni, arborumq<sup>z</sup> conservit; vt ex earum varis fructibus aleretur, conse<sup>ns</sup> expersq<sup>z</sup> omnium laborum, Deo patri summa deuotione seruiret. Tum dedit ei certa mandata: quæ si obseruasset, immortalis maneret; si transcedisset, morte afficeretur. Id autem preceptum fuit, vt ex arbore una, qua fuit in medio Paradisi, non gustaret: in qua posuerat intelligentiam boni, & malii. Tum criminator ille inuidens operibus Dei, omnes fallacias, & calliditates suas ad decipiens hominem intendit, vt ei admiraret immortalitatem. Et primo mulierem dolo illexit, vt vetitum cibum sumeret: & per eam ipsi quoque homini persuasit, vt transcederet Dei legem. Percepta igitur scientia boni, & malii, pudore eum nuditatis sua coepit; absconditq<sup>z</sup> se à facie Dei: quod antea non solebat. \* Tum Deus eiecit hominem de Paradiso, sententia in peccatores lata, vi. vi. victum sibi labore conquirerent: ipsumq<sup>z</sup> Paradisum igni circumuallavit: ne homo posset accedere; donec summum iudicium faciat in terra; & iustos viros cultores suos, in eundem locū renocet morte sublata: sicut sacra litera docent. & Sibylla Erythrea, cum dicit:

οὐδὲ τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀεινάργε  
ζῶντες παντομέστι τὸ διάνοιο χρόνον αὐτοῖς  
δικοῦντες παράδεξτον ὄμοιος ἐρεθίλεα κῆπον.

Verum quoniam hac extrema sunt; in extrema operis huius parte tractabimus. Nunc ea, qua prima sunt, explicemus. Mors itaque secura est hominem secundum Dei sententiam: quod etiam Sibylla in carmine suo docet, dicens:

ἀνθρώπον πεπονάσθε θεοῦ παλάμησεν: αὐτοῖς

εὐτέλειαν φέρεις δολίων εἰσὶ μοῖραι αὐτοῖς

Tum deus sen-  
tentia in pec-  
catores lata,  
eiecit hominem  
de paradiso.

vi. n.

τοῦ Σαβάλε γνῶσιν τε λαζεῖν ἀγαδῆ τε κακῆ τε.  
Sic facta hominis vita est temporaria, sed tamē longa, que  
in mille annos propagaretur. quod diuinis literis prodūt,  
et per omnium scientiam publicatum cum Varro nō igno-  
raret; argumentari nixus est, cur putarentur antiqui mil-  
le annos vicitasse. Ait enim, apud Aegyptios pro anni  
mensis haberi, ut non Solis per xii signa circuitus faciat  
annum, sed luna, qua orbem illum signiferum xxx dierum  
spatio illustrat. quod argumentum perspicue falsum est.  
Nemo enim tunc millesimum annum transgressus est.  
Nunc vero qui ad centesimum perueniunt, quod fit sepi-  
simè; mille certe, at ducentis mensibus viuunt. Et auditis  
idonei tradunt, ad cxx annos perueniri solere. Sed quis  
ignorabat Varro, cur, aut quando vita hominis effet dimi-  
nuta; ipse diminuit; cum sciret mille & quadrigenit mensibus  
posse viuere hominem.

Cantù legendum  
hoc caput.

<sup>13</sup> Deus autem postea, cum videret orbem terræ malum,  
& sceleribus oppletum, statuit humanum genus dilatio-  
perdere: sed tamen ad multitudinem reparandam delege-  
vnu, quod corruptis omnibus singulare iustitia supererat  
exemplum. Hic cum sexcentorum esset annorum, fabri-  
cauit arcā, sicut praeceperat ei Deus; in qua cum  
coniuge, ac tribus filiis, totidemque nuribus seruatus est; &  
aqua vniuersos montes altissimos operuisset. Deinde orbe  
siccato, execratus iniustitiam prioris seculi Deus, ne rur-  
sus longitudo vita, causa esset excogitandorum malorum,  
paullatim per singulas progenies diminuit hominiū aetate,  
atque in ceterum & xx annis metā collocauit, quam trans-  
gredi non licet. Ille vero, cum egressus esset ex arca, vi  
sancta litera docent, terram studiose coluisse, atque vincere  
sua manu fecit. Vnde arguuntur, qui auctorem vini Li-  
berum putant. Ille enim non modo Liberum, sed etiam  
Saturnum, atque Vranum multis antecesis etatibus, qua-

ex

115  
ex vinea cum primum fructum cepisset, letus factus, bibit,  
& que ad ebrietatem, iacuit q̄, nudus. Quod cum vidisse,  
vnius ex filiis, cui nomen fuit Cham; non texit patris nudit-  
atem: sed egressus, etiam fratribus indicauit. At ille sum-  
pto pallio, intrauerunt aversis vultibus, patremq; texe-  
runt. Quia tū facta recognouisset pater, abdicavit, atque  
expulit filium. At ille profugus in eius terra parte con-  
fudit, que nunc Arabia nominatur. eaque terra de nomi-  
ne suo Chanaan dicta est; & posteri eius Chanaai. Hec  
fuit prima gens, qua Deum ignorauit; quoniam prin-  
ceps eius, & conditor cultuū Dei à patre non accepit, ma-  
ledictus ab eo. itaque ignorantiam diuinitatis minoribus  
suis reliquit. Ab hac gente proximi quique populi multi-  
tudine increscente fluxerunt. Ipsius autem patris posteri,  
Hebrei dicti; penes quos religio dei resedit. sed & ab his  
postea multiplicato in immensum numero, cum eos angu-  
stiae locorum suorum capere non possent; tum adolescentes  
vel misi à parentibus, vel sua sponte, cum rerū penuria co-  
geret, profugi ad querendas sibi nouas sedes, hic atque il-  
luc dispersi, omnes insulas, et orbem totum replerunt; & à  
stirpe sanctæ radicis auilsi, nouos sibi mores, ac instituta  
pro arbitrio considerunt. Sed omnium primi qui Aegyptū  
occupauerunt; cœlestia suspicere, atque adorare cœperunt.  
Et quia neque domicilijs tegebantur propter aeris qualita-  
tē; \*nec ullis in ea regione nubibus subtexitur celum; cur vi-  
sus siderum, & defectus notauerunt; dum ea sape vene-  
rantes, curiosus, atque liberius intuerentur. Postea dein-  
de portenticas animalium figuræ, quas colerent, com-  
menti sunt, quibusdam prodigijs inducti. quorum mox  
auctores aperiemus. Ceteri autem, qui per terrā dispersi  
fuerunt; admirantes elementa mundi, celum, solem, ter-  
ram, mare, sine ullis imaginibus, ac templis veneraban-  
tur; & his sacrificia in aperto celebrabant; donec processu

temporum potentissimis regibus templo, & simulachra fecerunt; eaq<sub>3</sub> victimis, & odoribus colere instituerunt sic aberrantes à notitia Dei, gentes esse cœperunt. Errant igitur, qui Deorum cultus ab exordio rerum fuisse contendunt, & priorem esse genitilitatem, quam Dei religionem, quam putat posterius inueniam; quia fontem, atq<sub>3</sub> originē veritatis ignorant. Nunc ad principiū mundi reuertamur.

- 14 Cum ergo numerus hominū cœpisset increscere; promdens Deus, ne fraudibus suis Diabolus, cui ab initio terra dederat potestatē, vel corrumperet, vel\* dispergeret homines, \*quos in exordio\* rerū fecerat; misit angelos ad tutelam, cultumq<sub>3</sub> generis humani. quibus quia liberū arbitriū erat datum, præcepit ante omnia, ne terra contagione maculati, substancia cœlestis amitterent dignitatē. scilicet id eos facere prohibuit, quid sciebat esse facturos, vt veniam sperare non possent. Itaq<sub>3</sub> illos cū hominibus commorantes dominator ille terra fallacissimus, cōsuetudine ipsa paulatim ad vitia pellexit, & mulierū congreſibus inquinauit. Tum in cœlum ob peccata, quibus se imminserant, nō recepi, ceciderunt in terram. sic eos Diabolus ex angelis Dei suos fecit satellites, ac ministros. Qui autē sunt ex his procreati; quia neq<sub>3</sub> angeli, neq<sub>3</sub> homines fuerunt, sed media quandam naturam gerentes; non sunt ad inferos recepti, sicut in cœlum parentes eorum. Ita duo genera demonum facta sunt, vnum cœlestē, alterum terrenum. Hi sunt immundi spiritus, malorum, qua geruntur, auctores, quorum idem Diabolus est princeps. Vnde Trismegistus illum δαιμονάρχην vocat. Demonas autem grammatici dictos aiunt, quasi δαιμόνες, id est peritos, ac rerum scios. hos autem putant Deos esse. Sciunt illi quidem futura multa; sed nō omnia; quippe quibus penitus consiliū Dei scire nō licet. et ideo solet rēpōsa in ambiguos exitus tēperare. Eos poēta & scient esse demonas; & loquuntur. Hesiodus ita trudit.

disperderet  
quad  
vi.ii.

οἱ μὲν δαιμones εἰσὶ δίοι μεγάλες διὰ τολεῖς  
ἔθλοι ἐπιχθόνιοι φύλακες θυτῶν αὐθόνων.

Quod iccirco dictum est; quoniam custodes eos humano generi Deus miserat. sed ipsi, cum sint perdite hominem; custodes tamen se videri volunt, vt ipsi colantur, & Deus non colatur. Philosophi quoq<sub>3</sub> de his dixerunt. Nam Plato etiam naturas eorum in symposio exprimere conatus est. Et Socrates esse circa se absidum demona loquebatur; qui sibi puer adhaerisset; cuius arbitrio, & nutu sua vita regeretur. Magorum quoq<sub>3</sub> ars omnis, ac potentia horum aspirationibus constat. à quibus inuocati, visus hominum præstigijs obcācantibus fallunt; vt non videant ea, quæ sunt; & videre se putent illa, quæ non sunt. Hi, vt dico, spiritus contaminati, ac perditū per omnem terram vagantur; et solitiū perditionis sue perdendis hominibus operantur. Itaq<sub>3</sub> omnia insidijs, fraudibus, dolis, erroribus complent. adhuc enim singulis hominibus, & omnes hostiam domos occupant; ac sibi geniorum nomen assunt. sic enim latino sermone demons interpretantur. Hos in suis penetralibus\* consecrant, his quorū die\* profundunt; et<sup>1.</sup> scientes, demons venerantur, quasi terrestres Deos, & quasi depulsores malorum qua ipsi faciunt & irrogant. Qui quoniam sunt spiritus tenues, & incomprehensibiles; insinuant se corporibus hominum; & occulte in visceribus \*operti valetudinem vitiant, morbos citant; somnijs animos terrent; mentes furoribus quatiant; vt homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

Quarum omnium fallaciarum ratio expertibus veritatis obscura est. Prodeſſe enim eos putant, cū nocere definunt; qui nihil aliud possunt, quā nocere. Dicat fortasse aliquis, coledos esse ergo, ne noceant, siquidem possunt nocere. Nocte illi quidē; sed ijs, à quibus timentur; quos manus Dei potens & excelsa non protegit; qui profani sunt &

sacramēto veritatis. Iustos autem, id est cultores Dei metuunt. cuius nomine adiurati, de corporibus excedunt, quorum verbū, tanquam flagis verberati, non modo demona se esse confidentur; sed etiam nomina sua edunt; illa, que in templis adorantur, & quod plerunque coram cultoribus sibi faciunt, non ritique in opprobrium religionis, sed honoris sui. quia nec Deo, per quem adiurantur, nec iustis, quorum vace torquēti, mentiri possunt. Itaque maximis saepe vnlatibus editis, verberari se, & ardere, & iam, tamq; exire proclamat. tantum habet Dei cognitio, ac iustitia potestatis. Cui ergo nocere possunt, nisi ipsi, quos habent in sua potestate? Deniq; affirmat eos Hermes, qui cognoverint Deum, non tantum ab incursionibus demonum tutos esse; verum etiam ne fago quidem teneri. p.la, inquit, εὐσέβη ἐντεῖλαί μοι τὸν πόλεμον τῶν δαιμόνων κακῶν, οὐ τοι μαρτύριον πρατεῖ. Τέλος γένεται τὸν εὐσέβην εἰς παιδίον κακοῦ τὸν δὲ εὐ, τῷ μάρτων εἰς ἀνθρώπων εἰς τὸν εὐσέβην. Quid sit autem εὐσέβης, alio loco his verbis testatur, dicit: οὐ δέ εὐσέβης γνῶστις εἰς τὸν θεόν. Asclepius quoque auditor eius, eandē sententiam latius explicavit in illo sermone imperfecto, quem scripsit ad regem. Vt ergo verò demona esse affinat inimicos, & vexatores hominum: quos ideo Trismegistus ἀγγέλος τονῆρες appellat. adeo nō ignorant ex celestibus depravatos terrenos esse cœpisse.

16 Forum inuenta sunt astrologia, & artificina, et auguratio, & ipsa, qua dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præterea malorum exercent homines vel palam, vel occulte. qua omnia per se falsa sunt; vt Sibylla Erythraea testatur:

ἐπεὶ τλέντα τάδε εἰν,  
ἄπειροις ἀνδρεσπέριτοι κατέημαστο.

Sed ipse autem præsentia sua faciunt, vt vera esse credantur. Ita hominum credulitatem mentita diuinitate deludunt;

deludunt, quod illi verum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines, & simulachra fingere docuerunt; qui, vt hominum mentes à cultu veri Dei auerterent, et fictos mortuorum regum vultus, & ornatos, exquisita pulchritudine statui, consecrariq; fecerunt; & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi, & ij, quos verū induxerunt re maleficos vulgus appellat, cum artes suas excraviles exercent, verū suis nominibus cident, illis celestibus, qua in literis sanctis leguntur. Hi porro incesti, ac vagi spiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus insfundant; serunt, ac miscent falsa cum verū. Ipsi enim celestes multos esse finxerunt, vnumq; omnium regem Iouem; eo quod multi sunt spiritus angelorum in celo, & unus parent, ac dominus omnium Deus: sed veritatem mentitis nominibus inuolutam ex oculis abstulerūt. Nam Deus (vt principio docui) neque nomine, cum solus sit, egit: neque angeli, cum sint immortales, dici se Deos aut patiuntur, aut volunt. quorum vnum, solumq; officium est seruire nutribus Dei; nec omnino quicquam, nisi iussu facere. Sic iussum enim mundum regi à Deo dicimus, vt à rectore prouinciam, cuius apparitores nemo socios esse in regenda prouincia dixerit; quamvis illorum ministerio res gerantur. Et gerantur tamen possunt aliquid præter iussa rectori, per ipsius ignorantiam, qua est conditionis humanae. ille autem præses mundi, & rector vniuersi, qui si: omnia; cuius diuinis oculis nihil septum est: solus habet rerum omnium cum filio suo potestatem: nec est in angelis quicquam, nisi parendi necessitas. Itaque nullum sibi honorem tribui volunt; quorum omnis honor in Deo est. Illi autem, qui desciuerunt à Dei ministerio, quia sunt veritatis inimici, et prævaricatores Dei, nomen sibi, & cultū Deorum vendicare conantur: non quod ullum honorem desiderent (quis enim honor perditiū est?) nec vt Deo noceant, cui noceri non potest; sed

ut hominibus, quos mituntur à cultura, & notitia vera maiestatis auertere, ne immortalitatem adipisci possem, quam ipsi sua nequitia perdiderunt. Offundunt itaque te-nebras, & veritatem caligine obducunt; ne dominum, ne patrem suum norint. & ut illiciant facile in templis se oculunt, & sacrificiis omnibus presto adsumt; eduntq; sepe prodiga, quibus obstupefacti homines, fidem commoden si-mulachris diuinitatis, ac numinis. Inde est, quod ab augure lapis nouacula incisus est; & quod Iuno Veiensis migratē Roni: amī velle respondit; quod Fortuna muliebris periculum denuntiauit; quod Claudia manum natus secuta est; quod in sacrilegos & Iuno nudata, & Locrensis Proserpina, & Ceres Milesia vindicauit; & Hercules de Appio, et Iupiter de Atinio, & Minerua de Cesare. Hinc, quod ser-pens vrbum Romanam pestilentia liberauit Epidaurō accer-situs. Nam illuc dācupoviās x̄ns ipse in figura sua sine vlla disimulatione perductus est. siquidem legati ad eam rem misi, draconem secum mira magnitudinis attulerunt. In oraculis autem vel maxime fallunt, quorū præstigias profani à veritate intelligere non possunt: ideoq; ab illis attri-bui putant & imperia, & victorias, & opes, & eventus prosperos rerum; denique ipsorum nutu sape rem publicam periculis imminentibus liberatam. quæ pericula & respon-sis denuntiauerunt, & sacrificiis placari, auerterunt. Sed omnia ista fallacie sunt. Nam cum dispositiones Dei pre-sentiant, quippe qui ministri eius fuerunt: interponunt se in his rebus, vt quæcumque à Deo vel facta sunt, vel sunt, ipsi potissimum facere, aut fecisse videātur. & quoties ali-cui populo, vel vrbi secundum Dei statum boni quid impen-det: illi se id facturos vel prodigiis, vel somniis, vel oraculo-pollicentur, si sibi templa, si honores, si sacrificia tribuan-tur. quibus datis, cū illud acciderit, quod necesse est, sum-mam sibi pariunt venerationem. Hinc tēmpla deuouēnt,

& nouæ imagines consecrātur, mactantur greges hostia-rum. Sed cam hæc facta sunt: nihil minus tamen & vita, & salus eorum, qui hæc fecerint, immolātur. Quoties au-reum pericula impendit; ob aliquam se ineptam, & leuem causam profitetur iratos: sicut Iuno Varroni, quod formo-sum puerum in templo Iouis ad \* excubias tenendas collo-carat: & ob hanc causam Romanum nomen apud Can-nas pene deleatum est. Quod si Iuno alterum Ganymedem exuuias verebatur: cur iunctus Romana luit poenas? Vel si dī tan-tummodo duces curant, ceteram multitudinem negli-gunt: cur Varro solus euasit, qui hoc fecit? & Paulus, qui nihil meruit, occisus est? Videlicet nil tunc Romanis accidit satis Iunonis iniqua; cum Annibal duos exercitus populi Romani & astu, & virtute conseruit. Nam Iuno audere non poterat aut Carthaginem defendere, ubi arma-eius, & currus fuit; aut Romanis nocere, quia

progeniem Troiano à sanguine duci

Audierat, Tyrias olim qua verteret arces.

Sed illorum sunt isti lusi: qui sub nominibus mortuorum delitescentes, viuentibus plagas tendunt. itaque siue illud periculum, quod imminet, vitari potest; videri volunt id placati auertisse: siue non potest; id agunt, vt propter illo-rum contemptum accidisse videatur. ita sibi apud homi-nes, qui eos nesciunt, auctoritatem, ac timorem pariunt. Hac versutia, & his artibus notitiam veri, ac singularis Dei apud omnes gentes inueterauerunt. Suis enim vitijs perditis, seuiunt, & crassantur, vt perendant. Iccirco etiam humanas hostias excogitauerunt ipsi hostes humani ge-neris, vt quam multas deuorarent animas.

Dicit aliquis, Cur ergo Deus hæc fieri patitur? nec tam malis succurrit erroribus? Vt mala cū bonus pugnant, vt vi-tia sint aduersa virtutibus, vt habeat alios, quos puniat; alios, quos honoret. Ultimis enim temporibus statuit de viuis

ac mortuis iudicare: de quo iudicio mihi erit in ultimo libro disputatio. Differt ergo, donec veniat temporum finis; quo effundat ira suam in potestate, ac virtute celesti, sicut Vatum predicta priorum terribili monitu horrificat. Nam autem patitur homines errare, et aduersum se quoque impios esse, ipse iustus, & mitis, & patientis. Nec enim fieri potest, ut non sit, in quo perfecta sit virtus, sit etiam perfecta patientia. Unde quidam putant, ne irasci quidem Deum omnino; quod affectibus, qui sunt perturbationes animi, subtilius non sit: quia fragile est omne animal, quod afficitur, & commouetur. Quae persuasio veritatē, atque religionē funditus tollit. Sed seponatur interim locus hic nobis de ira Dei differendi; quod & vberior est materia, & opere proprio latius exequenda. Illos ergo nequissimos spiritus quisquis veneratus fuerit, et secutus; nec celo, nec luce poterit; quae sunt Dei: sed in illa decidet, quae in distributione rerū attributa esse ipsi malorum principi disputauimus, in tenebris scilicet, & inferos, & in supplicium sempiternū. Dicunt, religiones Deorū triplici ratione vanas esse: una, quod in simulacro ipsa, quae coluntur, effigies sint hominum mortuorum: \*est autem peruersum, & incongruens, vt simulachrum hominis à simulacro Dei colatur, colit enim quod est deterius, & imbecillus, tum inexpiabile facinus esse, deserere viuentē, vt defunctorū monumentis seruatis; qui nec vitam, nec lucē dare cniquam possunt, qua ipsi carent. nec esse alium quenquam Deum, prater unum, cuius iudicio, ac potestati omnis anima subiecta sit. Altera, quod ipse imagines sacrae, quibus inanissimi homines seruunt, omni sensu carent, quoniam terra sunt. Quis autem non intelligat, nescias esse rectum animal curuari, vt adoret terrā? quae in circulo pedibus nostris subiecta est, vt calcanda uobis, non adoranda sit: qui sumus ideo excitati, ex eo statimq; sublimē prater ceteras animantes accepimus; vt non reueluamur deorsum ea. vi. n.

deorsum: ne hunc celestem vultum proieciamus ad terrā; sed oculos ed dirigamus, quod illos naturā sua conditio direxit, nihilq; aliud adoremus, nihil colamus, nisi solū ar-folius risticis, parentisq; nostri uiuū numen, qui propterea hominem rigidum figurauit, vt sciamus nos ad supernā, & celestia prouocari. Tertia, quod spiritus, qui præsent ipfis religionibus, condemnati, & abiecti à Deo, per terrā voluntentur, qui non tantum nihil præstare cultoribus suis posseunt, quoniam rerum potestas penes unum est: verum etiam mortiferis eos illecebros, et erroribus perdant; quoniam hoc illis quotidianum est opus, tenebras hominibus obducere, ne queratur ab illis verus Deus. Non igitur colendi sunt; quia sententia Dei subiacent. Est enim piaculum maximum, addicere se potest ati corum, quibus, si iustitiam sequare, potenter esse possit, & eos adiuratione diuini nominis expellere, ac fugare. Quod si appetet, religiones istas tot modis esse vanas, quibus docui: manifestum est, eos, qui vel mortuis supplicant, vel terram venerantur, vel spiritibus impuris animas suas mancipant; rationem hominum non tenere; eosq; impietatis, ac sceleris sui supplicia pensuros, qui rebelles aduersus parentem generis humani Deum, suscep-  
tris inexpiabilibus sacris fas omne violarunt.

Quicunque igitur sacramentum hominis tueri; ratio- 18  
nēq; naturā sua nictur obtinere: ipse se ab humo suscitet; erecta mente oculos suos tendat in calū; non sub pedibus querat Deum; nec à vestigiis suis eruat, quod adores (quia quicquid homini subiacet, infra hominem sit, necesse est) sed querat in sublimi, querat in summo. quia nihil potest homine maius esse, nisi quod fuerit supra hominem; Deus autem maior est homine; supra ergo, non infra est. nec in ima potius, sed in summa regione querendus est. Quare non est dubium, quin religio nulla sit, ubi cunq; simulachrum est. Nam si religio ex diuinis rebus est; diuini autem nihil

nihil est, nisi in cœlestibus rebus: carent ergo religione simulachra. quia nihil potest esse cœlestē in eare, qua sit extera. Quicquid enim simulatur, id falsum sit, necesse est, ne potest vñquam veri nomen accipere, quod veritatē fuso, & imitatore mentitur. Si autem omnis imitatio, non respectissimum seria, sed quasi ludus, ac iocus est: non religio in simulachris, sed minus religionis est. Preferendū est igitur verum omnibus falsis, calcanda terrena, vt cœlestia consequamur. Ita enim res se habet, vt quisquis anima suam, cuius origo de celo est, ad inferna, & ima prostrauerit, et cadat, quod se ipse diecerit. ideoq; oportet rationis, ac statutū sui memore, nō nisi ad superna viti semper, ac tendere, quod qui fecerit; hic plane sapiens, hic iustus, hic homo, hic  
denique. v.n.

\* Deo, caloq;, dignus iudicabitur. quē suis parens nō humilem, nec ad terram more quadrupedum abiectum, sed statum potius, ac rectum, sicut cum fecit, agnouerit.  
19 Peracta est igitur (ni fallor) magna & difficilis suscepī operis porīo: & maiestate cœlesti suggestente nobis dicendi facultatē, inueteratos depulimus errores. Nūc vero maior nobis, ac difficilior cum philosophis proposita luctatio est. quorum summa doctrina, & eloquentia, quasi moles aliqua mihi opponitur. Nam vt illic multitudine, ac prope consensu omnium gentium veritas premebat, ita hic auctoritate præstantium omni genere laudis virorum. Quis autē nesciat, plus esse momenti in paucioribus doctis, quam in pluribus imperitis? Sed non est desperandum, istos quoq; de sentētia, Deo, ac veritate ducibus, posse depelli. nec tam pertinaces fore arbitror, vt clarissimum solem sanis, ac patientibus oculis videre se negent. Modo illud verum sit, quod ipsi solent profiteri, studio inuestiganda veritatis se teneat: efficiam profecto, vt que sit am veritatem du & aliquando inuentam esse credant; & humanis ingenii mucinis non possisse, fateamur.

## L. COELII LACTANTII

FIRMIANI, DIVINARVM

INSTITUTIONVM

LIBER III.

## De falsa sapientia.

V EILLE M mihi, quando veritas in obscuro latere adhuc existimatur, vel errore, atque impertitia vulgi, variis & ineptis superstitionibus seruientis; vel philosophis prauitate ingeniorū turbantibus eam potius, quam illustrantibus;

etsi non qualis in M. T. fuit; quia precipua, & admirabili fuit: aliquam tamen proximam eloquentia contingere facultatem: vt quantum veritas vi sua propria valeat, tantum ingenij quoque viribus nixa, exereret se aliquando; & discussis, coniunctisq; tam publicis, quam eorum, qui sapientes putantur, erroribus, humano generi clarissimum lumen inferret. Quod quidem duabus ex causis fieri vellem; vel quod magis possent credere homines ornata veritati, qui etiam mendacio credunt, capti orationis ornatu, lenocinioq; verborum; vel certe, vt ipsi philosophi suis armis potissimum, quibus placere sibi, & confidere solent, opprimenterunt à nobis. Sed quoniam Deus hanc voluit rei esse natūram, vt simplex, & nuda veritas, esset luculentior; quia satris ornata per se est; ideoq; ornamenti extrinsecus additūs fucata, corruptitur, mendacium vero specie placet aliena; quia per se corruptum vanescit, ac defluit, nisi aliunde\* or- diffinitur. v.n. cessum. Verum ego non eloquentia, sed veritatis fiducia suscepī hoc opus, fortasse maius, quam vt possit meis viribus sustineri: quod tamen, etiā si ego defecerim, Deo, cuius est

est hoc munus, adiuuante veritate ipsa complebit. Etenim cum sciam maximos quoque oratores a causidicis mediocribus sepe victos; quod tanta est potentia veritatis, ut seipsum, quamvis in rebus exiguis, sua claritate defendat: cur hanc ego in maxima causa ab ingeniosis quidem illis, ac disertis viris, sed tamen falsa dicentibus oppressum iri putem? ac non illa, si minus oratione nostra, qua de tenue fonte admodum excelsi emanat, lumine tamē suo clara, & illustris appareat? Nec si philosophi doctrina literarum mirabiles extiterunt: ego etiam illis scientiam veri, cognitionemque concesserim. quam nemo cogitando, aut disputando assequi potest. Neque ego nunc reprehendo eorum studium, qui veritatem scire voluerunt; quia naturam hominis Deus veri adipiscendi cupient: isimā fecit: sed id arguo, id reuinco; quod honestam illorum & optimam voluntatem non sit secutus effectus; quia neque, quid esset verum ipsum, sicutabant, neque quomodo, aut ubi, aut qua mēte querendum. Ita dum succurrere humanis erroribus cupiunt; ipsi semper plagar, & errores maximos inducerunt. Ad hoc igitur me opus coarguendi philosophiam, suscepta materie ordo ipse deduxit. Nam cum error omnis aut ex religione falsa oriatur, aut ex sapientia: in eo conuincendo necesse est utrumque subuertere. Cum enim sit nobis diuinis literis traditum, cogitationes\* philosophorum stultas esse: id ipsum re, & argumentū docendum est: ne quis honesto sapientia nomine inductus, aut inanis eloquentia splendore deceptus, humanis malit quamdiu credere. que quidem tradita sunt breviter, ac nude. nec enim decebat aliter: ut cum Deus ad hominem loqueretur, argumentis afferere suis voces, tanquam fides ei non haberetur: sed, ut operuit, est locutus, quasi rerum omnium maximus index, cuius est non argumentari, sed pronuntiare verum. Ipse ut Deus. nos autem, cum ad res singulæ testimonia diuina

vocis habeamus: profecto monstrauimus, quanto certioribus argumentis possint vera defendi; cum etiam falsa sic defendantur, ut vera soleant videri. Quare non est, quod philosophi tantum honoris habeamus; aut eorum eloquentiam pertimescamus. Loqui enim bene potuerunt, ut homines erudit; vere autem loqui nullo modo; quia veritatem non didicerant ab eo, qui eius potens esset. Nec sane magnum aliquid efficiemus; quod illos ignorantia redarguemus. quam ipsi saepissime confitentur in eo solo, quoniam eis non creditur, in quo solo credi debuit. conabor ostendere nunquam illos tam veridicos fuisse; quam cum sententiam in se de sua ignoratione dixerunt.

Nunc quoniam duobus superioribus libris religionū falsitas demonstrata est, nec non origo ipsa totius erroris exposita: huius munus est philosophiam quoque ostendere, quam inanis, et falsa sit; ut omni errore sublato, veritas patescat clarescat. Ordiamur itaque a communī philosophia nomine, ut ipso capite destructo, facilitor nobis aditus pateat ad excindendum omne corpus: si tamē potest corpus vocari, cuius partes, ac membra discordent; nec vlla cōpage inter se cohāret; sed quasi disiecta, & dissipata, palpitate potius quam viuere videantur. Philosophia est ( ut nomen indicat, ipsi, qui definunt) studium sapientiae. Vnde 2 igitur probem magis philosophiam non esse sapientiam, quam ex ipsis nominis significatione? Qui enim sapientia studet; utique non dum sapit; sed, ut sapere posset, studet. In ceteris artibus, studium quid efficiat, & quid iudicat, apparet. quas cum discendo aliquis assecutus est; iam non studiosus artificij, sed artifex nominatur. At enim verecundia causa studiosos se sapientia, non sapientes vocauerunt. Immo vero Pythagoras, qui hoc primus nomen inuenit; cum paulo plus saperet, quam illi priores, qui se sapientes putauerūt; intellectus, nullo humano studio posse ad sapien-

sapientiam perueniri; & ideo non oportere incomprehensa, atque imperfecta rei perfectum nomen imponi. Itaque <sup>vi. n.</sup> ab eo quereretur, quemna se profiteretur, respondit, philosophus, id est, quasitorem sapientia. Si ergo philosophia sapientia querit: nec ipsa sapientia est; quia necesse est aliud esse, quod querit; aliud, quod queritur: nec questio ipsa recta est; quia nihil potest inuenire. Ergo vero ne studio si quidem sapientia philosophos esse cocesserim, quia illo studio ad sapientiam non peruenitur. Nam si facultas inuenienda veritatis huic studio subiacet, & si esset id studium tanquam iter ad sapientiam, aliquando esset inuenta. Cum vero tot temporibus, tot ingenis in eius inquisitione contritis, non sit comprehensa: apparet, nullam esse ibi sapientiam. Non ergo sapientia student, qui philosophantur: sed ipsi studere se putant: quia illud, quod querunt, vbi, aut quale sit, nesciunt. Siue ergo sapientia student, siue non student, sapientes non sunt. quia nunquam reperiri potest, quod aut non recte queritur, aut omnino non queritur. Videamus tamē id ipsum, posse ne hoc studio reperiūt aliquid, an nihil.

<sup>3</sup> Duabus rebus videtur philosophia constare; scientia, & opinione; nec vlla alia re. Scientia ab ingenio venire non potest, nec cogitatione comprehendit, quia in seipso habere propriam scientiam, nō hominis, sed Dei est. Mortalis autē natura non capit scientiam, nisi qua veniat extrinsecus. Iccirco enim oculos, & aures, & ceteros sensus patefecit in corpore diuina solertia, ut per eos aditus scientia perueniret ad mentem. Nam causas naturalium rerum disquirere, aut scire velle: Sol vtrum ne tantus, quantum videtur, an multis partibus maior sit, quam omnis hac terra: item, Luna globosa sit, an concava: et stelle vtrum ne cohobarent celo, an per aërem libero cursu ferantur: calum ipsum qua magnitudine, qua materia constet; vtrum quietum sit,

adhucant

m

\*an mobile; an incredibili celeritate volvatur: quanta sit <sup>& immobile</sup> terra crastudo; aut quibus fundamentis librata, & suspenfa sit. Hac inquam disputando, & conjecturis velle comprehendere; tale est profecto; quale si differre velimus, qualem esse arbitramur cuiuspiam remotissima gentis urbem, quam nunquam vidimus, culusq; nihil aliud, quam nomen, audiuiimus. Si nobis in ea re scientia vendicemus, qua non potest sciri: non ne insanire videamur, qui id affirmare audeamus, in quo renunci possimus? Quanto magis, qui naturalia, qua sciri ab homine non possunt, scire se putant: furiosi, dementesq; sumi iudicandi. Recte ergo Socrates, et eum secuti Academicī scientiā sustulerunt, qua non disputantis, sed diuinatis est. Supereft, vt opinatio in philosophia sola sit. Nam vnde abest scientia; id totum possidet opinatio. Id enim opinatur quisque, quod nescit. Illi autē, qui de rebus naturalibus disputant; opinantur ita esse, vt disputant. Nesciunt igitur veritatem: quoniam scientia, certi est opinatio, incerti. Redeamus ad illud superius exemplum. Age, opinemur de statu, & qualitate vrbis illius, qua nobis rebus omnibus præter nomen ignota est. Verisimile est, in plano sitam lapideis mænibus, adificijs sublimibus, vījs pluribus, magnificis, ornatisq; delubris. Describamus, si placet, mores, habitumq; ciuium. Sed cum hac dixerimus; alias contraria disputabit, & cum hic quoque perorauerit, surget et tertius, & alij deinceps et opinabuntur multo disparia, quam nos sumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus certius? fortasse nihil. At omnia sunt dicta, qua in rerum natura cadunt; vt necesse sit aliiquid eorum esse verum. At nescietur, quis verum dixerit. Poteſt fieri, vt omnes ex parte aliqua errauerint; ex parte attigerint veritatem. Stulti ergo sumus, si hoc disputatione queramus, potest enim superuenire aliquis, qui opiniones nostras derideat, nosq; pro insanis habeat, qui velimus id, <sup>quod</sup>

quod nescimus, quale sit opinari. Verum non opus est longe posita conquirere: unde nemo fortasse veniat, qui nos redarguat. Age, opinemur, quid nunc in foro geratur, quid in curia. longū est id quoq; dicamus, interposito uno parietu quid fiat: nemo potest id scire, nisi qui audinerit, aut videbit. Nullus enim audet id dicere: quia statim non verbi, sed re ipsa presenti refutabitur. At qui hoc idem faciunt philosophi, qui disputant, in celo quid agatur. sed eo se id impune facere arbitrantur, quia nullus existit, qui erroris eorum coarguat. Quod si existimarent de sensu rerum esse aliquem, qui eos delirare, ac mentiri doceret: nunquam quicquam de ijs rebus, quas scire non possunt, disputarent. Nutamen ideo felicior putanda est eorum impudentia, & audacia, quia non redarguntur. redargunt enim Deus; cui conticere soli veritas nota est: licet \* conniuere videatur: eamq; ha minimum sapientiam pro summa stultitia computat.

- 4 Recte igitur Zeno, ac Stoici opinionem repudiarunt. Opinari enim te scire, quod nescias; non est sapientis, sed temerarij p̄tius, ac stulti. Ergo si neg. sciri quicquam potest (vt Socrates docuit) nec opinari oportet (vt Zeno) tota philosophia sublata est. Quid, quod nō tantū ab his duobus euertitur, qui philosophia principes fuerunt, sed ab omnibus? vi iam videatur, iampridē suis armis esse cōsecta. In multas sectas philosophia diuisa est: & omnes varia sentiunt. In qua ponimus veritatem? in omnibus certe non potest. Designemus quamlibet. nempe in ceteris omnibus sapientia non erit. Transeamus ad singulas. eodē modo, quā quid vni dabimus; ceterū auferemus. Vnaqueq; enim secta omnes alias euertit, vt se, suaq; confirmet: nec vlt aliter sapere concedit; ne se despere fateatur. sed sicut alia tollit; sic ipsa quoq; ab alijs tollitur omnibus. Nihilo minus enim philosophi sunt, qui ea stultitia accusant. Quācunq; laudauerit, veraq; dixerit; à philosophis vituperatur, vt sa-

sa. Credemus ne igitur vni sē fā suamq; doctrinam laudant; an multis vnius alterius ignorantiam culpantibus? Redius sit necesse est, quod plurimi sentiūt, quām quod vnu. Nemo enim potest de se recte iudicare. quād nobilis poēta testatur. Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium; vt aliena melius videant, & dijudicent, quām sua. Cum igitur omnia incerta sint; aut omnibus credendū est, aut nemini. si nemini: sapientes ergo non sunt: quia singuli diuersa affirmantes, sapientes esse sē putāt. si omnibus eque non sunt sapientes: quia singuli ab omnibus: esse negātur sapientes. Pereant igitur vniuersi hoc modo; et tanquam Spartiatæ illi poētarū, sic sē inuicē iugulant; vt nemo ex omnibus restet. quod eo fit; quia gladium habent, scutum non habent. Si ergo singula secta multarum sectarum iudicio stultitia coniunctur: omnes igitur vana, atque imanes reperiuntur. ita seipsum philosophia consumit, & conficit. Quod cum intelligeret Arcesilaus Academia conditor; reprehensiones omnium inter se collegit, confessio nemq; ignorantia clarorum philosophorū; armavitq; se aduersus omnes. ita constituit nouam non philosophandi philosophiam. Eo igitur auctore duo philosophiae genera esse cōperunt: Vnum, illud virtus; quod scientiam sibi vendicat: Alterum, nouum repugnans; quod eam distrahit. In his duobus generibus video dis̄sidium, & quasi civile bellum. Sapientiam, quā distrahi non potest; in qua parte ponemus? Si natura rerum sciri potest; bac tironum caterna interibit: si non potest; veterani conscientur si parēs fuerint; nihil minus peribit dux omnium philosophiaz quia distracta est. nihil enim potest sine interitu sibi esse contrarium. Si autē (vt docui) nulla potest esse in homine interna, & propria scientia ob fragilitatem conditionis humanae: Arcesilaus manu vicit. Sed ne ipsa quidem stabit, quia non potest omnino nihil sciri.

Sunt enim multa, quae natura ipsa nos scire & vissus fit  
quens, & vita necessitas cogit. Itaq; pereundum est, nisi  
scias; quae ad vitā sunt vtilia, vt appetas; quae periculosa, ni  
fugias, & vites. Præterea multa sunt, quae vissus inueni.  
Nam solis, ac luna varijs cursus, & meatus siderum, &  
ratio temporum deprehensa est; & natura corporū à me-  
dicis, herbarumq; vires, & ab agricolis natura terrarum,  
nec non imbrium futurorum, ac tempestatum signa colle-  
cta sunt. Nulla deniq; ars est, quae non scientia costet. De-  
buit ergo Arcessilas, siquid saperet, distinguere, que sciri  
possent, queve nesciri. Sed si id fecisset; ipse se in populū  
redegisset. Nam vulgus interdum plus sapit: quia tātum,  
quantum opus est, sapit. A quo si queras, virum sciat ali-  
quid, an nihil; dicet se scire, quae sciat; fatebitur se nescire,  
quae nesciat. Ræcle ergo aliorū sustulit disciplinas; sed non  
recte fundauit suā. Ignoratio enim rerū omnīū nō potest  
esse sapientia. cuius est scire proprium. Ita cum philosophos  
expugnauerit; ac docuerit, eos nihil scire; ipse quoque no-  
men philosophi perdidit: quia doctrina eius est, nihil scire.  
Nam qui alios reprehendit, quod nesciant; ipse de-  
bet sciens esse. cum autem nihil sciat; qua peruersitas, qua  
ve insolentia est, ob id ipsum se philosophum constitueret,  
proper quod ceteros tollat? Possunt enim sic respondere.  
Si nihil nos scire conuiceris; et ideo non esse sapientes, quia  
nihil sciamus: ergo ne tu quidem es sapiens: quia te quoq;  
confiteris nihil scire. Quid ergo promouit Arcessilas; nisi  
quod confessis omnibus philosophis, seipsum quoque eo-  
dem mucrone transfixit?

<sup>6</sup> Nusquam ne igitur sapientia est? Inimo vero inter philosophos fuit: sed nemo vidit. Alij putauerunt, sciri posse  
omnia. hi sapientes vtriq; non fuerunt. Alij nihil. ne hi quidē sapientes fuerunt. illi, quia plus homini dederunt: hi,  
quia minus. vtriq; in vtriq; partē modus defuit. Vbi ergo  
sapientia

sapientia est? Ut neg; te omnia scire putas; quod Dei est:  
neg; omnia nescire: quod pecudis. Est enim aliquid mediū,  
quod sit hominis, id est scientia cum ignoratione coniun-  
cta, & temperata. Scientia in nobis ab anima est; quae ori-  
tur è celo: ignoratio à corpore: quod est è terra. vnde nobis  
& cum Deo, & cum animalibus est aliqua communitas.  
Ita quoniaam ex his duobus constamus elementis; quorum  
alterum luce præditum est, alterū tenebris: pars nobis data  
est scientia, pars ignoratio. per hunc quasi pontem transi-  
re sine periculo licet. nam illi omnes, qui se in alte-  
ram partem inclinauerunt; aut dextro, aut sinistro rursus  
cediderunt. vtrq; autem pars quomodo errauerit, dicam.  
Academici contra physicos ex rebus obscuris argumentari  
sunt, nullam esse scientiam; & exemplis paucarum rērum  
& incomprehensibilium contenti, amplexi sunt ignoran-  
tiā; tanquam scientiam totam sustulissent, quia in parte  
sustulerant. Physici contra ex ijs, quae aperta sunt, argu-  
mentū trahebant, omnia sciri posse; contenti q; perspicui,  
retinebant scientiā; tanquam totam defendissem, quia ex  
parte defenderant. itaq; neg; hi clara, neg; illi obscura vi-  
derunt: sed viri q; dum solam scientiam consertis manibus  
vel retinenter, vel eripiunt, non viderunt, in medio constituta-  
m fore, que illos ad sapientiam trasmitteret. Verū Arce-  
silas ignorantia magister, cū Zenoni obtrectaret principiū  
Stoicorum; vt totam philosophiam euerteret (auctore So-  
crate) suscepit hanc sententiā, vt affirmaret nihil sciri pos-  
se. Itaq; coarguit estimationem philosophorum, qui putau-  
sent ingenij suis eritā esse, atque inuentam veritatē. vi-  
delicit, quia mortalis fuerat illa sapientia; pauci q; ante tē  
poribus institutis, ad summum iā incrementū peruerterat,  
vt iam necessario consenseret, ac periret: repente exituit  
academia tanquam senectus philosophia, quae illam con-  
siceret iam deforescentem. Ræcle q; vidit Arcessilas, arro-  
gantes,

gantes, vel potius stultos esse, qui putent, scientiam veritatis coniectura posse comprehendere. Sed tamen falsi dicenti redarguere non potest, nisi qui scierit ante, quid sit verum, quod Arcesilas veritate non cognita facere conatus, introduxit genus philosophia etruscorum; quod Latine instabile, siue inconstans possumus dicere. Ut enim, nihil sciri posse, sciendum sit; aliquid sciri, necesse est. Nam si omnino nihil scias, id ipsum, nihil sciri posse, tolletur. Itaque qui relut sententia loco pronuntiat, nihil sciri, tanquam praeceptum profiteretur, & cognitum, ergo aliquid sciri potest. Hunc simile est illud, quod in scholis proposi solet in alysati generis exemplum; somnia esse quendam, ne somniis cederet. Si enim crediderit, tum sequitur, ut credendum non sit. Si autem non crediderit, tunc sequitur, ut credendum sit. Ita si nihil sciri potest, necesse est, id ipsum sciri, quod nihil sciat. Si autem scitur, posse nihil sciri: falsum est ergo, quod dicitur, nihil posse sciri. Sic inducitur dogma sibi ipsi repugnans, sed dissoluens. Sed homo versatus, ceteris philosophis volunt scientiam eripere, ut eam domi absconderet. nam sibi illa profectio non adimit, qui aliquid affirmat, ut ceteris adimit: sed nihil agit. apparet enim, ac furtum suum prodit. Quanto faceret sapientius, ac verius, si exceptione facta, dicere, causas, rationesque, duntaxat rerum caelestium, seu naturam, quia sunt abditae, nesciri posse, quia nullus doceat; nec quari oportere, quia inueniri querendo non possunt. Quia exceptione interposita, & Physicos admonisset, ne quererent ea, quae modum excederent cogitationis humanae; & seipsum calumniae inuidia liberasset; & nobis certe dedisset aliquid, quod sequeremur. Nunc autem cum ab his sequendis nos retraxerit, ne velimus plus scire, quam possumus: non minus a se quoque ipso retraxit. Quis enim vult laborare, ne quicquam sciat? aut eiusmodi suscipere doctrinam, ut etiam communem scientiam perdat? Quia si

dolitima

doctrina est, scientia constet, necesse est: si non est, quis tam stultus est, ut discendum id putet, in quo aut nihil discitur, aut omnino dediscitur? Quare si neque omnia sciri possunt, quod physici putauerunt; neque nihil, quod academici: philosophia omnis extincta est.

Transeamus nunc ad alteram philosophie partem; quam ipsi moralem vocant; in qua totius philosophia ratio continetur. siquidem in illa physica sola oblectatio est, in hac etiam realitas. Et quoniam in disponendo vita statu, formandisque moribus, periculo maiori peccatur: maiorem diligentiam necesse est adhiberi; ut sciamus, quomodo nos oporteat vivere. Illic enim potest venia concedi. quia siue aliquid dicunt, nihil profundunt, siue delirant, nihil nocent. Hic vero nullus disilio, nullus errori est locus, omnes vnum sentire oportet, ipsamque philosophiam uno quasi ore praecipere. quia siquid fuerit erratum; vita omnis evertitur. In illa priori parte ut periculi minus, ita plus difficultatis est; quod obscura rerum ratio cogit diuersa, & varia sentire. Hic ut periculi plus, ita minus difficultatis; quod ipse rursus rerum, & quotidiana experientia possunt docere, quid sit verius, & melius. Videamus ergo, virrum ne consentiant, aut quid nobis afferant, quo rectius vita degatur. Non necesse est omnia circuire: vnum eligamus, ac potissimum; quod est summum, ac principale; in quo totius sapientiae cardo versatur. Epicurus summum bonum in voluptate animi esse censeret: Aristippus in voluptate corporis. Calliphon, et Dinomachus Cyrenaici, honestatem cum voluptate iunxerunt. Diodorus in priuatione doloris summum bonum posuit: Hieronymus in non dolendo: Peripateticci autem in bonis animi, & corporis, & fortuna. Helli summum bonum est scientia: Zenonis, cum natura congruerter vivere: quorundam Stoicorum, virtutem sequi. Aristotleles in honestate, ac virtute summum bonum collocauit,

Hæ sunt fere omnium sententia. In tanta diuersitate quæ sequimur: cui credimus? Par est in omnibus auctoritatis. Si eligere possumus, quod est melius; iam non est philosophia nobis necessaria; quia sapientes iam sumus, qui de sapientia sententius iudicemus. Cum vero discende sapientia cana veniamus; qui possumus iudicare, qui nondum sapere caperimus? maxime cum præsto aſſit academicus, qui nos pallio retrahat, ac vetet cuiquam credere; nec tamen affectat ipſe, quod sequamur.

Erigitoribus  
e.n.

8 Quid ergo supereſt; niſi ut omiſſis litigationibus furor, ac pertinacibus, veniamus ad iudicē illum, ſcilicet datorem ſimplicis, & quietæ sapientiae? qui non tamum ſumare nos, ac inducere in viam poſit, verum etiam de contrauerſis iſtorum ferre ſententiam. \* Hic nos docet, quid ſit hominiū verum, ac ſummum bonum. de quo prius quam dicere incipio, illa omnes ſententia ſunt refellenda; ut appareat, neminem illorum fuiffe ſapientem. Cum de officio hominiū agatur, oportet ſummum ſummi animalis bonum in eo conſtitui, quod commune cum ceteris animalibus eſſe non poſit. Sed ut feris dentes, armentis cornua, volucribus penna, propria ſunt: ſic homini aliiquid ſuum debet adſcribi, ſine quo rationem ſue conditionis amittat. Nā quod viuendi, aut generandi cauſa datum eſt omnibus; eſt quidē bonum naturale, ſummi tamen non eſt; niſi quod eſt uniuersi generi proprium. Sapiens ergo non fuit, qui ſummum bonum creditit animi voluptatem. quoniam illa ſue ſecuritas, ſue gaudium eſt, communis eſt omnibus. Antiqui ne respondendum quidē duco; quem in corporis ſemper voluptates ruentem, nihilq; aliud quām ventri, & ventri ſeruientem, nemini dubium eſt, hominem non fuisse. ſic enim vixit, ut nihil inter eum, pecudemq; distaret, niſi vnum, quod loquebatur. Quid si aſino, aut cani, aut ſuſi facultas loquendi tribuatur, quaraſq; ab hiſ, quid ſibi re-

lit, cum ſœminas tam rabide conſectantur, ut vix diuelliqueant, cibos etiam, potumq; negligent; cur aut alios mares violenter abigant, aut ne victi quidem abſitant; ſed à fortioribus ſepe contriti, eo magis inſectentur; cur nec imbræ, nec frigora pertimeſcant; laborem ſuſcipiant; periculum non recuſent: Quid aliud reſpondebunt, niſi ſummuſum bonum eſſe corporis voluptatem: eam ſe appetere, ut afficiantur ſuauissimis ſenſibus; eosq; eſſe tanti, ut aſſequendorum cauſa, nec laborem ſibi vllum, nec vulnera, nec mortem ipsam recuſandam putent. Ab hiſ ne igitur precepta viuendi petemus, qui hoc idem ſentiunt, quod animaſationis expertes? Aiuunt Cyrenaici, virtutem ipsam ex eo eſſe laudandam, quod ſit efficiens voluptatis. Verum inquit obſcenus canis, aut ſus ille lutuletus: nam ideo cum aduersario ſumma virium contentione depugno, ut virtus mea pariat mihi voluptatem: cuius expers ſim neceſſe eſt, ſi viuens abſeffero. Ab hiſ ergo ſapere diſcemus, quos à peccatis, ac bellis non ſententia, ſed lingua diſcernit? Priuationem doloris ſummum bonum putare, non plane Peripateticorum, ac Stoicorum, ſed Cynicorum philoſophorū eſt. Quis enim non intelligat, ab agrotis, & in aliquo dolore poſitis eſſe hoc diſputatum? Quid tam ridiculū, quām id habere pro ſummo bono, quod medicus poſit dare? Dolendum eſt ergo, ut fruamur bono, & quidem grauiter, ac ſepe; ut ſit poſtea, non dolere, iucundius. Miferrimus eſt igitur, qui nunquam doluit; quia bono caret. quem nos felicissimum putabamus, quia malo caruit. Ab hac vanitate non longe abſuit, qui, omnino nihil dolere, ſummi bonum dixit: Nam preter quod omne animal doloris eſt fugiens; \* qui poſteſt ſibi bonum præſtare, quod nobis ut euenerat, nihil aliud poſsumus quām optare? Summuſum autem bonū non poſteſt efficere quenquā beatum, niſi ſemper fuerit in iſiſi poſteſtate. hoc autē non virtus homini, non doctrina,

non labor, sed natura ipsa cunctis animantibus praesta.  
Qui voluptatem cum honestate iunxerunt; communione  
hanc effugere voluerunt. sed effecerunt repugnans bonum,  
quoniam qui voluptati deditus est, honestate careat, ne-  
cessè est: qui honestati studet, voluptate. Peripateticorum  
bonum minimum multiplex, exceptis animi bonis, que ipsa  
qua sunt, magna cōtentio est: commune cum belluī potest  
videri. Nam corporis bona, id est, incolumentas, indolenias,  
valetudo, non minus sunt mutuū, quam homini necessaria;  
ac nescio, an etiam magis, quia homo & medelius, & mini-  
sterius subleuari potest, muta nō possunt. Item, que appelle-  
lant fortuna bona? nam sicut homini opibus ad vitā tue-  
ndam, \*ita illis præda, & pabulis est opus. Ita inducendo bo-  
num, quod non sit in hominis potestate, totū hominē aliena  
ditioni subiugarunt. Audiamus etiam Zenonem, nam  
is interdum virtutem somniat. Summum, inquit, est bo-  
num, cū natura consentaneè viuere. Belluarū igitur nobis  
more viuendum est. Nam que abesse debent ab homine, in  
omnia his\* omnibus deprehenduntur. voluptates appetūt, metuum,  
fallunt, insidiantur, occidunt: & quod ad rem maxime at-  
tinget, Deum nesciunt. Quid ergo me docet, vt viuā secun-  
dum naturam; \* quia ipsa in deterius prona est; & qui-  
busdā blandimentis lenioribas in vicia precipitat? Sed si  
aliā mutorum, aliā hominis dicit esse naturā; quod ho-  
mo ad virtutem sit genitus: non nihil dicit: sed tamen non  
erit definitio summi boni, quia nullum est animal, quod  
non secundū naturam suām viuat. Qui scientiam summū  
bonum fecit, aliquid homini proprium dedit. sed scientiam  
alterius rei gratia homines appetunt, non propter ipsam.  
Quis enim scire contentus est, non expetens aliquem fru-  
ctum scientia? Artes ideo discuntur, vt exerceantur: exer-  
centur autem vel ad subsidia vita, vel ad voluptate, vel ad  
gloriam. Non est igitur summum bonum, quod nō propter

se expetitur. Quid ergo interest, virum scientiam summū  
bonū putemus; an illa ipsa, que scientia ex se parit, id est,  
victum, gloriam, voluptatem? que non sunt homini pro-  
pria, & ideo ne summa quidem bona. Nam voluptatis, &  
victus appetētia non homini solum, sed etiam mutis inest.  
Quid cupiditas glorie? nōnne in equis deprehenditur, cum  
victores exultant, vieti dolent?

Tantus amor laudum, tanto est victoria cura.  
Nec immerito summus poëta experendum esse ait,

Et quis cuic dolor victo, que gloria palma.

Quod si ea, que parit scientia, communia sunt cum aliis  
animalibus: non est ergo summum bonum scientia. Pra-  
terea non mediocre huius\* disputatio[n]is est vitium, quod  
scientia nuda ponitur. Incipient enim\* beatiores videri,  
qui artem aliquam scierint, immo vero qui & res malas  
scierint, vt tam beatus sit, qui venena didicerit tempera-  
re, quam qui mederi. Quero igitur, ad quam rem scientia  
referenda sit. si ad causas rerum naturalium: que beatitu-  
do erit mihi proposita, si sciero unde Nilus oriatur, vel  
quicquid de celo Physici delirant? Quid, quod earum re-  
rum non est scientia, sed opinio; qua pro ingenio varia est:  
opinatio  
Restat, vt scientia bonorum, ac malorum summum bonum  
sit. Cur ergo scientiam maluit, quam ipsam sapientiam sum-  
mum bonū dicere; cum sit virtusque significatio, & vis ea-  
dem? Nemo tamen usque adhuc summū bonum dixit esse  
sapientiam, quod melius dici potuit. Nam scientia parum  
est ad bonum suscipiendum, malumq[ue] fugiendum, nisi ac-  
cedat & virtus. Multi enim philosophorum, cum de  
bonis, malisq[ue] differenter; aliter tamen, quam loquebātur,  
natura cogente vixerunt, quia virtute caruerunt. Virtus  
autem cum scientia coniuncta, est sapientia. Supereft, vt eos  
etiam refellamus, qui virtutem summū bonū putauerunt. in  
qua opinione etiam M. Tullius fuit. in quo multum incon-  
siderat

comprehēdat  
vi.n.

per.vi.n.

siderati fuerunt. non enim virtus ipsa est summum bonū, sed effectrix, & mater est summi boni: quoniam perueniri ad illud sine virtute non potest. Vt rurisque intellectu est facile. Quero enim, vtrūmque ad p̄eclarum illud bonum facile perueniri putent; an cum difficultate, ac labore. Expediant acumen suum, erroremq; defendant. Si facile ad illud, ac sine labore perueniri potest; summum bonum non est. quid enim nos cruciemus, quid conficiamus enīdo diebus, & noctibus? quandoquidem tam in prompta id, quod querimus, iacet; vt illud quilibet sine villa contentio-ne animi\* deprehendat. Sed si commune quoque, ac mediocre quodlibet bonum non nisi labore assequimur; quoniam bonū natura in arduo posita est, malorum in precipiti: summo igitur labore summum bonum assequi necesse est. quod si verissimum est: ergo altera virtute opus est, vt perueniamus ad eam virtutem, quae dicitur summū bonum. quod est incongruens, & absurdum; vt virtus per seipsum perueniat ad seipsum. Si non potest ad vllum bonū nisi per laborem perueniri: appareret virtutē esse, per quam perueniatur: quoniam in suspicendi, perforandi q; laboribus, vis, officiisq; virtutis est. Ergo summum bonum non potest esse id, \* propter quod necesse est ad aliud perueniri. Sed illi, cum ignorarent quid efficeret virtus, aut quid tenderet honestus autem nihil reperirent: substituerūt in ipsius virtutis nomine; quam nullo proposito emolumento, appetendam esse dixerunt; & bonum sibi constituerunt, quid bono indigerent. Aristoteles ab ijs nō longe recepit; qui virtutem cum honestate summum bonum putauit: quasi vlla virtus possit esse in honestā; ac non, si quid habuerit turpitudinis, virtus esse definat. sed videt fieri posse, vt de virtute prauo iudicio male sentiatur. & ideo existimationi hominum seruendum putauit. quod qui facit, à recto, bonoq; discedit, quia non est in nostra potestate; vt virtus pro sui

meritis

meritis honestetur. Nam quid est honestas, nisi honor perpetuus, ad aliquem secundo populi rumore delatus? Quid ergo fiet, si errore, ac prauitate hominum, mala existimatio subsequatur? abiiciensne virtutem, quia flagitiosa, & turpis ab insipientibus iudicetur? Quæ quoniam inuidia premi, ac vexari potest; vt sit ipsum proprium, ac perpetuum bonum, nullo extrinsecus adiumento indigere debet, quia suis per se viribus nitatur, & constet. Itaque nec vllum est ab homine bonum sperandum est, nec vllum malum recusandum.

Venio nunc ad veræ sapientiae summum bonum. cuius <sup>9</sup> natura hoc modo determinanda est: Primum, vt solius hominis sit, nec cadat in vllum aliud animal: Deinde, vt solius sit animi, nec communicari possit cum corpore: Postremo, vt non possit cuiquam sine scientia, & virtute contingere. Quæ circumscriptio illas omnes sententias excludit, ac soluit. eorum enim, \* qui dixerūt, nihil tale est. Dicam nunc, quæ.vi.0 quid sit: vt doceam (quod institui) philosophos omnes cacos, atque insipientes fuisse; qui, quod est homini summum bonum constitutum, nec videre, nec intelligere, nec suspicari aliquando potuerunt. Anaxagoras, cum ab eo quareretur, cuius rei causa natus esset, respōdit, Celi, ac Solis vivendi. Hanc vocem admirantur omnes, ac philosopho dignam iudicant. At ego hunc puto non inuenientem quid responderet, effudisse hoc passim, ne taceret. quod quidem secum, si sapiens fuisse, commentatum, & meditatum habere debuit, quia si quis rationem sui nesciat, non homo sit quidem, sed putemus non ex tempore dictū illud effusum. Videamus in tribus verbis quot, et quanta peccauerit: Primum, quod omne hominis officiū in solis oculis posuit, nihil ad mentem referens, sed ad corpus omnia. Quid si cæcus fuisse: officiumne hominis amitteret; quod fieri sine occasu anima nō potest? Quid cetera corporis partes? an ne <sup>nun</sup> carebunt

quæque vi.n. carebunt suis \*quoque muneribus? Quid, quod plus est in auribus, quam in oculis situm? quoniam & doctrina, & sapientia percipi auribus solis potest, oculis solis non potest. Cali, ac Solus videndi causa natus es? Quis te in hoc specie aculum induxit? aut quid calo, rerumq; natura visio tua confert? Nimirum ut hoc immensum, & admirabile opus laudes. Confitere ergo rerum omnium esse constitutorem Deum: qui te in hunc mundum quasi testem, laudatoremq; tanti sui operis induxit. Magnum esse credi, videre Calum, ac Solem, cur ergo gratias non agis ei, qui huius beneficij auctor est? cur non ipsius virtutem, prouidentiam, potestate metiris animo, curius opera miraris? etenim necesse est, ut multo mirabilior sit, qui mirabilia perficit. Si te quispiam vocasset ad canam, in eaq; optime acceptus esses: \* non insanus viderere, si pluris faceres ipsam voluntatem, quam voluptatis auctorem? Adeo philosophi ad corpus omnia referunt, nihil proorsus ad mentem: nec vident amplius, quam quod sub oculos venit. At qui remotis omnibus officiis corporis, in sola mente ponenda est hominis ratio. Non ergo ideo nascimur, ut ea, quæ sunt facta, videamus; sed ut ipsum factorem rerum omnium contemplemur, id est, mente cernamus. Quare si quis hominem, qui vere sapit, interroget, cuius rei gratia natus sit: respondet intrepidus, ac paratus, colendi se Dei gratia natum; qui nos ideo generauit, ut ei seruiamus. Seruire autem Deo, nihil aliud est, quam bonis operibus tueri, & conseruare iustitiam. Sed ille, ut homo diuinarum rerum imperitus, rem maximam deligendo redegin ad minimum, duo sola\* deligens, quæ sibi diceret intuenda. Quod si natum se esse dixisset, ut mundus intueretur: quanquam omnia comprehendenter, ac maiori vtere tur sono; tamen non impletisset hominis officium. quia quanto pluris est anima, quam corpus: tanto pluris est Deus, quam mundus: quia mundum Deus fecit, & regit. Non ergo mundus

intendus oculis, quia utrumque est corpus, sed Deus anima contemplandus est: quia Deus, ut est ipse immortalis, sic animum voluit esse sempiternum. Dei autem contemplatio est, venerari, & colere communem parentem generis humani. Quod si à philosophis absuit, projectiq; in terram fuerunt divina ignorando: exsistimandus est Anaxagoras ad ea, ad qua videnda natū se esse dixit, nec calum vidisse, nec Solem. Expedita est igitur hominis ratio, si sapiat: cuius propria est humanitas. nam ipsa humanitas quid est, nisi iustitia? quid est iustitia, nisi pietas? pietas autem nihil aliud est, quam Dei parentis agitio.

Summum igitur bonum hominis in sola religione est.<sup>10</sup> Nam cetera, etiam quæ putantur esse homini propria, in carteris quoque animalibus reperiuntur. Cum enim suas voces proprias inter se notis discernunt, atque dignoscunt; colloqui videntur, ridendi q; ratio appetit in his aliqua, cum quoque demalsis auribus, contractog; rictu, & oculis in lasciviam resolutis, aut homini alludent, aut suis quisque cotugibus, ac facibus propriis. Nonne aliquid amori mutuo, & indulgentiae simile impartiunt? Iam illa, quæ sibi propiciunt in futurum, & cibos reponunt, habent utique prouidentiam. Rationis quoq; signa in multis deprehenduntur. Nam quando virtus sibi appetunt, mala cauent, pericula vitant, latrula sibi parant in plures exitus disparentia: profecto aliquid intelligent. Potest alquis negare illis inesse rationem, cū hominem ipsum sape deludant? Nam quibus generandi mellis officium est, cum assignatas incolunt sedes, cœstra muniant, domicilia inenarrabili arte componunt, regi suo seruant, nescio, an in his perfecta sit prudentia. Incertum est igitur, verum ne illa, quæ homini tribuuntur, communia sint cum aliis viventibus: religionis certe sunt experientia. Evidē sic arbitror, vniuersis animalibus esse datā rationē, sed mutis tantummodo ad vitam tuendam, homini autem

*ad propagandam. Et quia in homine ipsa ratio perfecta est, sapientia nominatur. qua in hoc eximium facit hominem, quod soli datum est intelligere diuina. Qua de re Ciceronis vera est sententia. Ex tot, inquit, generibus nullum est animal prater hominem, quod habeat notitiam aliquam Dei. ipsi⁹q; in hominibus nulla gens est neque tam⁹ man-  
sueta, neque tam fera, quæ non, etiam si ignoret, qualem Deum haberi deceat; tamen habendum sciat. Ex quo effi-  
citur, ut is agnoscat Dcūm, qui, unde ortus sit, quā si re-  
cordetur. Qui ergo philosophi volunt animos omni meū  
liberare, tollunt etiam religionem, & orbant hominem suo  
proprio, ac singulari bono. quod est à recte viuendo, atque  
ab omni humanitate disunctum. quia vt Deus cuncta vi-  
uentia subiecit homini, sic ipsum hominem sibi. Nam quid  
est, cur idem ipsi⁹ disputent, eò dirigendam esse mentem,  
quod vultus erectus est? Si enim nobis in celum spectandum  
est: ad nihil aliud utique quam ob religionem. Si religio  
tollitur, nulla nobis ratio cum calo est. Itaque aut eō est  
spectandum, aut in terram procumbendum. In terrā pro-  
cumberem⁹, nisi velimus, quidem possumus: quorum statu  
rectus est. In celum igitur spectandum est, quod natura  
corporis prouocat. quod si constat esse faciendum: aut ideo  
est faciendum, vt religione seruiamus; aut ideo, vt ratio-  
nem rerum caelestium cognoscamus. Sed rationem rerum  
caelestium cognoscere nullo modo possumus. quia nihil eius-  
modi potest cogitando inueniri, sicut supra docui. Religioni  
ergo seruendū est. quā qui nō suscipit, ipse se profert in  
terram, et vitam pecudum secutus, humanitate se abdicat.  
Sapientiores ergo imperiti: qui etiam si errant in religione  
deligenda, tamen natura sua, conditionisq; meminerunt.*

**11** *Constat igitur totius humani generis consensu, religio-  
nem suscipi oportere. sed quomodo in ea eretur, explican-  
dum est. Naturā hominū hanc Deus esse voluit, vt dñi⁹  
verum*

*verum cupidus, & appetens esset; religionis, & sapientie. Sed homines ideo falluntur, quod aut religionem suscipiunt  
omissa sapientia; aut sapientia soli student omissa religio-  
ne; cum alterum sine altero non possit verum. Ca-  
dunt ergo ad multiplices religiones, sed ideo falsas, quia  
sapientiam reliquerunt; que illos docere poterat, Deos  
multos esse non posse. aut student sapientia, sed ideo falsa,  
qui a religionem summi Dei omiserunt; qui eos ad veri sci-  
entiam potuit erudire. Sic homines, qui alterutrum susci-  
piunt; vitam deuiam, maximisq; erroribus plenā sequun-  
tur: quoniam in his duobus inseparabiliter connexis & of-  
ficiū hominis, & veritas omnis inclusa est. Miror itaq;  
nullum omnino philosophorum extitisse, qui sedem, ac de-  
mīciliū summi boni rep̄iret. Potuerunt enim sic qua-  
rere: Quodcumq; est summum bonum; necesse est omnibus  
esse propositum. Voluptas est, que appetitur a cunctis: sed  
bac & communis est cum bellū; & honesti vim non ha-  
bet; & satietatem affert; & nimia nocet; & processu mi-  
nuitur etatis; & multis non contingit. nam qui opibus ca-  
rent, quorū maior est numerus, etia voluptate careant, ne-  
cessē est. Non est igitur summū bonū, sed ne bonum quidē  
voluptas. Quid diuitiae? Multo magis. Nā & paucioribus,  
& plerūq; casu, & inertibus sāpe, et non nunquam scele-  
re contingunt; et optantur ab ijs, qui eas iam tenent. Quid  
regnū ipsum? Ne id quidem. Non enim cuncti homines  
regnare possunt: & necesse est vniuersos summi boni ca-  
paces esse. Queramus igitur aliquid, quod propositū sit om-  
nibus. Num virtus? Negari non potest, quin et bonum sit,  
& omniū certe bonū. Sed si beatā esse non potest; quia vi-  
ta, et natura eius in malorū perferentia posita est: nō est pro-  
fecto summum bonum. Queramus aliud. At nihil virtute  
pulchrius, nihil sapientia dignius inueniri potest. Si enim  
vitia ob turpitudinē fugienda sunt: virtus igitur appetenda  
est*

est ob decorum: quid ergo potest ne fieri, ut quod bonum, quod honestum esse constat; mercede, ac præmio careat; sitq; tam sterile, ut nihil ex se commodi pariat? Labor ille magnus, & difficultas, & eluctatio aduersus mala, quibus hac vita plena est; aliquid magni boni pariat, necesse est. Id vero quid esse dicemus? num voluptate? at nihil tempe ex honesto nasci potest. Num diuitias? num potestate? At ea quidē fragilia sunt, et caduca. Num gloriam? num honorem? num memoriam nominis? At hæc omnia non sunt in ipsa virtute, sed in aliorum existimatione, atque arbitrio posita. Nā saxe virtus & inuisa est; & malo afficitur. Debet autem id bonum, quod ex eo nascitur, ita cohereri abstrahi ut diuelli, atque \* distractabi nequeat. nec aliter summum bonum videri potest, quam & si proprium sit virtutis, & tale, ut neq; adiici quicquam, nec detrahi possit. Quid, quid in his omnibus contemnendū virtutis officia constunt? Nam voluptates, opes, potentias, honores, atque omnia, que pro bonis habentur, non cōcupiscere, non appetere, non amare, quod ceteri faciunt victi cupiditate, id est profecto\* virtutis. Aliud ergo sublimius, atque preclarius efficit; nec frustra his præsentibus bonis reluctatur, nisi quid maiora, & veriora desiderat. non desperemus inueniri posse, modo verteret se cogitatio in omnia. Neque enim leuia, aut ludicra petuntur præmia.

**12.** Sed queritur quid sit, propter quod nascimur; quid efficiat virtus. possumus sic inuestigare. Duo sunt, ex quibus homo constat; animus, & corpus. Multa sunt propria animi, multa propria corporis, multa vtriq; communia; sicut est ipsa virtus: qua quories ad corpus referuntur; discernendi gratia fortitudo nominatur. Quoniam igitur virique subiecta fortitudo; vtriq; proposita dimicatio est, & virique ex dimicacione victoria: corpus, quia solidum est, & comprehensibile; cum solidis, & cōprehensibilibus configat necesse est;

est: animus autem, quia tenuis, & inuisibilis est; cum ipsis congridetur hostibus, qui videri, tangi q; non possunt. Qui sunt autem hostes animi, nisi cupiditates, vita, peccata? quæ si vicerit virtus, ac fugauerit; immaculatus erit animus, ac purus. Vnde ergo colligi potest; quid efficiat animi fortitudo? Nimirū ex coniuncto, et pari, hoc est ex corporis fortitudine. quod cum in aliquā congreſionem, certamenq; venerit; quid aliud ex victoria, quam vitam petierit. Sive enim cū homine, sive cum bestia dimicet; pro salute certatur. Ergo ut corpus vincēdo id aſſequitur, ut non intereat: sic etiam animus, ut permaneat. et sicut corpus ab hostibus suis vicit, morte multatur; ita superatus à vitijs animus, moriatur necesse est. Quid ergo intercerit inter animi, corporisq; dimicationem, nisi quid corpus temporalem vitam expedit, animus sempiternam? Si ergo virtus per seipsum beatā nō est; quoniam in perferrendū (ut dixi) malis, tota via eius est; si omnia, que pro bonis concupiscuntur, negligit; si summus eius gradus ad mortem patet; quandoquidē vitæ, qua optatur a ceteris, sepe respuit; mortemq; quam ceteri timent, fortiter suscipit. si necesse est, aliquid ex se magni boni pariat; quia suscepti, & superati vsg; ad mortē labores, sine præmio esse non possunt: si nullum præmiū, quod ea dignum sit, in terra reperitur; quandoquidem cuncta, qua fragilia sunt, et caduca, spernit. quid aliud restat, nisi vt cælestē aliquid efficiat, quia terrena vniuersa contineat? et ad altiora nitatur, quia humilia despicit? Id vero nihil aliud potest esse, quam immortalitas. Merito ergo philosophorū non obscurus Euclides, qui fuit conditor Megaricorum discipline; dissentiens a ceteris, id esse summum bonum dixit, quod simile sit, & idem semper. Intellexit præfecto; que sit natura summi boni; licet id non explicauerit quid sit, id est autem immortalitas, nec aliud omnino quicquam. quia sola nec imminui, nec augeri, nec immutari

potest. Seneca quoq; imprudens incidit, vt fateretur, nullum esse aliud virtutis premiu, quam immortalitatē. Laudans enim virtutem in eo libro, quem de immatura morte conscripsit; Una, inquit, res est virtus, quae nos immortalitate donare posse, et pares D̄ijs facere. Sed et Stoici, qui secutus est, negant sine virtute effici quenquā beatum posse. Ergo virtutis premium beata vita est, si virtus ( vi nō est dictum est ) beatam vitam facit. Non est igitur ( vi aiunt ) propter seipsum virtus expetenda, sed propter vitam beatam, qua virtutem uecessario sequitur. Quod argumentum docere eos potuit, quod esset summum bonum. Hec autē vita præsens, & corporalis, beata esse nō potest, quia malis est subiecta per corpus. Epicurus Deū beatū & incorruptū vocat,\* quia sempiternus est. Beatitudo enim perfecta esse debet, vt nihil sit, quod tā vixare, \* ac immunuere, aut immutare possit. Nec aliter quicquam existimari beatum potest, nisi fuerit incorruptum. Incorruptū autem nihil est, nisi quod est immortale. Sola ergo immortalitas beata est; quia corrupti, ac dissolui non potest. Quod si cadit in hominem virtus; quod negare nullus potest; cadit & beatitudo. Non potest enim fieri, vt sit miser, qui virtute est præditus. Si cadit beatitudo, ergo et immortalitas cadit in hominem, qua beata est. Summū igitur bonū sola immortalitas inuenitur, quia nec aliud animal, nec corpus attingit; nec potest cuiquam sine scientia virtute, id est sine Dei cognitione, ac iustitia<sup>2</sup> peruenire. cuius appetitio quam vera, quam recta sit, ipsa vita huiuscēdē cupiditas indicat: qua licet sit temporalis, & labore plenissima; expetitur tamen ab omnibus, & optatur. hanc enim rā senes quam pueri, tam reges quam infimi, tam deniq; sapientes quam stulti cupiunt. Tanti est (vt Anaxagora visum est) contemplatio cali, ac lucis ipsius; vt quascumq; miseras libeat sustinere. Cum igitur laboriosa hac, et brevis vita, nō

provenire

tanum

tantum hominum, sed etiam caterorum animantium consensus magnum bonum esse ducatur: manifestum est, eandem summum, ac perfectum fieri bonum, si & sine careat, & omni malo. Deniq; nemo vñquam exitisset, qui hanc ipsam breuem contemneret, aut subiret mortem, nisi spe vita longioris. nam illi, qui<sup>3</sup> propter salutem ciuium, voluntaria se neci obtulerunt, sicut Thebis Menœceus, Atthenis Codrus, Romæ Curtius, \* Mures & duo Decū, nunquam mortem vitæ cōmodis p̄tulissent; nisi se immortalitatem opinione ciuiū consequi putauissent. qui tametsi nescierūt immortalitatis viam: res tamē eos nō fecellit. Si enim virtus diuitias, & opes ideo contemnit, quia fragiles sunt; voluptates ideo, quia breues: ergo et vitam fragile, breuemq; ideo cōtemnit; vt solidam, & perpetuam consequatur. Ipsa ergo cogitatio per ordinē gradiens, & vniuersa cōsiderans, perducit nos ad eximium illud, & singulare, cuius causa nascimur, bonū. quod si fecissent philosophi; si non, quod semel apprehenderant, tueri pertinaciter maluissent: profecto peruenissent ad verum hoc, vt ostendi modo. quod si nō fuit eorum, qui cælestes animas vñā cum corporibus extingunt: illi tamen, qui de immortalitate disputatione animi, intelligere debuerunt, ideo propositam nobis esse virtutem, vt perdomitis libidinibus, rerumq; terrestrium cupiditate superata, pura, ac victrices anima ad Deum, id est ad originem suam reuertantur. Iccirco enim soli animantium ad aspectum cali erecti sumus; vt summum bonum nostrū in summo esse credamus. Ideo religionem soli capimus; vt ex hoc sciamus, humanum spiritum non esse mortalem, quod Deum, qui est immortalis, & desiderat, et agnoscit. Igitur ex omnibus philosophis; qui aut pro summo bono scientiam, aut virtutem sunt amplexi, tenuerunt quidem viam veritatis; sed non peruenierunt ad summum. Hac enim duo sunt, que simul efficient illud, quod queritur. Scientia id

K 3

præstas

pro salute

Mutius. v. n.

prefat; ut quomodo, & quo peruenientium sit, nouerimus, virtus, ut perueniamus. Alterum sine altero nihil valet. ex scientia enim virtus, ex virtute summū bonum nascitur. Beata igitur vita, quā philosophi quæsuerunt semper, & querunt, siue in cultu deorum, siue in philosophia nulla est. & ideo ab his nō potuit reperiri; quia summū bonum non in summo quæsuerūt, sed in imo. Summum autē quid est, nisi cōlum, & Deus, unde animus oritur? Itum quid est, nisi terra, unde corpus est? Itaque licet quidam philosophi summum bonum non corpori, sed animo dederint: tamen, illud ad. vi. n. quoniam ad illum hanc vitam retulerūt, que cum corpore terminatur, ad corpus revoluti sunt: cuius est omne hoc ē p̄, quod transfigitur in terra. Quare non immerito summum bonum non comprehendenterunt, quia quicquid ad corpus spectat, & immortalitatis est expers, vanū sit, necesse est. Non cadit ergo in hominē beatitudo illo modo, quo philosophi putauerunt; sed ita cadit, non ut tunc beatus sit, cū vivit in corpore, quod vtique, ut dissoluantur, necesse est corrumpi; sed tunc, cū anima societate corporis liberata, in solo spiritu vinit. Hoc vno beati esse in hac vita paſſim, si minime beati esse videantur, si fugientes illecebras voluptatum, foliq; virtuti feruientes, in omnibus laboribus, misericordiis, viuentius; que sunt exercitia, et corroboramenta virtutis; si denique asperam illā viam, difficilem q; tencamus, quā nobis ad beatitudinem patet acta est. Summum igitur bonum, quod beatū facit, nō potest esse, nisi in ea religione, atque doctrina; cui spes immortalitatis adiuncta est.

13 Res exigere videntur hoc loco, ut quoniam docuumus immortalitatem esse summum bonū, id ipsum immortalē esse animam comprobemus. Qua de re ingēs inter philosophos disceptatio est: nec quicquam tamē explicare, aut probare potuerunt. Is, qui verum de anima sentiebant; experti enim huius diuinā eruditionis, nec argumenta vera, quā-

bus vincerent, attulerunt; nec testimonia, quibus probaret. sed oportunius hanc questionem tractabimus in ultimo libro, cum de vita beata nobis erit differendum. Supereft pars illa philosophiae tercia, quam vocant logicam: in qua tota dialectica, & omnis loquendi ratio continetur. Hanc diuina eruditio non desiderat: quia non in lingua, sed in corde sapientia est: nec interest, qualiter utatur sermone, res utara enim, non verba queruntur. & nos non de grammatico, aut oratore, quorum scientia est, quomodo loqui deceat; sed de sapiente differimus; cuius doctrina est, quomodo vivere oporteat. Quid si neque physica illa ratio necessaria est, neque hec logica; quia beatum facere non possunt: restat, ut in sola ethica totius philosophiae vis continetur: ad quā se adiectis omnibus Socrates contulisse dicitur. In qua etiā parte quoniam philosophos errasse docui; qui summum bonum, cuius capiendi gratia generati sunt, non comprehenderunt: appareat, falsam, & inanem esse philosophiam; quia nec instruit ad iustitiam munera; nec officium hominis rationemq; confirmat. Sciant igitur errare sē, qui philosophiam putant esse sapientiam, non trahantur auctoritate cuiusquā; sed veritati potius & saepe ant, accedant. Nullus hic temeritati locus est: in eternū stultitiae pœna subeunda est; si aut persona inanis, aut opinio falsa decepere. Homo autē, qualisq; est, si sibi credit, hoc est si homini credit (ut nō dicam stultus, qui suum nō videat errorē) certe arrogans est, qui sibi audeat vendicare, quod humana cōditio nō recipit. Ille ipse Romana lingua summus auctor quantū fallatur, licet ex illa sententia peruidere. quā cum in libris officiorum philosophiam nihil aliud esse dixisset, quām studiū sapientie; ipsam autem sapientiam, rerū diuinarum, & humanarum scientiam; tum adiecit. cuius studium qui vituperat, haud sane intelligo quidnam sit, quod laudandum putet. Nam si oblectatio queritur animi, requiesq;

propter causam: que confessi cum eis fundantur possunt, qui semper aliquod in quaerunt, quod prædictum est, et taliter ad hanc, hanc, et quod venientem. Si vero ratio conformatur, rationeque dicitur: est hoc ut sit, aut nulla exigenda, per quem cum asserimus. nullum dicere maximum ratione utrum esse, et minimum ratione finis arte nulla sit; bonitatem est patrum condecorata loquacitatem, atque in maximis rebus etiam. Si autem est aliqua disciplina virtus: ut ea queratur, cum ab illo genere discendi disceretur? Equisdem ratione operi debetum, ut quantulamcumque discendi et querendi facultatem propter studium docendi; nam etiam etiam quoniam non quae sunt: quippe qui forum ne attigerim quidem: sed necesse est, ipsa me faciat causa bonitas eloquentem. ad quam discere, copioseque defendendam, scientia diuinatio: et ipsa veritas sufficit. Vellent igitur Ciceronem paulisper ab inferis surgere; ut vir eloquentissimus ab hominale non discendo deceteretur. Primum quidam sit, quod laudandum patet; qui visuperat id studium, quod recatur philosophis. Deinde neque illam esse artem, qua virtus, et iustitia discatur; ne aliam ullam, sicut putauit. Postremo quoniam est virtus disciplina; ubi querenda sit, cum ab illo discendi genere disceretur, quod ille non audiendi, discendique gratia querebat. A quo enim posset audire, cum sciret id nemo? Sed, ut in causis facere solebat, interrogatione voluit urgere, ad confessionemque deducere; tanquam confideret, respondebat professor nihil posse, quo minus philosophia esset magistra virtutis. quod quidem in Tusculanis disputationibus aperte professus est, ad eam ipsam conuersa oratione, tanquam se declamatorio dicendi genere iactaret. O vita philosophia dux, inquit; o virtutis indagatrix, expultrixque vitiorum: quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisse? Tu inuentrix legum, tu magistra morum, ac disciplina fuisse. Quasi vero aliquid per se ipsa sentire;

non potius ille laudandus esset, qui eam tribuit. Potuit eodem modo gratias agere cibo, & potui; quia sine his rebus vita constare non posset; in quibus ut sensus, ita beneficij nihil est. Atqui ut illa, corporis alimenta sunt; sic anima, sapientia.

ReEtius itaque Lucretius, cum eum laudat, qui sapientiam primus inuenit: sed hoc inepit, quod ab homine inuentam putauit. Quasi vero illam alicubi iacentem hominem ille, quem laudabat, inuenierit, tanquam tibi us ad fontem, ut poëta ait; quod sic repertorem sapientia, ut Deum, laudauit. ita enim dicit:

Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus.

Nam si ut ipsa petit maiestas cognita rerum,

Dicendum est: Deus ille fuit, Deus inclite Memmi. Tamen non erit sic laudandus Deus, quod sapientiam inuenitur; sed quod hominem fecerit, qui posset capere sapientiam. Minuit enim laudem, qui parte laudat ex toto. Sed ille, ut hominem laudauit, qui tamen ob id ipsum deberet pro Deo haberi, quod sapere inuenierit. nam sit ait:

Nonne decebit,

Hunc hominem numero diuum dignarier esse? Vnde apparet; aut Pythagoræ voluisse laudare, qui se primus (ut dixi) philosophum nominauit; aut Milesum Thalem, qui de rerum natura primus traditur disputasse. Sed dum hominem querit extollere, rem ipsam deprebit, non est enim magna, si ab homine potuit inueniri. Verum potest, ut poëta, dari venia. At ille idem perfectus orator, idem summus philosophus, \*ne Gracos reprehendam, quorum & reprobationem semper accusat, & tamen sequitur; ipsam sapientiam, quam alias donum, alias inuentum Deorum poëticæ vocat, figuratam laudat in faciem. Grauerit etiam queritur extulisse aliquos, qui eam vituperarent. Quisnam ne, inquit, vituperare vitæ parentem, & hoc paricidio se in-

generavit.  
v. n.

quoniam audeat, & tam impie ingratus esse? Nos ergo u. Tulli paricida sumus, & insuendi te iudice in culeum, qui philosophiam negamus parentem esse vitam? An tu, qui aduersus Deum tam impie ingratus es (nō hunc, cuius effigiem veneratis in capitolio sedente, sed illum, qui mundum fecit, hominemq; figurauit; qui sapientiam quoque ipsam inter catēra cœlestia beneficia largitus est) magistrā tu virtutis, aut parentem vitam vocas; ad quam si quis accesserit, multo sit incertior necesse est, quam prius fuerit: cuius enim virtutis? que ipsa, ubi sita sit, adhuc philosophi non expediunt. cuius vita? cum ipsi doctores ante fuerint sene-  
tute, ac morte confecti, quām constituerint, quomodo viui deceat. cuius veritatis indagatrice proficeri potest? qui se-  
testaris, cum tanta multitudo fuerit philosophorum, sapien-  
tem tamen extitisse adhuc neminem. Quid ergo te magi-  
stra illa vita docuit? An ut potentissimum consulem ma-  
ledictis incesseres? cumq; hostem patriæ venenatis oratio-  
nibus faceres? Sed omittamus illa, qua possum excusari for-  
tuna nomine. Studiūsli nempe philosophie, & quidē sic, ut  
nullus vñquā diligentius: quippe qui omnes cognoverū di-  
sciplinas, sicut ipse gloriari soles; eamq; ipsam Latinis lie-  
ris illastraueris, imitatorem q; te Platonis ostenderis. Cedo  
igitur quid didiceris, aut in qua sectā veritatem deprehen-  
deris. In academia scilicet, quā secutus es, quam probasti.  
At hac nihil docet, nisi vt scias, te nihil scire. Tu ergo u  
libri arguant, quām nihil à philosophia disci posset ad vi-  
tam. Hac tua verba sunt: Mihi autem non modo ad sapien-  
tiā cacci videmur, sed ad ea ipsa, quae aliqua ex parte certi  
videantur, hebetes, et obtusi. Si ergo philosophia est magi-  
stra vita: cur tibi ipse coccus, & hebes, & obtusus videbar?  
quem oporens illa docentem, & sentire, & sapere, & in  
clarissima luce versari? At quam\* confessus fueris philoso-  
phiae veritate, docent ad filium composita praecepta: quibus

mones,

vñones, philosophie quidem praecepta noscenda, viuendum autem esse ciuiliter. Quid tam repugnans dici potest? Si noscenda sunt praecepta philosophie; ideo vtique noscenda sunt, vt recte, sapienterq; viuamus. Vel, si ciuiliter viuendū est: non est ignoratio philosophia sapientia: siquidē melius est ciuiliter, quam philosophice vivere. Nam si sapientia est, que dicitur philosophia, stulte profecto viuit, qui non secundum philosophiam viuit. Si autem non stulte viuit, qui ciuiliter viuit: sequitur vt stulte viuat, qui philosophice vi-  
uit. Tuo itaq; iudicio philosophia stultitia, inanitatiq;  
damnata est. Idē in cōsolatione, id est, in opere nō ioculari,  
hanc de philosophia sententiam tulisti. Sed nefcio quis nos  
teneat error, ac miserabilis ignoratio veri. Vbi est ergo phi-  
losophia magisteriū? aut quid te docuit illa vita parens, si  
verū miserabiliter ignoras? Quod si hac erroris, ignoratio-  
nisq; confessio, pene initio tibi ab intimo pectore expressa  
est: cur nō tibi verum\* fatebaris aliquando, philosophiam, fatearis  
quam tu nihil docentem in celum laudibus extulisti, ma-  
gistram virtutis esse non posse?

Eodem ductus errore Seneca (quis enim veram viam teneret, errante Cicerone: Philosophia, inquit, nihil aliud est, quam recta viuendi ratio, vel honeste viuendi scientia, vel ars recte vita agendi. Nō errabimus, si dixerimus phi-  
losophiam esse legem bene, honesteq; viuendi. Et qui\* di-  
xit illam regulam vita, suum illi nomē reddidit. Hic plane non respexit ad commune philosophia nomen. qua cum sit in plures sectas, disciplinasq; diffusa; nihilq; habeat certi, nihil deniq;, de quo vniuersi una mēte, ac voce cōsentiant:  
quid potest esse tam falsum, quam regulam vita, philoso-  
phiam\* vocari, in qua diuersitas praeceptorum rectum iter  
impedit, & turbet? aut legem bene viuendi, cuius capi-  
ta longe dissonant? aut scientiam vita agenda, in qua ni-  
hil aliud efficitur, contraria sape dicendo; quam vt nemo  
quic-

confusus. v. n.

2. 1. A.

quicquam sciat? Quero enim, utrumne academiam philosophiam putet esse, an non? Negaturum non arbitror, quod si est: nihil ergo illorum cadit in philosophiam, que ut omnia reddat incerta, legem abrogat, artem nullam putat, rationem subiugavit, regulam deprauat, scientiam funditus tollit. Falsa igitur illa omnia: quia in rem semper incertam, & adhuc nihil explicantem cadere non possunt. Nulla itaque ratio, vel scientia, vel lex bene viuedi, nisi in hac vita & vera, & caelesti sapientia constituta est; qua philosophia fuit ignota. Nam illa terrena, quoniam falsa est, varia, & multiplex, sibi, tota contraria est. & sicut unus est huius mundi constitutor, & rector Deus; una veritas: una esse, ac simplicem sapientiam, necesse est: quia quicquid est verum, ac bonum, id perfectum esse non potest, nisi fuerit singulare. Quod si philosophia vitam posset instruere: nulli alii nisi philosophi essent boni: & qui eam non didicissent, essent omnes semper mali: cum vero innumerabiles existant, & semper extiterint, qui sint, aut fuerint sine villa doctrina boni, ex philosophis autem perraro fuerint, qui aliquid in vita fecerit laude dignum. Quis est tandem, qui non videat, eos homines virtutis, qua ipsi egerint, non esse doctores? Nam si quis mores eorum diligenter inquirat, inueniet iracundos, cupidos, libidinosos, arrogantes, proteruos, & sub obtentu sapientia sua vitia calantes, domi facientes ea, que in scholis arguisserint. Fortasse mentior accusandi gratia. nonne id ipsum Tallius & fatetur, & queritur? Quotus quisque, inquit, philosophorum inuenitur, qui sit ita moratus, ita animo, & vita constitutus, ut ratio postulat? qui disciplinam, non ostentationem \*sua scientia, sed legem vita putet? qui obtemperet ipse sibi, & decretu patre, reat suis? Videtur licet alios tanta levitate, & iactatione, vt hi fuerint non didicisse melius: alios pecunia cupidos: alios gloria, multos libidinum seruos; vt cum eorum vita, mirabiliter

vi.n.

biliter pugnet oratio. Neps <sup>qz</sup> Cornelius ad eundem C<sup>i</sup> quoque ceronem ita scribit: Tantum abest, vt ego magistrum esse putem vita philosophiam, beatamq; vita perfectricem; vt nullus magis existimem opus esse magistris viuendi, quam plenisque, qui in ea disputanda versantur. Video enim magnam partem eorum, qui in schola de pudore, et continentia pricipiant argutissime; eosdem in omnium libidinum cupiditatibus viuere. Item Seneca in exhortationibus: Plerique, inquit, philosophorum tales sunt, diserti in conuictu suum, quos si audias in avaritiam, in libidinem, in ambitionem perorantes, \*iudicium professos putes. adeo redundant ad <sup>indictum</sup> vi.n. ipsos maledicta in publicum missa. quos non aliter intueri decet, quam medicos, quorum tituli remedia habent, pyxides venena. Quosdam vero nec pudor vitiiorum tenet; sed patrocinia turpiudini sua singunt; vt etiam honeste peccare videantur. Faciet sapiens (inquit idem Seneca) etiam quae non probabit, vt etiam ad maiora transitum inueniat: nec relinquet bonos mores; sed tempori aptabit: \* vt quibus & aliis utuntur in gloriam, aut voluptatem; \* utatur agenda <sup>veretur</sup> rei causa. Deinde paulo post: Omnia, qua luxuriosi faciunt, queq; imperiti, faciet & sapiens, sed non eodem modo, eodem qz proposito. Atqui nihil interest, quo animo facias, quod fecisse viciosum est. quia facta cernuntur; animus non videtur. Aristippo Cyrenaicorum magistro cum Laide nobili scorto fuit consuetudo. quod flagitium grauis ille philosophia doctor sic defendebat; vt diceret, multum inter se, & carceres Laide amatores interesse, quod ipse haberet Laide, aliis vero a Laide haberentur. O praelata, et imitanda bonis sapientia! Huius vero liberos in disciplinam das, ut discerent habere meretricem. Aliiquid inter se, ac perditos interesse dicebat; scilicet quod illi bona sua perderent, ipse gratis luxuriaretur. In quo sane sapientior me- tamen retrix fuit, qua philosophum habuit pro lenone; vt ad se omnis

omnis inuentus doctoris exemplo, & auctoritate corrupta,  
sine villo pudore concurreret. Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commareti;  
cum eum populus, & rituales sui viderent omnibus perditis  
nequiores? Nec satis fuit ita viuere; sed docere etiam libi-  
dines caput; ac mores suos de lupanari ad scholam transfu-  
lit, differens, voluptatem corporis esse summum bonum. Quia  
doctrina execrabilis, & pudenda, non in corde philosophi,  
sed in sinu meretricis est nata. Nam quid ego de Cynicis  
loquar? quibus in propatulo coire cum coniugibus mos  
fuit. Quid mirum, si à canibus, quorum vitam imitantur,  
etiam vocabulum, nomenq; traxerunt? Nullum igitur in  
hac disciplina magisterium virtutis est; cum etiam illi, qui  
bonestiora precipiunt; aut non faciant ipsi qua suadent;  
aut si faciunt (quod raro accedit) non disciplina eos adre-  
ctum, sed natura perducat; quæ sapientia in doctos im-  
pellit ad laudem.

16 Verum enim cū se perpetuae desidia tradant; nullamq;  
virtutē capessant; et omnem suam vitam nihil aliud, quam  
in eloquendo peragant: quid aliud quam inertes putari  
debent? Sapientia autem nisi in aliquo actu fuerit, quo vim  
suam exerceat, inanis, & falsa est. recteq; Tullius civiles  
viros, qui remp. gubernent; qui vrbes aut nodas consti-  
tuant, aut constitutas aequitate tueantur; qui salutem, li-  
bertatemq; ciuium vel bonis legibus, vel salubribus consiliis,  
vel iudiciis grauibus conseruent: philosophia doctoribus  
preferat. Bonos enim facere oportet potius, quam inclusos  
in angulis facienda precipere, quæ ne ipsi quidem faciunt,  
qui loquuntur. & quoniam se à veris actibus remouerunt:  
apparet, eos exercenda lingua causa, vel aduocandi gra-  
tia, artem ipsam philosophia reperisse. qui autem docen-  
tantum, nec faciunt; ipsi preceptis suis detrahunt pondus.  
quis enim obtemperet, cum ipsi preceptores doceant non  
obtempera-

obtemperare? Bonum est autem recta, & honesta præcipe-  
re; sed nisi & facias, mendacium est: & incongruens, atq;  
ineptum est, non in pectore, sed in labijs habere bonitatem.  
Non ergo utilitatem ex philosophia, sed oblationem pe-  
tunt. Quod quidem Cicero testatus est. Profecto, inquit,  
omniū iustorum disputatio, quanquam uberrimos fontes iutorum  
virtutis, & scientia contineat; tamen collata cum horum  
actis, perfectiusq; rebus, vereor ne tantū videatur attulisse  
negotij hominū utilitatis, quantū oblationē quandam  
otij. Vereri quidē non debuit, cum verū diceret: sed quasi  
timaret, ne proditi mysterij reus à philosophis citaretur; nō  
est ausus confidenter pronuntiare, quod fuit verū, illos non  
ideo disputare, vt doceant; sed vt se oblectent in otio. quī  
quoniam autores sunt rerū gerendarum; nec ipsi quicquā  
gerūt: pro loquacibus sunt habēdi. Sed profecto, quia nihil  
boni ad vitā afferebant: nec ipsi decretis suis obtemperau-  
erunt; nec quisquam per tot secula inuentus est, qui eorum  
legibus viueret. Ab iuicenda est igitur omnis philosophia:  
quia non studendum est sapientia, quid sine, ac modo ca-  
reat; sed sapiendum est, & quidem mature. Non enim  
nobis altera vita conceditur, vt, cum in hac sapientiā que-  
ramus, in illa sapere possimus: in hac vtrunque fieri nece-  
se est. cito inueniri debet, vt cito suscipi posit; nequid  
percat ex vita, cuius finis incertus est. Ciceronis Hortefius  
contra philosophiam differēs, circumuenitur arguta cōclu-  
fione; quid cū diceret philosophandū non esse, nihil minus  
philosophari videbatur: quoniam philosophi est, quid in  
vita faciendum, vel nō faciendū sit, disputare. Nos ab hac  
calumnia immunes, ac liberi sumus, qui philosophiā tolli-  
mus, quia humana cogitationis inuentio est; sophiā defen-  
dimus, quia diuina traditio est; eamq; ob omnibus suscipi  
oportere testamur. Ille, cū philosophiā tolleret; nec melius  
aliquid afferret: sapientiam tollere putabatur: eog; facilis

de sententia pulsus est, quia constat hominem non ad ful-  
titiam, sed ad sapientiam nasci. Præterea illud quoque  
argumentum contra philosophiam valet plurimum; quo  
idem est vsus Hortensius; ex eo posse intelligi. philosophium  
non esse sapientiam, quod principium, & origo cuius appa-  
reat. Quando, inquit, philosophi esse cœperunt? Thales (si  
opinor) primus. recens hac quidem etas. vbi ergo apud an-  
tiquiores latuit amor iste inuestiganda veritatis? Idem Lu-  
cretius ait:

Denique natura hac rerum, ratioq[ue] reperta est

Nuper: & hanc, primus cum primis ipse repertus

Nunc ego sum, in patrias qui possum vertere voces.  
Et Seneca, Nondum sunt, inquit, mille anni, ex quo ini-  
tia sapientia nota sunt. Multis ergo seculis humanū genu-  
finc ratione vixit. Quod irridens Persius, Postquam, in-  
quit, sapere vrbi Cum pipere, & palmis venit: tanquam  
sapientia cum saporis mercibus fuerit inuicta. quasi si  
cundam hominis naturam est, cum homine ipso capere,  
neccesse est: si vero non est, nec capere quidem illam posse  
humana natura. Sed quia recepit, igitur à principio suisse  
sapientiam neccesse est. ergo philosophia, quia non à princi-  
pio fuit, non est eadem vera sapientia, sed videlicet Graci,  
qui sacras veritatis literas non attigerant; quemadmodum  
depravata esset sapientia, nescierunt. Et ideo cum vacare  
sapientia humanam vitam putarent, philosophiam com-  
menti sunt, id est, latentem, atque ignotam sibi veritatem  
differendo eruere voluerunt. quod studium per ignorantia  
veri, sapientiam putauerunt.

17 Dixi de philosophia ipsa, quam breuiter potui: minc ad  
philosophos veniamus, non ut cum his decertemus, qui stae  
nō possunt; sed ut eos fugientes, atque deiectos nostro cam-  
po insequamur. Epicuri disciplina multo celebrior semper  
fuit, quam ceterorum: non quia veri aliquid afferat; sed

quia

quia multos populare nomen voluptatis invitat. Nemo e-  
num non in virtutia pronus est.\* Propterea, ut ad se multum u-  
dinem contrahat; apposita singulis quibusque moribus lo-  
quitur. Desidiosum vetat literas discere, auarum populari  
largitione liberat; ignorium prohibet accedere ad rem p[re]pi-  
gium exercere, timidi militare. irreligiosus, audit Deos  
nihil curare; inhumanus, & suis cōmodis seruiens, iubetur  
nihil cuiquā tribuere: omnia enim sua causa facere sapiē-  
tem. fugienti turbam solitudo laudatur. qui nimium par-  
cus est; dicit aqua, & polenta vitā posse tolerare. qui odit  
vxorem; huic enumerantur cōlibatus bona: habenti ma-  
los liberos, orbitas predicator: aduersus impios parētes nal-  
lum esse vinculum naturae, impatiēti, ac delicato, dolorē esse  
omnium malorum maximum dicitur: fortis, etiam in tor-  
mentis beatum esse sapientem. qui claritatis, ac potentiae  
studet, huic præcipitur reges colere: qui moleſtia ferre nō  
potest, huic regiam fugere. Ita homo astutus ex varijs, di-  
uersisque modis circulum cogit; & dum studet placere  
omnibus, maiore discordia secum ipse pugnauit, quam in-  
ter se vniuerſi. Vnde autem disciplina eius tota descendat,  
quam originem habeat; explicandum est. Videbat Epicu-  
rus bonis aduersa ſemper accidere, paupertatem, labores,  
exilia, carorum amissiones; malos contra, beatos effe; au-  
geri potentia; honoribus affici: videbat innocētiā minus  
rūtam; scelerā impene committi: videbat, ſine delectu mo-  
rum, ſine ordine, ac discriminē annorum ſauire mortē; ſed  
alios ad ſenectutem peruenire; alios infantes rapi; alios  
iam robustos interire; alios in primo adolescence flore im-  
maturis funeribus extingui; in bellis potius meliores et vini-  
ci, & perire. maxime autem commouebat, homines in  
primis religiosos gravioribus malis affici. is autem qui aue  
Deos omnino negligerent, aut non pie colerent; vel minorā  
incōmoda eueniē, vel nulla: ipsa etiam ſepe templa ful-  
minibus

Tum fulmina mittat: & adeius  
Ipse suas disturbet: & in deserta recedens,  
Seniat exercens telum: quod saepe nocenteis  
Praterit, exanimatq; indigos, inq; merenteis.  
Quod si vel exiguum veritatis auram colligere potuisse,  
nunquam diceret, aedes illum suas disturbare; cum ideo di-  
sturbet, quod nō sunt sue. Capitolium, quod est Romanae  
urbis, & religionis caput summum, non semel, sed saepius  
fulmine ictum conflagravit. Homines autem ingemisi  
quid de hoc existimauerint, ex dicto Ciceronis apparat:  
qui ait, diuinitus extitisse illam flamمام, non que tem-  
stre illud domicilium Iouis deleret; sed que sublimius, ma-  
gnificentiusq; depositeret. Qua de re etiam in libris con-  
fulatus sui eadem dixit, que Lucretius.

Nam pater altitonans stellanti nixus Olympos,  
Ipse suas arces, atq; inclita templa petuit,  
Et capitolini iniecit sedibus ignes.

Pertinaci ergo stultitia non modo vim, maiesatemq; rei  
Dei non intellexerunt; sed etiam impietatem sui erroris  
auxerunt; qui templum calesti iudicio saepe damnatur  
stiuere contra fas omne contenderint. Cū hac igitur cogi-  
taret Epicurus, earum rerum velut iniquitate inductus (sic  
enim causam, rationemq; ignorantiae videbatur) existimat  
nullam esse prouidentiam, quod cum sibi persuasisset; suscep-  
pit etiam defendendum. sic in errores inextricabiles se ipse  
coniecit. Si enim prouidentia nulla est; quomodo tam ordi-  
nata, tam disposita mundus effectus est? Nulla, inquit, dis-  
positio est; multa enim facta sunt aliter, quam fieri debue-  
runt. & inuenit homo diuinus, que reprehederet. Qua sin-  
gula si vacaret refellere; facile ostenderem, nec sapientem  
hunc suisse, nec sanum. item si nulla prouidentia est; quo-  
modo

modo animalium corpora tam prouidenter ordinata sunt;  
vi singula queq; membra mirabiliter disposita, sua  
officia conseruent? Nihil, inquit, in procreandis animalibus  
prouidentia ratio molita est. nam neq; oculi facti sunt  
ad videndum; neque aures ad audiendum; neq; lingua ad  
loquendum; neque pedes ad ambulandum: quoniam prius  
hec nata sunt, quam esset loqui, audire, videre, ambulare.  
Itaq; nō hec ad ipsum nata sunt; sed ipsum ex illis natus est.  
Si nulla prouidentia est; cur imberes cadunt; fruges oriun-  
tur; arbusta frondescunt? Non, inquit, semper animan-  
tium causa ista sunt: quoniam prouidentia nihil profundit.  
sed omnia sua sponte fieri, necesse est. Vnde ergo nascun-  
tur, aut quomodo sunt omnia, que geruntur? Non est,  
inquit, prouidentia opus. sunt enim semina per inane vo-  
litantia; quibus inter se temere congregatis, vniuersa gi-  
gnuntur; atque concrescunt. Cur igitur illa non sentimus,  
aut cernimus? Quia nec colorem habent, inquit, nec calo-  
rem illum, nec odorem; saporis quoque, & humoris exper-  
tia sunt, & tam minuta, ut socari, ac diuidi nequeant. Sie-  
cum, quia in principio falsum suscepérat, consequentium  
rerum necessitas ad deliramenta perduxit. Vbi enim sunt,  
aut vnde ista corpuscula? Cur illa nemo præter vnu Leu-  
cipum somniauit? à quo Democritus eruditus, hereditate  
stultitia reliquit Epicuro. Quae si sunt corpuscula, &  
quidem solida. ut dicunt; sub oculos certe venire possunt. Si  
eadem est natura omnium; quomodo res varias efficiunt?  
Vario, inquit, ordine, ac positione conueniunt, sicut literæ:  
qua cum sint paucæ, varie tamen collocata, innumerabilia  
verba consciunt. At literæ variæ formas habent. Ita, in-  
quit, & hec ipsa primordia. nam sunt áspera, sunt hamata,  
sunt leuia. Secari ergo, & diuidi possunt, si aliquid inest  
illis, quod emineat. Si autem leuia sunt, & humoris indi-  
gent; coherere non possunt. Hamata igitur esse oportet, ve-  
hamis. v.n.  
L 2 posse

posint inuicem concathenari. Cum vero tam minuta esse dicantur, ut nulla ferri acie disiuci valeant; quomodo habemus, aut angulos habent? Quos, quia extant; necesse est posse diuelli. Deinde quo fædere inter se, qua mente conseruant, ut ex his aliiquid constituantur? si sensu carent; ne coire tam disposite possunt. quia non potest quicquam rationale perficere nisi ratio. Quam multis coargui hac vanitas potest! sed properat oratio.

Hic est ille,

Qui genus humanum ingenio superauit; & omnes  
Restinxit stellis, exortus vti aetherius sol.

quo<sup>rum</sup> equidem versus nunquam sine risu legere possum. Non enim de Socrate, aut Platone hoc saltem dicebat; qui velut reges habentur philosophorum: sed de homine: quo sano, & vigente nullus ager ineptius deliravit. Itaq; poeta inanissimus leonis laudibus murem non ornauit, sed obruit, & obtrivit. At idem nos metu liberat mortis. de qua hec ipsius verba sunt expressa. Quando nos sumus; mors non est, quando mors est, nos non sumus; mors ergo nihil ad nos. Quam argute nos fecellit. quasi vero transacta mors timeatur, quia iam sensus ereptus est; ac non ipsum mori, quo sensus eripitur. Est enim tempus aliquod, quo & nos iam non sumus; & mors tamen nondum est. idq; ipsum videtur miserum esse, \* cum & mors esse incipi, & nos esse desinimus. Nec frustra dictum est: M O R S misera non est. aditus ad mortem est miser, hoc est morbo tabescere, iectu perpeti, ferru corpore excipere, ardere igni, dentibus bestiarum laniari. Hac sunt, quæ timentur; non quia mortem afferant, sed quia dolore magnum. Quem potius efficit, ut dolor malum sit. Omnia, inquit, malum maximum est. Qui ergo non possum non timere; si id, quod mortem antecedit, aut efficit, malum est? Quid, quod totum illud argumentum falsum est? quia non intereunt anima.

Ven

Vere inquit. nam quod cum corpore nascitur; cum corpore intereat, necesse est. Nam superius dixi, differre me hunc locum melius, & operi ultimo reservare, ut hanc Epicuri persuasionem, sive illa Democriti, sive Dicaearchi fuit; & argumentis, & diuinis testimonij redarguam. Verum ille fortasse impunitatem vitij suis spopondit. fuit enim turpisimae voluptatis assertor. cuius capienda causa, nasci hominem putauit. Quis, cum hoc affirmari audiat; vitij, & sceleribus abstineat? Nam si peritur & sunt animæ; appetamus diuitias, vt omnes suavitates capere possumus. quæ si nobis desunt; ab ijs qui habent, auferamus clam, dolo, vi; eo magis, si humanas res Deus nullus curat, quandocunq; spes impunitatis arriserit, rapiamus, necemus. Sapientis est enim, malefacere; si & vtile sit, & tutum: quoniam si quis in calo Deus est, non irascitur cuiquam. Aequo studio est, & benefacere: quia sicut ira non commonetur; ita nec gratia tangitur. Voluptatibus igitur, quoquomodo possumus, seruiamus. Breui enim tempore nulli erimus omnino. Ergo nullum diem, nullum denique temporis punctum fluere nobis sine voluptate patiamur; ne, quia ipsi quandoq; perituri sumus; id ipsum, quod viximus, pereat. Hoc ille tametsi non dicit verbo; re tamen ipsa docet. Nam cum disputat, omnia sapientem sua causa facere, ad utilitatem suam referat omnia, quæ agit. Itaque qui audit haec flagitia; nec boni quicquam faciendum putabit; quoniam bene facere ad utilitatem spectat alienam: nec à scelere abstinentem; quia maleficio preda coniuncta est. Archipirata quisquam, vel latronum ductor, si suos ad grassandum cohortetur; quo alio sermone vti potest; quam ut eadē dicat, quæ dicit Epicurus? Deos nihil curare; non ira, non gratia tangi; inferorum pœnas non esse metuendas; quod anima post mortem occidant, nec ulli omniuo sint inferi: voluptatem esse maximum bonum: nullam esse humanam societatem;

sibi quenque cōfūlere: neminem esse, qui alterū diligat, nisi  
Iua causa: mortem non esse metuendam forti viro, regū-  
lum dolorem, quin, etiam si torqueatur, si vratur, nihil se  
curare dicat. Est plane, cui quisquam puit hanc vocē vni-  
esse sapientis, qua potest latronibus aptissime comodari.

18 Alij autem contraria his differunt; superesse animas post  
mortem. Et hi sunt maxime Pythagorici, ac Stoici. quibus  
et si ignoscendum est; quia verum sentiunt: non possem u-  
lmen non reprobendere eos; quia non scientia, sed casu inci-  
derunt in veritatem. itaq; in eo ipso, quod recte sentiebat,  
aliquid errarunt. Nam cum timerent argumentum illud,  
quo colligitur, necesse esse, ut occidant anima: cum corpori-  
bus, quia cū corporibus nascuntur: dixerunt non nasci animas,  
sed insinuari potius in corpora, & de aliis in alia mi-  
grare. Non putauerunt alter fieri posse, ut supersint anima  
post corpora, nisi videatur fuisse ante corpora. Parigi-  
tur, ac prope similis error est partis vtriusque. Sed hanc  
præterito falsa est, illa in futuro. Nemo enim vidit, quod  
est verissimum, & nasci animas, & non occidere: quia, ut  
hominis. vi.n. id fieret, aut que ratio esset homines nescierūt. Multi ergo  
ex ijs, quia eternas esse animas suspicabantur; tanquam  
in cœlum migraturi essent, sibi ipsis manus intulerunt, vt  
Cleanthes, vt Chrysippus, vt Zenon, vt Empedocles, qui  
in ardenti Aetna specum intempesta nocte deiecit, vt  
cum repente non apparisset, abiisse ad Deos crederetur:  
& ex Romanis Cato, qui fuit in omni sua vita Socratis  
vanitatis imitator. Nam Democritus in alia fuit persua-  
sione. Sed tamen Sponte sua leto caput obuius obtulit ipse,  
quo nihil sceleratus fieri potest. Nam si homicida, nefarium  
est; quia dominus extictor est: eidem sceleri obstitutus est,  
qui se necat; quia dominem necat. Immo vero maius est  
id facinus existimandum est, cuius ultio Deo soli subiaceat.  
Nam sicut in hanc vitā nō nostra sponte venimus, ita rur-

sus ex hoc domicilio corporis, quod tuendū nobis assignatū  
est; eiusdē iussu recedendū est, qui nos in hoc corpus indu-  
xit, tādiu habitaturos, donec iubeat emitti. et si vis aliqua  
inferatur, aqua mente id ferendū est; cum extincta inno-  
centis anima inulta esse non possit; habeamusq; \* vindicem iudicem  
magnum; cui soli vindicta integra semper est. Homicida igit  
tur illi omnes philosophi, et ipse Romana sapientia princeps  
Cato: qui ante quam se occideret, perlegisse Platonis librū  
dicitur, qui est scriptus de aeternitate animarum; & ad  
summū nefas philosophi auctoritate compulsus est. & hic  
tamen aliquam moriendi causam videtur habuisse, odium  
seruitutis. Quid Ambraciotes ille; qui, cum eundem li-  
brum perlegisset, præcipitem se dedit, nullam aliam ob cau-  
sam, nisi quod Platoni credidit? Execrabilis prorsus, ac fu-  
gienda doctrina, si abigit homines à vita. Quid si scisset  
Plato, atque docuisset, à quo, & quomodo, & quibus, &  
qua ob facta, & quo tempore immortalitas tribuatur; nec  
Cleombrotum impegitset in mortem voluntariam, nec Ca-  
tonem; sed eos ad vitam, & iustitiam potius eruditus.  
Nam Cato videtur mihi causam quasi se morieundi, non  
tam vt Cesarem fugeret, quam vt Stoicorum decretis ob-  
temperaret, quos sectabatur; nomenq; suum grandi ali-  
quo facinore clarificaret. cui quid mali accidere potuerit,  
si rueret; non inuenio. C. enim Caesar, vt clemens erat,  
nihil aliud efficere volebat, etiam in ipso belli ciuili  
ardore; quam vt bene mereri de Repub. videretur, duo-  
bus optimis ciuibus, Cicerone & Catone, seruatis. Sed re-  
deamus ad eos, qui mortem pro bono laudant. De vita  
quereris: quasi vixeris, aut vñquam tibi ratio consisterit,  
cur omnino sis natus. Non ne igitur tibi verius ille, & com-  
munis omnium pater Terentianum illud iure increpaue-  
rit? Prius disce, quid sit vivere. si displicebit vita, tum istoc  
vixit. In dignaris te malis esse subiectum: quasi quicquam  
mercaris

meretū boni, qui patrem, qui dominum, qui regem tuum  
nescis: qui quānus clarissimam lucem intueris oculis,  
mente tamen cucus es, et in profundis ignorantiae tenebris  
iaces. que ignorantia efficit, ut quosdam dicere non pa-  
deret, siccirco nos esse natos, ut scelerum pēnas lacrimas.  
video quo quid delirius dici posse, non inuenio. Vbi enim, vel  
que scelera potuimus admittere, qui omnino non fauimus?  
Nisi forte credemus incepto illi seni, qui se in priori vita  
Euphorbum fuisse mentitus est. Hic credo, quod erat vigo-  
bili genere natus, familiā sibi ex Homeri carminibus ado-  
ptauit. O miram, & singularem Pythagorae memoriam!  
O miseram obliuionem nostrū omnium, qui nesciamus,  
qui ante fuerimus! Sed fortasse vel errore aliquo, vel gratia  
sit effectum, ut ille solus lethorum gurgitem non attigerit,  
nec obliuionis aquam gustauerit. videlicet senex vanus si-  
cū otiosa anicula solent; fabulus tanquam infantibus cre-  
dulus finxit. Quod si bene sensisset de iis, quibus hec locu-  
tus est; si homines eos existimatesser: nunquam sibi tam pe-  
tulanter mentiendi licentiam vendicasset. sed deridenda  
est hominis leuisimi vanitas. Quid Ciceroni faciemus: qui  
cum in principio consolationis sue dixisset, luendorum scle-  
lerum causa nasci homines: iterauit id ipsum postea, quā  
obiurgans eum, qui vitam, pēnam non esse putet. reū  
ergo profatus est, errore, ac miserabili veritatis ignoran-  
tia se teneri. At illi, qui de mortis bono disputant, qui  
nihil veri sciunt, sic argumentantur: Si nihil est post mor-  
tem, non est malum mors; aufert enim sensum mali. Si au-  
tem supersunt anime, est etiam bonum, quia immortalitas  
sequitur. Quām sententiam Cicero de Legibus sic expli-  
cauit: Gratulamurq; nobis, quoniam mors aut meliorem,  
quām qui est in vita, aut certe non deteriorem allatura est  
statum. Nam sine corpore animo vigente, diuina vita est;  
sensu carente, nihil profecto est mali. Argute, ut sibi vide-  
batum

prefatus

pereunte

batur, quasi nihil esse aliud posse. Atqui utrumque hoc  
falsum est. Docent enim diuine literæ, non extingui ani-  
mas, sed aut pro iustitia premio affici, aut pēna pro scle-  
ribus sempiterna. Nec enim fas est, aut eum, qui sceleratus  
in vita feliciter fuerit, effugere quod meretur, aut eum, qui  
ob iustitiā miserrimus fuerit, sua mercede frandari. Quod  
adeo verum est, ut idem Tullius in consolatione, non casde  
sedes incolere iustos, atque impios, prædicauerit. Nec enim  
omnibus, inquit, idem illi sapientes arbitrii sunt eundem  
cursum in celum patere. nam vitiis, & sceleribus conta-  
minatos deprimi in tenebras, atque in cœno iacere docue-  
runt; castos autem animos, puros, integros, incorruptos,  
bonis etiam studiis, atque artibus expolitos, leui quodam,  
& facilis lapsu ad Deos, id est, ad naturā sui similem per-  
uolare. Que sententia superiori illi arguento repugnat.  
Illud enim sic assumptum est, tanquam necesse sit, omnem  
hominem natum, immortalitate donari. Quod igitur erit  
discrimen virtutis, ac sceleris, si nihil intercessit, utrumne Ari-  
stides sit aliquis, an Phalaris? utrum Cato, an Catilina?  
Sed hanc repugnantiam rerum, sententiarumq; nō cernit,  
nisi qui tenet veritatem. Si quis igitur nos roget, utrumne  
bonum sit mors, an malum; respondebimus, qualitatē eius  
ex vita ratione pendere. Nam sicut vita ipsa bonum est, si  
cum virtute vivatur; malum, si cum scelere; sic & mors ex  
præteritis vita actibus ponderanda est. Ita sit, ut si vita in  
Dei religione transacta sit, mors malum nō sit; quia trans-  
latio est ad immortalitatem. Sin aliter, malum sit, necesse  
est, quoniam ad aeternam (ut dixi) supplicia transmittit. Quid  
ergo dicemus, nisi errare illos, qui aut mortem appetunt,  
tanquam bonum; aut vitam fugiunt, tanquam malū? Nisi  
quod sunt iniquissimi, qui pauciora mala non pensant bo-  
nis pluribus. Nam cum omnem vitam per exquisitas, &  
varias traducant voluptates, mori cupiunt, si quid forte his

amarituisini superuenient: & sic habent; tanquam illi nunc  
quam fuerit bene, si aliquando fuerit male. Damnant igitur  
vitam omnem; plenamq; nihil aliud, quam malis op-  
nuntur. Hinc nata est incepta illa sententia; hanc esse mer-  
tem, quam nos vitam putemus; illam vitam, quam nos pro  
morte timeamus: ita primum bonum esse, non nasci; secun-  
dum, cius mori. Que, vt maioris sit auctor itatu, Sileno  
attribuitur. Cicero sic in consolatione: Non nasci, inquit,  
longe optimum, nec in\* his scopulos incidere vita: Proxi-  
mum autem, si natus sis, quam primum, tanquam ex incen-  
dio effugere fortuna. Credidisse illū vanissimo dicto exinde  
apparet, quod adiecit aliquid de suo, vt ornaret. Quero igitur,  
cui esse optimum putet non nasci, cum sit nullus omni-  
no, qui sentiat. nam vt bonum sit aliquid, aut malum, sen-  
sus efficit. Deinde cur omnem vitam nihil aliud esse, quam  
scopulos, & incendium putauerit; quasi aut in nostra fute-  
rit potestate, ne nasceremur; aut vitam nobis fortuna tribuat, non Deus; aut viuendi ratio quicquam simile incen-  
dio habere videatur. Non dissimile Platonis illud est, quod  
aiebat, se gratias agere natura: Primū, quod homo natus  
esset, potius quam mutum animal: Deinde, quod masculus  
potius, quam foemina; quod Græcus, quam Barbarus: Po-  
stremo, quod Atheniensis, & quod tēporibus Socratis. Dici  
nō potest, quantam mentibus cœtitatē, quantosq; pariat er-  
rores ignoratio veritatis. Ego plane contenderim, nunquā  
quicquam dictū esse in rebus humanis delirius. Quasi viro  
si aut Barbares, aut mulier, aut asinus denique natu-  
ser; idem ipse Plato esset, ac non ipsum illud, quod natum  
fuisse. Sed videlicet Pythagora creditit; qui vt vellet  
homines animalibus vesci, dixit, animas de corporibus in-  
aliorum animalium corpora commicare. quod & vanum,  
& impossibile est: Vanum, quia necesse non fuit, veteres  
animas in nova corpora inducere; cum idem artifex, qui

mas

primus

primus aliquando fecerat, potuerit semper nouas facere:  
Impossibile, quia recte rationis anima, tam immutare na-  
turam status sui non potest, quam ignis aut deorsum niti,  
aut ipsi transuersum, fluminis modo, flammatā suam fundere.  
Existimauit igitur homo sapiens, potuisse fieri, vt anima,  
qua tunc erat in Platone, in aliquod mutum animal in-  
cluderetur, esseq; humano sensu prædicta; vt intelligeret,  
ac doleret, incongruenti se corpore oneratam. Quanto fa-  
cilius ficeret, si gratias agere se diceret, quod ingeniosus,  
quod docilis natus esset, quod in iis opibus, vt liberaliter  
eruditur. Nam quod Athenis natus est, quid in eo bene-  
ficij fuit? An non plurimi extiterunt in aliis ciuitatibus  
excellenti ingenio, atque doctrina viri, qui meliores singu-  
li, quam omnes Athenienses fuerunt? Quanta hominum  
millia fuisse credamus, qui & Athenis nati, & temporibus  
Socratis, indocti tamen, ac stulti fuerunt? Non enim aut  
parietes, aut locus, in quo quisque est effusus ex utero, con-  
ciliat homini sapientiam. Quid vero attinuit, Socrates se  
temporibus natum\* gloriari? Num Socrates ingenia discen-  
tribus potuit commodare? Non venit in mentem Platoni,

vi. n.  
Alcibiadem quoque, & Critiam eiusdem Sociatis assiduos  
auditores fuisse; quorum alter hostis patriæ acerrimus fuit;  
alter crudelissimus omnium tyrannorum.

Videamus nūc, quid in Socrate ipso tam magnū fuerit, 19  
vt homo sapiens merito gratias ageret, illius se temporibus  
esse natum. Nō infiior, fuisse illum paulo cordatiore, quam  
ceteros, qui naturam rerum putauerunt ingenio posse  
comprehendi. In quo illos non excordes tantum fuisse ar-  
bitror, sed etiam impios; quod in secreta caelestis illius pro-  
videntia, curiosos oculos voluerint immittere. Roma, &  
in plerisque urbibus scimus esse quadam sacra, que aspi-  
ci à viris nefas habeatur. Abstinent igitur aspectu, qui-  
bus contaminare illa non licet: & si forte vel errore, vel  
casu

casu quispiam vir aspercerit; primo pena eius, deinde instaurazione sacrificij scelus expiatur. Quid his facias, qui inconcessa scrutari volunt? Nimirum multo sceleratores, qui arcana mundi, & hoc cælestè templum profanare impio disputationibus querunt; quamvis qui adem Vesta, aut Bona dea, aut Cereris intrauerint. Quæ penetralia, quamvis adire viris non licet, tamen à viris fabricata sunt. Hi vero non tantum impiciati crimen effugient; sed, quod est multo indignius, eloquentia famam, & ingenij gloriam consequuntur. Quid, si aliquid inuestigare possent? Sunt enim tam stulti in asseuerando, quam improbi in querendo; cum neque inuenire quicquam possint; nec defendere, etiam si inuenient. Nam si verum vel fortuito viderint, quod sapius contingit, committunt, ut ab aliis id pro falso refellatur. Non enim descendit aliquis de celo, qui sententiā de singulorum opinionibus ferat. quapropter nemo dubitauerit, eos, qui ista conquirant, stultos, ineptos, infanos esse. Aliiquid ergo Socrates habuit cordis humani, qui cum intelligeret hac non posse inueniri, ab eiusmodi questionibus se remouit. vereorq; ne in ea solo. Multa enim sunt eius non modo laude indigna, sed etiam reprehensione dignissima: in quibus fuit suorum simillimus. Ex his unum eligam, quod ab omnibus sit probatum. celebre hoc proverbiū Socrates habuit: Q. V. O D supra nos, nihil ad nos. Procumbamus igitur in terram; & manus nobis ad preclara opera datas conuerteramus in pedes. Nihil ad nos calum, ad cuius contemplationē sumus excitati; nihil deniq; lux ipsa pertineat. certe virtus nostri causa de celo est. Quod si hoc sensit, non esse de rebus cælestibus disputandū; ne illorum quidem rationem poterat comprehendere, qua sub pedibus habebat. Quid ergo? nū errauit in verbis? Verisimile non est: sed nimirum id sensit, quod locutus est, religioni minime seruicendum. quod si aperte diceret, nemo pateretur.

pateretur. Quis enim non sentiat, hunc mundum tam mirabiliter ratione perfectum, aliqua prouidentia gubernari? quandoquidem nihil est, quod posset sine ullo moderatore consistere. Sic domus ab habitatore deserta dilabitur, nauis sine gubernatore abit pessum. & corpus relictum ab anima defluit: nedum putemus tantam illam molem aut construi sine artifice, aut stare tandem sine rectore potuisse. Quid si publicas illas religiones voluit euertere, nō improbo; quin etiam laudabo, si ipse quod est melius inuenierit. Verum idem per canem, & anserem dicerabat. O hominē scurrām (vt ait Zeno Epicureus) ineptum, perditum, desperatum, si cauillari voluit religionem; dementem, si hoc serio fecit, vt animal turpisimū pro Deo haberet. Quid iam superstitiones Aegyptiorum audeat reprehēdere, quas Socrates Athenis auctoritate confirmauit? Illud vero non ne summa vanitatis; quid ante mortem familiares suos rogauit, vt Aesculapio gallum, quem voverat, pro se sacrauerint? Timuit videlicet, ne apud Rhadamanthum\* reciperetorem, votū reus fieret ab Aesculapio. Dementissimum hominem putarem, si moybo affectus perisset. Cum vero hoc sanus fecerit; est ipse insanus, qui eum potest esse sapientem. En, cuius temporibus natum esse se homo sapiens gratulatur.

Videamus tamen, quid illum Socrates docuerit: qui cū totam Physicam repudiasset; èo se contulit, vt de virtute, atque officio quereret. itaq; nō dubito, quin auditores suos iustitia præceptis erudierit. Docente igitur Socrate, nō fugit Platonem, iustitia vim in aequitate consistere. siquidē omnes pari conditione nascuntur. Ergo nihil, inquit, priuati ac proprii habent, sed vt pares esse possint, quod iustitia ratio desiderat, omnia in commune possideant. Ferri hoc potest, quandiu de pecunia dici videatur. Quod ipsum quam impossibile sit, & quam iniustum, poteram multis rebus

rebus ostendere. Concedamus tamen, ut possit fieri. Omnes enim sapientes erunt, & pecuniam contemnent. Quo ergo illum communitas ista perduxit? Matrimonia quoque inquit, communia esse debebunt: scilicet ut ad eandem mulierem multi viri, tanquam canes confluant; & si viisque obtineat, qui viribus vicerit: aut si sapientes sunt, ut philosophi expectent, \* et vicibus tanquam lupanar obeat. O miram Platonis aquitatem! Vbi est igitur virtus castitatis? Vbi fides coniugalis? quae si tollas, omnis iustitia sublata est. at idem dixit, beatas ciuitates futuras fuisse, si aut philosophi regnarent, aut reges philosopharetur. Huic vero tam iusto, tam aequo viro regnum dares: alius abstulisset sua; alius condonasset aliena: profiteuisset pudicitiam feminorum. quae nullus unquam non modo rex, sed ne tyranus quidem fecit. \* Cum vero intulit ratione turpisimi huius consilij, sic inquit: Ciuitas concors erit, & mutui amoris constricta vinculis, si omnes omnium fuerint & mariti, & patres, & uxores, & liberi. Quae ista confusio generis humani est? Quomodo seruari potest caritas, vbi nihil est certum quod ametur? Quis aut vir mulierem, aut mulier virum diligit, nisi habitauerint semper una? nisi deuotamens, & seruata inuicem fides indiuividua fecerit caritatem? qua virtus in illa promiscua voluptate locum non habet. Item si omnes omnium liberi sint, quis amare liberos, tanquam suos, poterit, cum suos esse aut ignoret, aut dubitet? qui honorem tanquam patri deferet, cum unde natus sit, nesciat? Ex quo sit, vi non tantum alienum pro parte habeat, sed etiam patrem pro alieno. Quid, quod vxori potest esse communis, filius non potest? quem concipi non nisi ex uno necesse est. Perit ergo illi una communitas, ipsa reclamante natura. Supereft, vt tantummodo concordia causa vxores velint esse communes. At nulla vehementior discordiarum causa est, quam unius feminam a multis mari-

bus appetitio. In quo Plato si ratione non potuit, exemplis certe potuit admoneri et mutorum animalium, que ob hoc vel acerrime pugnant; & hominum, qui semper ob eam rem grauissima inter se bella gesserunt.

Restat, ut communio ista nihil aliud habeat, præter adulteria, & libidines; propter quas funditus eruendas, virtus est vel maxime necessaria. Itaque non inuenit concordia, quam querebat; quia non videbat, unde oriatur. Nam iustitia in extra positus nihil momenti habet, ne in corpore quidem; sed tota in hominis mente versatur. Qui ergo vult homines adæquare; non matrimonia, non opes subtrahere debet, sed arrogantiam, superbiam, tumorem; vt illi potentes, & elati pares esse se etiam mendicissimis sciatis. Detracta enim diuitibus insolentia, et iniuritate, nihil intererit, utrumque alij diuites, alij pauperes sint, cum animi pates sint; quod efficere nulla res alia præter religionem Dei potest. Putauit igitur se inuenisse iustitiam, cum eam prorsus cuererit; quia non rerum fragilium, sed mentium debet esse communitas. Nam si iustitia virtutum omnium mater est; cum illa singula tolluntur, ipsa subvertitur. Tulit autem Plato ante omnia frugalitatem; quae vix nulla est, vbi proprij nihil habeatur. Tulit abstinentiam; siquidem nihil fuerit, quod abstineatur, alienum. Tulit temperantiam, tulit castitatem; que virtutes in viris, sexu maxima sunt. Tulit verecundiā, pudorem, modestiā; si honesta, et legitima esse incipiunt, quae solent flagitiosa, et turpia iudicari. Sic virtutem dum vult omnibus dare, omnibus ademit. Nam rerum proprietas, & vitiorum, & virtutum materiam continet; communitas autem nihil aliud, quam vitiorum licentiam. Nam viri, qui multas mulieres habent, nihil aliud dici possunt, quam luxuriosi, ac nepotes. Itē mulieres, quae à multis habentur; non viisque adulteræ, quia certū matri moniū nullū est; sed prostituta, ac meretrices

nullus fuerit,  
qui abstineat  
alieno..viii

trices sunt necesse est. Redegit ergo humanam vitam ad similitudinem non dico mutorum, sed pecudum, ac bellorum. Nam volucres pene omnes faciunt matrimonia, & paria iungunt, & nidos suos tanquam genitales toros concordi mente defendunt; & sætus suos, quia certi sum, amant; & si alienos obieceris, abigunt. At homo sapiens contra morem hominum, contraq; naturam, stultiora sibi, qua imitaretur, elegit. Et quoniam videbat in ceteris animalibus officia marium, fœminarumq; non esse diuisa: estimauit oportere etiam mulieres militare, & consilii publicis interesse, & magistratus gerere, et imperia suscipere, itaque his arma, & equos assignauit. consequens est, vi lanam, & telam viru, & infantium gestationes. Nec vidit impossibilia esse, qua diceret, ex eo, quod adhuc in orbe terræ neque tam stulta, neque iam sapiens vlla gens existit, qua hoc modo viueret.

22 Cum igitur in tanta vanitate ipsi philosophorum principes deprehendantur; quid illos minores putabimus, qui nunquam sibi tam sapientes videri solent, quam cum pecunia contemptu gloriantur? Fortis animus. Sed expedit quid faciant; & quod ille contemptus euadat. Tradita sibi parentibus patrimonia, tanquam malum fugiunt, ac deferrunt. Et ne in tempestate natfragium faciant; in tranquilli se vltro precipitant; non virtute, sed peruerso metu forte; sicut illi, qui, cum timent ne ab hoste iugulentur, ipsi se ingulant, vt mortem morte deuident. Sic isti, unde\* putant gloriam liberalitatis acquirere, sine honore, sine gratia perdunt. Laudatur Democritus, quod agros suos reliquerit; eosq; pascua publica fieri passus sit. Probarem, si donasset. Nihil autem sapienter fit, quod si ab omnibus fiat, iniuste est, ac malum. Sed hac negligentia tolerabilis. Quid ille, qui patrimonium in numos redactum effudit in mare? Ego dubito virumne sanus, an demens fuerit. Abite, inquit, in profundis.

profundum male cupiditates; ego vos merga, ne ipse megar à vobis. Si tantus pecunia contemptus est; fac illam beneficium, fac humanitatem; largire pauperibus. potest hoc, quod perditus es, multis succurrere, ne fame, aut siti, aut nuditate moriatur. Imitare insaniam saltem, furoremq; Tuditani; sparge populo diripienda. Potes & pecuniam effugere, & tamen bene collocare, quia saluum est quicquid pluribus profuit. Zenonis autem paria peccata quis probat? Sed omittamus id, quod est ab omnibus semper irrisum. Illud satis est ad coargendum furiosi hominis errorem; quod inter vitia, & morbos, misericordiam ponit. Adinicit nobis affectum; quo ratio humana vita pene omnis continetur. Cum enim natura hominis imbecillior sit, quam ceterorum animalium, qua vel ad perferendam vim temporum, vel ad incursionses à suis corporibus arcendas, naturalibus munimentis prouidentia calestis armatis; homini autem quia nihil istorum datum est; accepit pro istis omnibus miserationis affectum; qui plane vocatur humanitas; qua nosmet inuicem tueremur. Nam si homo\* ad conspectum alterius hominis\* efferaretur; quod facere\* videmus animantes, quarum natura soluaga est; nulla esset hominum societas; nulla vrbium condendarum vel cura, vel ratio. sic neque vita quidem satis tuta, cum & ceteris animalibus exposita esset imbecillitas hominum; & ipsi inter semetipso belluarum more scirent. Non minor in alijs dementia. Quid enim dici potest de illo, qui nigram dixit esse niuem? quam consequens erat, vt etiam picem albā esse diceret! Hic est ille, qui se circa natum esse dicebat, vt celum, ac solem videret; qui in terra nihil videbat sole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbē luna duodecim partibus maiore esse, quam terra, stultissime creditit. et quod hinc levitati suit cōsentaneum, dixit, intra concavum lunæ sinū esse aliam terrā:

a conspectu  
auferretur  
videntur  
vi. n.

*& ibi aliud genus hominum simili modo vivere, quo nos in hac terra vivimus. Habent igitur illi lunatici homines alteram lunam, quæ illis nocturnum lumen exhibeat, sicut hæc exhibet nobis. Et fortasse noster hic orbis alterius inferioris terra luna sit. Fuisse Seneca inter Stoicos ait, qui deliberaret, vtrum ne Soli quoq; suos populos daret; in pre scilicet qui dubitauerit. Quid enim perderet, si dedisset? Sed, credo, calor deterrebatur, ne tancam multitudinem periculo committeret; nec si estu nimio perirent, ipsi calpa euenisse tanta calamitas diceretur.*

**xxiv.** *Q*VI D illi, qui esse contrarios vestigijs nostris Antipodas putant, nū aliquid loquuntur; aut est quisquam tam impetus, qui credit esse homines, quorū vestigia sunt superiora, quā capitā aut ibi quæ apud nos iacet, inservia pēleret fruges, & arbores decorsim versus crescere? plantas, & mias, & grandinem sursum versus cadere in terram? Et miratur aliquis hostes penitiles inter septem mira nauri, cum philosophi & agros, & maria, & r̄bres, & montes penitiles faciant? Huius quoq; erroris aperienda nobis origo est. Nam semper eodem modo falluntur. Cum enim falsum aliquid in principio sumperirent, veri similitudine inducti; necesse est, eos in ea, quæ consequuntur, incurrire. Sic incident in multa ridicula; quia necesse est falsa esse, quæ rebus falsis congruit. Curi autem primis habuerint fidem; qualia\* sunt ea, quæ sequuntur, non circumspicunt, sed defendant omni modo; cum debeant primis illa, vtrū ne vera sint, an falsa, ex consequentibus indicare. Quæ igitur illos Antipodas ratio perduxit? Videbant siderū cursus in occasum meantū; sole, atq; lunam in eandem partem semper occidere, atq; oriri semper ab eadem. Cum autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum reperiret; nec quomodo ab occasu ad orientē remearent; cœlū autem

*autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexūm; quod sic videri, propter immensam latitudinē necesse est: existimauerunt, rotundū esse mundum, sicut pilam; & ex motu siderū opinati sunt cœlum rotulū; sic astra, solē, luna, &c. cū occiderint, volubilitate ipsa mundi ad ortum referri. Itaque & arcos orbeis fabricati sunt, quasi ad figuram mundi; eosq; calarunt portentosis quibusdam simulachra, quæ astra esse dicerebant. Hanc igitur cœli rotunditatem illud sequebatur; ut terra in medio sinu eius esset\* conclusa. Quod si ita esset, etiam ipsam terrā globo similem. nego enim fieri posset, vt non esset rotundum, quod rotundo conclusum teneretur. Si autē rotunda esset terra, necesse esse, vt in omnes cœli partes eandem faciē gerat; id est montes erigat, campos tēdat, maria cōsternat. Quod si esset, etiā sequebatur illud extreūm; vt nulla sit pars terra, quæ non ab hominibus, caterisq; animalibus incolatur. Sic pēdulos istos Antipodas cœli rotunditas admiuenerit. Quod si queras ab ijs, qui hæc portenta defendunt; quomodo non cädunt omnia in inferiorem illam cœli partem: respondent, hanc rerum esse naturam, vt pondera in medium ferantur; & ad medium connexa sint omnia, sicut radios videmus in rota: quæ autem lenia sunt, vt nebula, fumus, ignis, à medio differantur, vt cœlum petant. Quid dicam de ijs nescio; qui, cum semel aberrauerint, constanter in stultitia perseverant, & vanis vana defendunt; nisi quod eos interdiu puto aut iocca causa philosophari; aut prudētes, et scios mēdacia defendenda suscipere; quasi vt ingenia sua in malis rebus exerceat, vel ostentent. At ego multis argumentis probare possem, nullo modo fieri posse, vt cœlum terra sit inferius; nisi & liber iam concludendus esset; & adhuc aliquarū restarent, quæ magis sunt præsenti operi necessaria. & quoniam singulū errore percurrere nō est unius libri opus: satis sit pauca enumerasse, ex quibus possit, qualia sint, cetera, intelligi.*

commune  
Cantate lege.

N V N C paucā nobis de philosophia in<sup>7</sup> communi di-  
cenda sunt; vt confirmata causa peroremus. Summus ille  
nōsster Platonis imitator existimauit philosophiam nō esse  
vulgarem; quod eam nō nisi doctri homines assequi possent.  
Est, inquit, philosophia paucū cōtentā iudicibus, multitu-  
dinem consulto ipsa fugiens. Non est ergo sapientia, si ab  
hominiū cōetu abhorret. quoniam si sapientia homini data est;  
sine vlo discriminē omnibus data est; vt nemo sit profus,  
qui eam capere non posse. At illi virtutem humano generi  
dat am sic amplexantur, vt soli omnium publico bono frui  
velle videantur, tam inuidi, quā si velint diligare oculos,  
aut effodere ceteris, ne solem videant. Nam quid est aliud  
hominiū negare sapientiam; quam mentibus eorū verū,  
ac diuinum lumen auferre? Quid si natura homini sa-  
pientia capax est, oportuit opifices, & rusticos, & milie-  
res, & omnes deniq<sub>3</sub>, qui humana formam gerunt, doceri,  
vt sapiant; populuinq<sub>3</sub> ex omni lingua, & conditione,  
& sexu, & atate conflari. Maximum itaq<sub>3</sub> argumentum est,  
philosophiam neq<sub>3</sub> sapientiā\* tendere, neque ipsam esse sa-  
pientiam; quod mysterium eius barba tantum celebratur,  
& pallio. Senserunt hoc adeo Stoici; qui & serui, & mu-  
lieribus philosophandū esse dixerunt: Epicurus quoq<sub>3</sub>, qui  
rudes omniū literarū ad philosophiam inuitat: item Plato;  
qui ciuitatem de sapientibus voluit cōponere. Conatū quidē  
illi sunt facere, quod veritas exigebat; sed non potuit ultra  
verba procedi. Primum, qui a multis artibus opus est, vt ad  
philosophiā posset accedi. Discenda ista communes literae,  
propter vsum legendi; quia in tanta rerum varietate, nec  
disci audiendo possunt omnia, nec memoria contineri. Giā-  
maticus quoq<sub>3</sub> non parum opera dandum est; vt rectam lo-  
quendi rationē scias. Id multos annos auferat necesse est.  
Nec oratoria quidem ignoranda est; vt ea, que didiceris,  
professe, atq<sub>3</sub> eloquis possis. Geometria quoq<sub>3</sub> ac musica, et  
astrologia

astrologia necessaria est; quod ha<sup>7</sup> artes cum philosophia ha-  
bent aliquā societatem. quae vniuersa perdiscere neq<sub>3</sub> fœ-  
mina possunt, quibus intra puberes annos officia mox vi-  
bus domesticis profutura discenda sunt; neque serui, quibus  
per eos annos vel maxime seruendū est, quibus possunt di-  
scere; neq<sub>3</sub> pauperes, aut opifices, aut rusticī, quibus in di-  
victus labore est querendus. Ob eam causam Tullius ait,  
abhorrente à multitudine philosophiam. At enim rudes Epi-  
curus accipiet. Quomodo ergo illa, quae de principijs rerū  
dicuntur intelligent? qua perplexa, & inuoluta, vix erā  
politi homines assequitur. In rebus igitur obscuritate im-  
plicitis, & ingeniorum varietate confusis, & eloquentiū  
virorum exquisito sermone fucatis, quis imperito, ac rudi  
locus est? Deniq<sub>3</sub> nullas vñquā mulieres philosophari do-  
cuerunt, præter vnam ex omni memoria T hemistis; neq<sub>3</sub>  
seruos, præter vnum Phadonem, quem male seruientem  
redemisse, ac docuisse Cebetem tradunt. Enumerant etiam  
Platonem, ac Diogenem: qui tamen serui non fuerunt: sed  
bis seruitus enenerat: sunt enim capti, Platonem quidem  
redemisse Aniceris quidam traditur HS VIII. itaque inse-  
ctatus est conuicijs hunc ipsum redemptore Seneca, quod  
paruo Platonem astimauerit furiosus, vt mihi quidem vi-  
detur, qui homini fuerit iratus, quod non\* multum pecu-  
nia perdidit. scilicet aurum\* pendere debuit, tanquam pro  
mortuo Hectore; aut tantum ingerere numorum, quantū  
vendor non poposcit. Ex Barbaris vero nullum præter v-  
num Anacharsim Scytham: qui philosophiā ne somnia-  
set quidē, nisi & lingua, & græcas literas ante didicisset.

multam pe-  
cuniam  
appendere

Q V O D ergo illi poscente natura faciendum esse sen-  
serunt; sed tamen neq<sub>3</sub> ipsi facere potuerunt; neq<sub>3</sub> à philo-  
sophiā fieri posse viderunt: sola hac efficit doctrina calestis;  
quia sola sapientia est. Illi scilicet persuadere cuiquā porue-  
runt

periculum  
omne &

runt; qui nibil persuadent etiam sibi, aut cuiusquam cupiditates oppriment; iram tēperabunt, libidinem coercent; etnam ipsi & cedant vitiis; & fateantur, plus valere naturam. Dei autem praecepta, quia & simplicia, & vera sunt, quantum valeant in animis hominum, quotidiana experientia demonstrant. Da mibi virū, qui sit trācūdus, medicus, effrenatus: paucissimis Dei verbis tam placidum, quem ouem, reddam. Da cupidum, avarum, tenacem: tibi cum liberalē dabo, & pecuniam suam plenū manus largientem. Da timidum doloris, ac mortis: iam cresces, & ignes, \*taurum contemnet. Da libidinosum, adulterum, ganeonem: iam sobrium, castum, continentem videbis. Da crudelē, & sanguinis appetitatem: iam in via clementiam furor ille mutabitur. Da iniustum, misipē, peccatorem: continuo & aquis, & prudens, & innocens erit. Uno enim lauacro melitia omnis abolebitur. Tanta diuine sapientie vis est; vt in hominis pectus infusa, matre delictorum stultitiam uno semel impetu expellat. ad quid efficiendum, non mercede, non librīs, non lucubrationib⁹ opus est. Gratis ista fuit, facile, cito; modo pateant aures, & pectus sapientiam sitiat. Nemo vereatur nos. aquam non vendimus; nec solem mercede prestamus. Dei sonus berimus, atque plenissimus patet cunctis; & hoc celesti lumen universu oritur, quicunq; oculos habent. Num quā hac philosophorū aut unquam præstuit, aut præstare si vellet, potest? Qui cum aates suis in studio philosophie conterant, neq; alium quenqua, neq; seipso (si natura paulum obstruit) possunt facere meliores. Itaq; sapientia eoru; vt plurimū efficiat, non excindit vicia, sed abscondit. Pallia vero. Dei præcepta sic totum hominem immutant, & expositio vetere nouū reddunt; vt non cognoscas eundē esse.

xxv i.

Q u i d ergo; nibil ne illi simile præcipiunt? Iumo

per-

permulta: & ad verum frequenter accidunt. sed nibil ponderis habent illa præcepta; quia sunt humana; & auctoritatē maiori, id est diuina illa carent. Nemo igitur credit; quia tam se hominē putat esse, qui audit; quā est ille, qui præcipit. Præterea nihil apud eos certi est, nihil, quod à scientia veniat. Sed cū omnia coniecturis agantur; multa etiā diuersa, & varia proferantur: stultissimi est hominus, præceptus eorum velle parere: qua verum vera sint, an falsa, dubitatur. & ideo nemo pareat, quia nemo vult ad incertum laborare. Virtutem esse, Stoici aiunt, qua sola efficiat vitam beatam. Nihil potest verius dici. Sed quid, si cruciabitur, aut dolore afficietur? Poterit ne quisquā inter carnifices beatus esse? Immo verū illatus corpori dolor, materia virtutis est. itaq; ne in tormentis quidem miser est. Epicurus multo fortius, Sapiens, inquit, semper beatus est; & vel inclusus in Phalaridis taurō banc vocem emittet. Suave est, et nihil curio. Quis enim non irriserit? Maxime; quod homo voluntarius personam sibi viri fortis imposuit. & quidem supra modum. Non enim fieri potest, vt quisquā cruciatus corporis pro voluptatibus ducat; cū satis sit, ad officium virritus implendum perferre, ac sustinere. Quid dicitis Stoici? Quid tu Epicure? Beatus est sapiens, etiam cum torquetur. Si propter gloriam \* patientia non fruetur: in tormentis enim fortasse morietur. Si propter memoriam; aut non sentiet, si occidunt animos; que si sentiet, nihil ex ea consequetur. Quia ergo aliis fructus est in virtute: qua beatitudo vita: vt aequo animo moriatur? Bonum mihi affectis ruius hora, aut fortasse momenti, propter quod non expediat in tota vita miserijs, & laboribus confici. Quantum autem temporis mors occupat? que cum venit, utrum aequo animo, eam subieris, iam nihil refert. Ita sit, vt nihil aliud ex virtute capitur nisi gloria. Sed hec aut

M 4

sus-

patientia  
vi. n.

sequitur  
vi.n.

superuacua, & breuis est, aut prauis hominum iudicijs non\* sequenda. Nullus igitur ex virtute fructus est, vii virtus mortalis est, et caduca. Ita qui haec locuti sunt, ymbram quandam virtutis viderunt, ipsam virtutem non viderunt. Defixi enim fuerunt in terram; nec vultus suis in altum erigebant, vt eam possent intueri; qua se se a celsis regionibus ostentabat. Haec causa est, cur preceptis eorum nullus obtemperet; quoniam aut ad vitia eruditum, si voluptatem defendunt, aut si virtutem afferunt; neque peccato poenam minantur, nisi solius turpitudinis; neque virtute ullam premium pollicentur, nisi solius honestatis, & laudis; cum dicant, non propter aliud, sed propter seipsum expendam esse virtutē. Beatus est igitur sapiens in tormentis; sed cum torquetur pro fide, pro iustitia, pro Deo, illa patientia doloris beatissimum faciet. Est enim Deus, qui solus potest honorare virtutem, cuius merces immortalitas sola est. quā qui non appetunt, nec religionē tenent, cui aeterna subiacet vita, profecto neq; virtutis vim sciunt, cuius priuū ignorant; neq; in celum spectant, quod ipsi se facere putant, cum res non\* vestigabiles quarunt; quia ratio in celum spectandi nulla alia est, nisi aut religionem suscipere, aut animam suam immortalem esse credere. Quisquā enim aut Deum colendum esse intelligit, aut immortalitatis spem sibi propositam habet; mens eius in celo est: et licet id non aspiciat oculis; anima tamen lumine aspicit. Qui autem religionem non suscipiunt; terreni sunt; quia religio de celo est. & qui animā putant cum corpore integrare, aequi in terram spectant; quia ultra corpus, quod est terra, nihil amplius vident, quod sit immortale. Nihil igitur prodest, hominem ita esse fictum, vt recto corpore spectet in celum; nisi erecta mente Deum cernat; & cogitatio eius in spe vitae perpetua tota versetur.

Q V A P R O

27

Q V A P R O P T E R nihil aliud est in vita, quo ratio, quo conditio nostra nitatur; nisi Dei, qui nos genuit, agnitus, & religiosus, ac pius cultus. vnde quoniam philosophi aberrauerunt sapientes utiq; von fuerunt. Questierunt illi quidem sapientiam: sed quia non rite querebant; prolapsi sunt longius; & in tantos errores inciderunt, ut etiam communē sapientiam non tenerent. Non enim tantum religionem afferere noluerunt; verum etiam susciperunt; dum specie virtutis falsa induiti, conantur animos omni metu liberare. quae religionis eueratio, natura nomen inuenit. Illi enim, cum aut ignorarent, à quo esset effectus mundus; aut persuadere vellent, nihil esse diuina mente perfectum; naturam esse dixerunt rerum omnium matrē; quasi dicerent, omnia sua sponte esse nata: quo verbo plane imprudentiam suam confuentur. Naturā enim, remota prouidentia & potestate diuina, prorsus nihil est. Q uod si Deum naturā vocant; quae perueritas est, naturam potius quam Deum nominare? Si autem natura ratio est, vel necessitas, vel conditio nascendi, non est per seipsum sensibilis; quia neesse est, mentem esse diuinam, quae sua prouidentia nascendi principium rebus omnibus prebeat. Aut si natura est celum, atque terra, & omne, quod natū est, non est Deus natura, sed Dei opus. Non dissimili errore credunt esse fortunam, quasi deam quandam res humanas varijs casibus illudentem; quia nesciunt, vnde sibi bona, & mala eueniant. Cum hac se compositos ad preliandum putant; nec ullam tamen rationem reddunt, à quo, & quam ob causam; sed tantum cum fortuna se digladiari momentis omnibus gloriantur. Iam quicunque aliquos consolati sunt ob interitum, amissionē, carorum; fortuna nomen accrimis accusationibus prociderunt: nec omnino villa eorum disputatio de virtute est, in qua non fortuna vexetur. M. Tullius in sua consolatione pugnasse se semper contra

M 5 fortun-

&  
datis

fortunam laquitur; eamq; à se esse superatam, cum fortunater inimicorum impetus retudisset; ne tum quidem se ab ea fractum, cum domo pulsus patria caruit. tum autem, cum amiserit carissimam filiam, victum se à fortuna turpiter confiteretur. Cedo, inquit, \*en manum tollo. Quid hoc homine miserius, qui sic iaceat? Inspiceret, inquit; sed qui profiteretur se esse sapientē. Quid ergo sibi vult assumptio nimirum? Quid contemptus ille rerum, qui magnificis verbis prætenditur? Quid diffar. ceteris habitus? Aut cur omnino præcepta sapientia\* dantur; si nemo, qui sapiat, adhuc inuenitus est? Et quisquam nobis inuidiam facit, quia philosophos negamus esse sapientes? cum ipsi nec scire se quicquam, nec sapere fateantur. Nam si quando ita defecerim, ut ne effingere quidem quicquam possint; quod faciunt in rebus ceteris: tum vero ignorantie admonentur; & quia furibundi exilunt; et exclamant, se cacos esse, et excordes. Anaxagoras pronuntiat, circunfusa esse tenebris omnia. Empedocles angustus esse sensuum semitas queritur, tanquam illi ad cogitandum rhesus, & quadrigis opus esset. Democritus quasi in putoe quodam sic alto, ut fundus sit nullus, veritatem iacere demersam: nimirum stulte, ut cetera. Non enim tanquam in putoe demersa est veritas; quid vel descendere, vel etiam cadere illi licet, sed tanquam in summo montis excelsi vertice, vel potius in calo. quod est verissimum. Quid enim est, cur eam potius in innum depresso dicere; quam in summū levatam? nisi forte mentem quoq; in pedibus, aut in imis calcibus constitutre malebat potius quam in pectore, aut in capite. Adeo remotissimi fuerūt ab ipsa veritate, ut eos ne statu quidem sui corporis admoneret, veritatem in summo illis esse querendam. Ex hac desperatione confessio illa Socrati nata est; qua se nihil scire dixit, nisi hoc unum, quid nihil sciat. Hinc academia disciplina manavit; si tamē disciplina die potest

potes, in qua ignoratio & disicitur, & docetur. Sed ne illi quidem, qui scientiam sibi assumperunt, id ipsum, quod se scire putabant, constanter defendere potuerunt. Qui, quoniam ratio illis non quadrabat; per ignorantiam rerum diuinarum tam vary, tam incerti fuerunt, sibiq; sepe contraria differentes, vt quid sentirent, quid vellent, statuere, ac dijudicare non possit. Quid igitur pugnes aduersus eos homines, qui suo sibi gladio percunt? Quid labores, vt eos destruas, quos sua ipsis destruxit, atq; affligit oratio? Aristoteles (inquit Cicero) veteres philosophos accusans, ait eos aut stultiissimos, aut gloriofissimos fuisse, qui existimatissen philosophiam suis ingenis esse perfectam. sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, breui tempore philosophiam plane absolutam fore. Quid igitur fuit illud tempus? quando est, aut à quibus absoluta? Nam quod ait stultiissimos fuisse, qui putassent ingenis suis perfectā esse sapientiam; verum est: sed ne ipse quidem satis prudenter, qui aut à veteribus cæptam, aut à nouis auctam, aut mox à posterioribus perfectum iri putauit. nunquam enim potest inuestigari, quod non per viam suam queritur.

Sed repetamus id, quod omisimus. Fortuna ergo per se nihil est: nec sic habendum est, tanquam sit in aliquo sensu. Siquidem fortuna est accidentium rerū subitus, atq; inopinatus evenitus. Verum philosophi, ne aliquando non errant, in re stulta volunt esse sapientes; qui fortuna sexum mutant; eamq; non deam, sicut vulgus, sed Deum esse dicunt. Eundem tamen interdum naturam, interdum fortunam vocat; quod multa (inquit idem Cicero) efficiat inopinata nobis propter obscuritatem, ignorationemq; causarum. Cum igitur causas ignorent, propter quas fiat aliquid; & ipsum, qui faciat, ignorent, neceesse est. Idem in opere valde serio, in quo præcepta vita deprompta ex philosophia

philosophia filio dabat, magnam, inquit, esse fortune vim in utrunque partem, qui nesciat? Nam &, cum prospere flatu eius utimur, ad exitus peruenimus optatos; &, cum resflauerit, affligimur. Primum, qui negat sciri posse quicquam, sic hoc dixit, tanquam & ipse, & omnes sciunt. Deinde, qui, etiam quae clara sunt, dubia conatur efficere, hoc putauit esse clarum; quod illi esse debuit vel maxime dubium, nam sapienti omnino falsum est. Quis, inquit, nescit? Ego vero nescio. Doceat me ( si potest) que sit illa vis, qui flatus iste, & qui resflat. Turpe igitur est, hominem ingeniosum dicere id, quod si neges, probare non possit. Postremo, quod is, qui dicit, assensue esse remedor, quod stulti sit boni nisi, rebus incognitis temere assentiri is plane vulgi, & imperitorum opinionibus creditit, qui fortunam putant esse, que hominibus tribuat bona, & mala. nam simulachrum eius cum copia, & gubernaculo fingunt; tanquam haec & opes tribuat; & humanarum rerum regimen obtineat. Cui opinioni & Virgilius assentit, qui fortuna omnipotente vocat: & historicus, qui ait. Sed profecto fortuna in omni re dominatur. Quid ergo ceteri dñs loci supereft? Cur no aut ipsa regnare dicitur si plus potest; aut sola colitur, si omnia? Vel, si tantum mala immittit; aliquid causa proferant, cur si dea sit hominibus inuidet, eosq; perditos cupiat, cu ab his religiose colatur: cu aquior sit malis, iniquior autem bonis. cur infidetur, affligat; decipiat, & exterminet: quis illam generis hominum vexatricem perpetuam constituerit: cur denique tam mala fortita sit potestate, ut res cunctas ex libidine magis, qua ex vero celebret, obscureretq;. Hac inquam philosophos inquirere oportuit potius, quam temere innocentem accusare fortunam: qua etiam si sit aliqua, nihil tam efferri ab his potest, cur hominibus tam inimica sit, quam puram. Itaque illa omnes orationes, quibus iniquitatem fortuna

lacerant, suasq; virtutes contra fortunam superbissime iacent; nihil aliud sunt, quam deliramenta inconsiderata levitatis. Quare non inuidient nobis, quibus aperuit veritatem Deus: qui sicut scimus, nihil esse fortunam; ita scimus, esse prauum, ac subdolum spiritum, qui sit inimicus bonis, hostisq; iustitie, qui contraria faciat, quam Deus. cuius inuidia causam in secundo libro explicauimus. Hic ergo insidiatur vniuersis; sed eos, qui nesciunt Deum, errore impedit, stultitia obruit; tenebris circumfudit; ne quis posset ad diuini nominis peruenire noitiam: in quo uno & sapientia continetur, & vita perpetua. Eos autem, qui deu sciuunt, dolis, & astutia aggreditur; vt cupiditate, ac libidine irretiat; ac \* peccati blandimenti depravatos, impellat ad mortem, vel, si dolo nihil profecerit, vi & violentia deycere conatur. Iccirco enim in primordijs transgressionis non statim ad paenam detrusus a Deo est, ut hominem malitia sua exerceat ad virtutem. qua nisi agitetur, ni assidua vexatione roboretur; non potest esse perfecta siquidem virtus & perferendorum malorum fortis, ac iniucta patientia. Ex quo sit, vt virtus nulla sit, si aduersarius desit. Huius ictusq; peruersa potestatis cum vim sentirent virtuti repugnantem, nomeng; ignorarent; fortuna vocabulum sibi inane fixerunt. Quod quam longe a sapientia sit remotum, declarat Iuuenalis his versibus.

Nullum numen abeft, si sit prudentia: sed nos

Te facimus Fortuna deam, caloq; locamus.

Stultitia igitur, et error, et caccitas, (et vt Cicero ait) ignoratio rerum, atque causarum; Natura, ac Fortuna nomina induxit. Sed vt aduersarij suum nesciunt; sic nec virtutem quidem sciunt; cuius scientia ab aduersarij notione descendit. Que si coniuncta est cum sapientia, vel ( vt ipsi dicunt) eadem ipsa sapientia est: ignorent necesse est, in quibus rebus sit a sit. Nemo enim potest veris armis instrui, si ho-

*stem, contra quem fuerit armatus, ignorat: nec aduersarium vincere; qui in dimicando non hostem verum, sed umbram petit. Prosternetur enim, qui alio intentus, venente vitalibus suis itum nec praevidenter ante, nec cauerit.*

**D**O C V I , quantum mea mediocritas tulit, longe deum philosophos iter à veritate tenuisse. Scio tamen, quām multa praeterrit, quia non erat mihi propria contra philosophos disputatio. Sed huc necessario disserendum fuit; vt ostenderem, tot, & tanca ingenia in rebus falsis esse cōsumpta; ne quis forte à prauis religionibus exelusus, ad eos se conferre vellit, tanquam certi aliquid repertus. Vna igitur spes homini, vni salus in hac doctrina, quā defendimus, positā est. Omnis sapientia hominis in hoc uno est, vt Deum cognoscat, et colat. hoc nostrum dogma, hac sententia est. *Quanta itaque voce possum, testificor, proclamo, denuntio.* Hoc est illud, quod philosophi omnes in tota sua vita quaesierunt; nec unquam tamen inquisigare, comprehendere, tenere valuerunt, quia religione aut <sup>et</sup> inueniuntur, prauam tenuerunt, aut totam penitus susciperunt. Facientes igitur illi omnes, qui humanam vitam non instruunt, sed turbant. Quid enim docent? aut quem instruunt? qui seipso nondum instruxerunt? Quem sanare agroti, quem regere ceci possint? Huc ergo nos omnes, quibus est cura sapientie, conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid sciat? aut Anaxagoras in tenebris lumē inuenias? aut Democritus veritatem de puteo extrahat? aut Empedocles dilatet animi sui semitas? aut Arcesilas, & Carneades videant, sentiat, percipiatur? Ecce vox de calo veritatem docens, et nobis sole ipso clarissimā lumē offendens. Quid nobis iniqui sumus? & sapientiam suscipere cunctamur, quam docti homines concurris in querendo et atibus suis, nunquam reperiire potuerunt. Qui vult sapiens, ac beatus efficitur.

Hic hic

*esse, audiat Dei vocem, discat iustitiam; sacramentum natitatis sue norit; humana contemnat, diuina suscipiat; vt summum illud bonū, ad quod natus est, possit adipisci. Dissolutis religionibus vniuersis; & omnibus, quacunq; in earum defensionem dici vel solebant, vel poterant, refutatis; deinde conuictis philosophiae disciplinis, ad veram nobis religionem, sapientiamq; veniendum est; quoniam est (vt docebo) vrrumq; coniunctum; vt eam vel argumentis, vel exemplis vel idoneis testibus asseramus; & stultiam, quā nobis isti Deorum cultores obiectare non desinunt, vt nullam penes nos, sic totam penes ipsos esse doceamus. Et quamquam prioribus libris, cum falsas arguerem religiones; & \* hic, cum falsam sapientiam tollerem, vbi veritas sit ostenderim: planius tamen, quae religio, & qua sapientia vera sit, liber proximus indicabit.*

hec

## L. COELII

L. COELII FIRMIANI  
— LACTANTII DIVINARVM  
INSTITUTIONVM LIBER. IIII.

De vera sapientia & religione.

considerant

**C**OGITANTI \*mibi Constantine Imp. & cum animo meo sapere reputanti priorem illum generis humani statum; & mirum parster, & indignum videri solet, quod vnius seculi stultitia, religiones varias suscipiens, Deosq; multos esse credentis, in tantam subito ignorantem suū ventum est, ut ablata ex oculis veritate, neque religio Dei veri, neque humanitatis ratio teneretur, hominibus non in celo summum bonum querentibus, sed in terra. Quam ob causam profecto seculorum veterum mutata felicitas est. Coperunt enim relictō parente, & constitutore omnium Deo, insensibilia digitorum suorum figmenta venerari, que prauitas quid efficerit, aut quid malorum attulerit, res ipsa declarat. auersi nanque à summo bono, quod ideo beatum, ac sempiternum est, quia videri, tangi, comprehendendi non potest; & à virtutibus ei bono congruentibus, quae sunt aequae immortales; ad hos corruptos, & fragiles Deos lapsi; & studentes iis rebus, quibus solum corpus ornatur, alitur, delectatur, mortem sibi perpetuam cum Diis, & cum bonis corporalibus quaesierunt, quia morti corpus omne subiectum est. Insecuta est igitur huiusmodi religiones iniustitia, & impietas; sicuti fuerat necesse. desierunt enim vultus suos in celum tollere, \*sed deorsum mentes hominum depresso, terrenis ut religioni bus, sic etiam bonis\* inhærebat. securum est disodium generis humani, & fraus, et nephās omne; quia spretis atter-

&  
adheserunt

hi

nū, atque incorruptis bonis, que sola debent ab homine concupisci; temporalia, & brevia maluerunt; maiorq; hominibus ad malum fides fuit; qui prauum recto, quia praesencius fuerat, prætulerunt. Sit humanam vitam prioribus seculis in clarissima luce versatam caligo, ac tenebra comprehenderunt. Et quod huic prauitati conguens erat; postquam sublata sapientia est; tum demum sibi homines sapientum nomen vendicare coperiunt. Tum autem nemo sapiens vocabatur, cum omnes erant. Utinamque nomen illud aliquando publicum quamvis ad paucos redactum, tamen vim suam retineret. Possent enim fortasse pauci illibet ingenio, vel auctoritate, vel astudis hortamentis liberare populum vitiis, et erroribus. sed adeo in totum sapientia ceciderat; ut ex ipsa nominis arrogatio nullum eorum, qui vocarentur, \*apparuerit fuisse sapientem. Et tamen prius, quam hac philosophia qua dicitur esse, inueniretur, septem fuisse traduntur; qui primi omnium; quia de rebus naturalibus querere, ac disputare sunt aucti, sapientes haberi, appellariq; meruerunt. O miserum, calamitosumq; seculum; quo per orbem totum septem soli fuerunt, qui hominum vocabulum cierentur: nemo enim potest iure dici homo, nisi qui sapiens est. Sed si ceteri omnes, præter ipsos, stulti fuerint; ne illi quidem sapientes; quia nemo sapiens esse vere, iudicio stultorum potest. Adeo ab his absuit sapientia; ut ne postea quidem incremente doctrina; & multis, magnisq; ingenii in id ipsum semper intentis, potuerit perspicere veritas, et comprehendendi. Nam post illorum septem sapientum gloriam, incredibile est, quanto studio inquirendā veritatis Gracia omnis exarserit. At primum, nomen ipsum \*sapientia arrogans putauerunt; seq; non sapientes, sapientia, sed studiosos sapientie vocauerunt. Quo facto & illos, qui temere sapientum sibi nomine asciuerant, erroris, stultitiae, & damnauerunt & se quoque ipsos ignorantia; quam quis

N

quidem

dem nō diffirebantur. Nam vbi cunq; rerum natura inge-  
niis eorum quasi manus opposuerat, ne rationē possent ali-  
quam reddere; testificari solebant, nihil scire se, nihil cerne-  
re. Vnde multo sapientiores inueniuntur, qui se aliquatenus  
parte viderunt; quam illi, qui se sapere crediderunt.

II. Q U A R E, si neque illi fuēre sapientes, qui sunt appelle-  
lati; neque posteriores, qui non dubitauerunt insipientiam  
conficeri; quid supereft, nisi vt alibi sit quārēda sapientia,  
quando non est, vbi quārebatur, inuenta? Quid autem  
pūtemus fuisse causa, cur tot ingenii, totque temporibus  
summo studio, & labore quaestia non reperiaretur; nisi quid  
eam philosophi extra fines suos quaesierunt? Qui quoniam  
per gratus, & exploratis omnibus, nusquam nullam sapien-  
tiam comprehendērunt; & alicubi esse illam necesse est: ap-  
paret, illuc potissimum esse quarendam, vbi stultitia titulum  
apparet; cuius velamēto Deus, ne arcānū summi sui diuini  
operis in propatulo esset, thesaurum sapientia, ac veritatis  
abscondit. Vnde equidem soleo mirari, quid cum Pythagoras,  
& postea Plato, amore indagandæ veritatis accesserunt  
ad Aegyptios, & Magos, & Persas usque penetrassent, vi-  
earum gentium ritus, & sacra cognoscerent (suscipieban-  
tur enim, sapientiam in religione versari) ad Iudaos tan-  
tum non accesserint; penes quos tunc solos erat; & quod fa-  
cilius ire potuissent. Sed auersos esse arbitror diuina pro-  
videntia, ne scire possent veritatem: quia nondum fas erat  
alienigenis hominibus, religionem Dei veri, iustitiamque  
notescere. Statuerat enim Deus, appropinquante uli-  
mo tempore, Duce magnum calitus mittere, qui eam  
perfido, ingratoque populo ablatam, exterus gētibus reue-  
laret. Qua de re in hoc libro aggrediar disputare; si prius  
ostenderem sapientiam cum religione sic cohærere, vt diuelli  
vitrumque non posse.

gazettis

D E O R V M cultus, vt in priore libro docui, non ha-  
bet sapientiam; non modo quia diuinum animal hominem  
terrenis, fragilibusq; sub sternit; sed quia nihil ibi differitur,  
quod proficiat ad mores excolendos, vitamq; formandam,  
nec habet inquisitionē aliquam veritatis, sed tantummodo  
ritum colende, qui nō officio mentis, sed ministerio corporis  
constat. Et ideo nō est illa religio vera iudicanda; quia nul-  
lis iustitia, virtutisq; preceptis erudit, efficitq; meliores.  
Itaq; philosophia, quia veram religionē, id est summā pie-  
tatem nō habet, non est vera sapientia. Nam si diuinitas,  
quaē gubernat hunc mundū, incredibili beneficentia genus  
homini sustentat, & quasi paterna indulgentia souer, vult  
profecto gratiam sibi referri, & honore dari. nec constare  
homini ratio pietatis potest, si cælestibus beneficiis exti-  
terit ingratus; quod non est utiq; sapientis. Quoniam igit  
(vt dixi) philosophia, & religio Deorum, disjuncta sunt,  
longe q; discreta; siquidem alij sunt professores sapientiae, per  
quos utiq; ad Deos nō adiutur; alij religionis antistites, per  
quos sapere non discitur: appareat, nec illam esse veram sa-  
pietiam, nec hanc religionē. Iccirco nec philosophia potuit  
veritatem comprehendere; nec religio deorum, rationem  
sui, qua caret, reddere. Vbi autem sapientia cum religione,  
inseparabili nexu cohæret; virumque verum esse necesse  
est, quia et in colendo sapere debemus, id est scire, quid nobis,  
& quomodo sit colendum; & in sapiendo colere, id est  
re, & actu, quod scierimus, implere. Vbi ergo sapientia  
cum religione coniungitur? scilicet, vbi Deus colitur  
vnus; vbi vita, & actus omnis ad vnum caput, & ad vnam  
summam refertur. Deniq; iidem sunt doctores sapientiae,  
qui & dei sacerdotes. Nec tamen moveat quēquam, quia  
sepe factū est, & fieri potest, vt philosophus aliquis, Deo-  
rum suscipiat sacerdotiū, quod cum sit, nō tamē coniungi-  
tur philosophia cū religione; sed & philosophia inter sacra  
cessa-

cessabit; & religio, quando philosophia tractabitur. Illa enim religio muta est, non tantum, quia mutorum est; sed quia ritus eius in manu, & digitis est; non in corde, aut lingua, sicut nostra, qua vera est. Icciro & in sapientia religio, & in religione sapientia est. Ergo non potest segregari; quia sapere nihil aliud est, nisi Deum verum iustum ac piis cultibus honorare. Multorum autem Deorum cultus non esse secundum naturam, etiam hoc argumento colligi potest, & comprehendendi: Omnem Deum, qui ab homine colitur, necesse est inter solennes ritus, & precationes, patrem nuncupari, non tantum honoris gratia, verum etiam rationis, quod et antiquior est homine; et quod virtus, salutem, victimum prestat, ut pater. Itaque ut Iupiter a precatis pater vocatur, & Saturnus, & Ianus, & Liber, ex ceteri deinceps; quod Lucilius in Deorum concilio irridet:

Vt nemo sit nostrum, quin pater optimus diuum.

Vi Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars, Ianus, Quirinus pater nomen dicatur ad unum.

Quod si natura non patitur, ut sint unus homini plures patres (ex uno enim procreatur) ergo Deos etiam multos colere, contra naturam est, contrariaque pietatem. Unus igitur colendus est; qui potest vere pater nominari. Idem etiam dominus sit, necesse est; quia sicut potest indulgere, ita etiam coercere. Pater ideo appellandus est, quia nobis multa, & magna largitur: dominus ideo, quia castigandi, ac puniendo habet maximam potestatē. Dominum vero eundem esse, qui sit pater, etiam iuris civilis ratio demonstrat. Quia enim poterit filios educare, nisi habeat in eos domini potestatē. Nec immerito paterfamilias dicitur, sicut etiam filios habeat. videlicet nomine patrii complectitur etiam seruos, quid familias sequitur. Et nomen familiae complectitur etiam filios, quia pater antecedit. unde appareat, eundem ipsum & patrem esse seruorum, & dominum filiorum. Denique

& filius manumittitur tanquam seruus; & seruus liberatus, patroni nomen accipit, tanquam filius. quod si propterea paterfamilias nominatur, vt appareat, eum duplice potestate praditum; quia & indulgere debet, quia pater; & coercere, quia dominus; ergo idem seruus est, qui & filius; idem dominus, qui & pater. Sicut igitur naturae necessitate non potest esse nisi unus pater, ita nec dominus nisi unus, quid enim faciat seruus, si multi domini diversa imperarent? Ergo contrarationem, contraque naturam sunt religiones multorum Deorum. siquidem nec patres multi possunt esse, nec domini; Deos autem, & patres, & dominos nuncupari, necesse est. Teneri ergo veritas non potest, ubi homo idem multis patribus, dominisque subiectus est; ubi animus in multa dispersus, hic, atque illuc divagatur. Nec habere ullam firmatatem religio potest, quando certo, & stabili domicilio caret. Cultus igitur Deorum veri esse non possunt; eodem modo, quo matrimonium dici non potest, ubi mulier una multos viros habet; sed hac aut meretrice, aut adultera nominabitur. à qua enim pudor, castitas, fides absit, virtute careat necesse est. Sic & religio Deorum impudica est, & incesta; quia fide caret; quia honos ille instabilis, & \*incestus, caput, atque originem non habet.

incertus.  
v.n.99.

Q V I B V S rebus appetet, quā inter se coniuncta sint IIII  
sapientia, & religio. sapientia spectat ad filios, quā exigit amorem; religio ad seruos, quā exigit timorem. Nam si cui illi patrē diligere debent, & honorare; sic hi dominum colere, ac vereri. Deus autem, qui unus est, quoniam utramque personam sustinet, & patris, & domini; & amare eū debemus, quia filij sumus, & timere, quia serui. Non potest igitur nec religio à sapientia separari, nec sapientia à religione secerni; quia idem Deus est, qui et intelligi deberet, quod est sapientia; & honorari, quod est religionis. Sed

sapiencia precedit; religio sequitur: quia prius est, Deum scire; consequens, colere. Ita in duobus nominibus una est, quamvis diversa esse videatur. Alterum enim positum est in sensu, alterum in actu. Sed tamen similia sunt duabus riuis ex uno fonte manantibus. Fons autem sapientie, & religionis Deus est: a quo hi duo riui si aberrauerint, arescant necesse est: quem qui nesciunt, nec sapientes esse possunt, nec religiosi. sic sit, ut philosophi, & qui Deos colunt, similes sint aut filii abdicatis, aut seruis fugitiis, quia neq; illi patrem quarunt, neq; hi dominum. & siue abdicati, hereditatem patris non assequuntur, & fugitiis impunitatem; ita neque philosophi immortalitatem accipiunt, que est regni caelestis hereditas, id est sumnum bonum; quod illi maxime querunt; neque cultores Deorum, penam sempererna mortis effugient; qua est animaduersio veri domini aduersus fugitiuos sue maiestatis, ac nominis. Deū vero esse patrem, eundemq; dominū, viri, ignorauerunt, tam cultores Deorum, quam ipsi sapientia professores: quia aut nihil omnino colebant, aut religiones falsas approbauerunt; aut, etiam si vim, potestatemq; summi Dei intellexerunt, ut Plato, qui ait unū esse fabicatorem mundi Deū; & M. Tullius, qui fatetur hominem praeclarā quadam cōditionē à summo Deo esse generatum; tamen ei debitum cultum tanquam summo patri nō rediderunt: quod erat consequens, ac necessariū. Deos autem neq; patres, neq; dominos esse posse, non rātum multitudo (ut supra ostendi) sed etiam ratio declarat: quia neq; sicutum esse à Diis hominem traditur, neq;, Deos ipsos antecedere originem hominis, inuenitur. siquidem fuisse in terra homines, ante quam Vulcanus, & Liber, & Apollo, & ipse Iupiter nascerentur, appetit. Sed neq; Saturno filio hominis, neq; Calo patri eius assignari solet. Quid si nullus eorum, qui coluntur, formasse à principio, atque insi-  
tuisse

tuisse hominem traditur, nullus igitur ex his pater homini nuncupari potest; ita ne Deus quidem. Ergo fas non est, venerari eos, à quibus non sit homo generatus; quia neque à multis generari potest. Vnus igitur, ac solus coli debet, qui Ioue, qui Saturnum, qui Calum ipsum, terrāq; anteceſſit. Is enim necesse est hominem figurauerit, qui ante hominem, calum, terrāque perfecit. Solus pater vocationis est, qui creauit; solus dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vita, ac necis verbum, & perpetuam potestatem. quem qui non adorat; & insipiens seruus est, qui dominum suum aut fugiat, aut nesciat; & impius filius, qui suum verum patrem vel oderit, vel ignoret.

N V N C, quoniam docui sapientiam, & religionem non posse diduci; supereft, ut de ipsa religione, ac sapientia disseramus. Sero quidem, quam sit difficultas de rebus caelestibus disputatio: sed tamen audendum est: ut illustrata veritas pateat; multiq; ab errore, atq; interitu liberetur; quis etā sub velamine stultitia latente aſternatur, ac respuit. Sed prius quam incipiam de Deo, & operibus eius dicere; mihi pauca de prophetis ante dicenda sunt. quorum testimoniū nūc vti necesse est. quod in prioribus libris ne facerem, temperauit. Ante omnia, qui veritatem studet comprehendere, non modū intelligendis prophetarum vocibus animum debet intendere; sed etiam tempora, per quae quisq; illorum fuerit, diligenter inquireat; ut sciat & quia futura predixerint; & post quot annos predicta cōpleta sunt. Nec difficultas in his colligēdū inest vlla. testati sunt enim, sub quo quisque rege diuini spiritus fuerit passus in ſinclum. Multiq; scriptores liberos de temporibus ediderunt, ini-  
tiū facientes à propterea Moysē, qui "Troianum bellū nō gentis fere annis antecessit. Is autem, cum per annos qua-  
draginta populum rexisset, successorē habuit Iosuem; qui vi. n. 100. Tefum

vi. n. 101. *septem, & viginti annis tenuit principatum. Exinde sub iudicibus\* fuerunt per annos trecentos septuaginta. tu\* miliato statu reges habere coeperunt. quibus imperium tenuit quinquaginta annos quadringentos<sup>†</sup> l. x. usque ad Sedenchieum, oppugnati a rege Babylonio, captique Iudei, diuturnum servitium pertulerunt; donec septuagesimo anno eos Cyrus maior terris, ac sedibus suis redderet; qui per idem tempus in Persas suscepit imperium, quo Roma Tarquinii Superbus.*

*Quare cum omnis temporum series & ex Iudaicis, & ex Gracis, Romanisq; historiis colligatur; etiam singulorum prophetarum tempora colligi possunt; quorum sane ultimus Zacharias fuit; quem constat sub Dario rege, secundo anno regni eius, octauo mensis cecinisse. Adeo antiquiores etiam Gracis scriptoribus prophetae reperiuntur. Quae omnia eò profero; ut errorem suum sentiant, qui scripturam sacram coarguere videntur, tanquam nouam, & recens fictam; ignorantes ex qua fonte sancta religionis origo manauerit. Quod si quis collectis, perspectuq; temporibus, fundamentum doctrinae Lubriter iecerit; & veritatem penitus comprehendet; & errorem cognita veritate, deponet.*

VI. *D e s igitur machinator, constitutorq; rerum, sicuti in secundo libro diximus; ante quam preclarum hoc opus mundi adoriretur, sanctum, & incorruptibilem, spiritum genuit, quem filium nuncuparet. Et quamvis alias posse innumerabiles per ipsum creauisset, quos angelos dicimus, hunc tamen solum primogenitum divini nominis appellatione dignatus est, patria scilicet virtute, ac maiestate pollentem. esse autem summi Dei filium, qui sit potestate maxima praeditus, non tantum congruentes in unum voces prophetarum, sed etiam Trismegisti predicatione, & Sybillarum vaticinia demonstrant. Hermes in eolibre,*

*qui ὁ λόγος τέλεios inscribitur, his uisus est verbis, ὁ κύριος καὶ τῶν πάντων πειθὺς, ὃν θεὸν καλεῖν νεομίκαμεν, εἴτε τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὄρατὸν καὶ αἰδητὸν (αἰδητὸν δὲ φημι & μιὰ τὸ αἰδέας αὐτὸν, περὶ τοῦ τόπου δικαιοῦ πότερον αὐτὸς αἰδούστο, ἀλλ' ὅτι εἰς αἰδητὸν ὑποπέμψας ἦσιν γὰν) ἐπεὶ τοῦτον ἐπόιησε πειθῶν καὶ μόνον καὶ ἔνα, καὶ λός δέ αὐτῷ ἐφάνη καὶ παρέστατο πάντων τῆς ἀγαθῶν ἡγεσία τε καὶ πάντας ἐφίλησεν ὡς ἴδιον τόπον. Sibylla Erythraea in carminis sui principio, quod à summo Deo exorsa est, filium Dei, Duce, & Imperatore omnium his versibus predicit.*

*πανταχόφον κτίσνει στίσι γαλυκὸν πνεῦμα ἀπαντάθετο, καὶ ἕντες θεοὺς πάντων ἐποίησε.*

*Et rursus in fine eiusdem carminis:*

*αὐτὸν ἐδωκε θεὸς πιστὸς ἀνδράστι γεγαγγέν.*

*Et alia Sibylla præcipit hunc oportere cognoscī:*

*αὐτὸν σὸν γίνωσκε θεὸν θεοῦ ἤδη εόντα.*

*Videlicet ipse est Dei filius, qui per Solomonem sapientissimum regem diuino spiritu plenum locutus est, ea qua subiecumus: Deus condidit me in initio viarum suarum, in opera sua ante secula. Fūdauit me in principio, ante quam terram ficeret, & ante quam abyssos constitueret; prius quam prodirent fontes aquarum. ante omnes colles genuit me dominus: fecit regiones, & terras inhabitabiles sub calo. Cum pararet calum, aderam illi; & cum secerneret suam sedem, cum super ventos faceret validas nubes, & cum confirmatos poneret montes sub calo. quando fortia faciebat fundamenta terre, eram penes illum disponens.*

*Ego eram, cui adgaudebat; quotidie autem iucundabar ante faciem eius, cum lataretur orbe perfecto. Iccirco autem Trismegistus Δημιουρού τοῦ θεοῦ dixit. & Sibylla σύμβουλον appellat; \* qui tanta sapientia, & virtute sit instructus a Deo patre, ut & consilio eius, et manibus retetur in fabricatione mundi.*

quod

VII FORTASSE querat aliquis hoc loco, quā sit illius tam potens, tam Deos carus, & quod nomen habeat; utrū prima nativitas non modo antecesserit mundum, utrum etiam prudentia disposuerit, virtute construxerit. Primum scire nos conuenit, nomen eius neque angelus quidem nostrum esse, qui morantur in cælo; sed ipsi soli, ac Du patri. nec ante id publicabitur, vt est sanctis literis traditum; quam dispositio Dei fuerit impleta. Deinde nec emittari posse dominus ore: sicut Hermes docet, haec dicens: αἵτια δὲ τούτου τὸ αἵτιον οὐ τὸ θεοῦ ἀγαθοῦ βούλησις, οὐ δὲ τροπήν εὔγενος, εἰ τὸ ὄνομα ἐδύναται αἱρεστόν φέρειν λαλητῆναι.

Et paulo post ad filium.

Ἐστι τὸς ἡ τέκνον ἀπόρρητος λόγος σοφίας ὅστος οὐδεὶς τὸν μὲν νόον κύριον πάντων, οὐ τροπὴν μένον χρυσόν. οὐ εἰστεῖν πάπιαν τροπήν εἴσι. Sed quāvis nomen eius, quod ei à principio pater sumimus imposuit, nullus alius prater ipsum sciat; habet tamen & inter angelos aliud vocabulum, & inter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominatur. nam Christus non propriū nomen est, sed nūcupatio potestatu, et regni. sic enim Iudei reges suos appellabāt. Sed expōda huius nominis ratio est propter ignorantū errorem; qui eū immutata litera Chrestū solent dicere. Erat Iudeis ante praecepit, vt sacrū conficeret vnguentum; quo perungi possent ἡ, qui vocabantur ad sacerdotium, vel ad regnum. Et sicut nunc Romanis indumentum purpura, insigne est regia dignitatis assumptio; sic illis vncio sacri vnguenti, non men, ac potestatem regiam conferebat. Verū quoniam Gracis vereres χρήσει dicebant vngi, quod nunc ἀλειφεῖ, sicut indicat Homericus versus ille,

ἀντρες δὲ δμασαὶ λοῦσαν, η χρῖσεν εἰλαίον.

ob hanc rationem nos eum Christum nūcupamus, id est, vncium, qui hebraice Mēsias dicitur. Vnde in quibusdam Gracis scripturis, que male de Hebraicis interpretate

sum,

sunt, ἀλειφεῖνος, id est vngendo curatus, scriptum inuenitur, Στο τὸ ἀλειφεῖνος. Sed tamen utrolibet nomine rex significatur: non quod ille regnum hoc terrenum fuerit aedes, cuius capiendi nondum tempus aduenit, sed quod celeste, ac sempiternum. de quo differemus in ultimo libro. nunc vero de prima eius nativitate dicamus.

I N. primis enim testificamur, illum bis esse natum; VIII primum in spiritu, postea in carne. Vnde apud Hieremiam ita dicitur: Prīus quam te formare in utero, noui te. Et itē apud ipsum: Beatus qui erat ante, quām nasceretur; quod nulli alii contigit, prater Christū. Qui cū esset à principio filius Dei, regeneratus est denuo secundum carnē. quæ duplex nativitas eius magnū intulit humanis pectoribus errorē; circūfunditq; tenebras etiā iis, qui verae religionis sacramēta retinebant. Sed nos id plane, dilucideq; monstrabimus; vt amatores sapientie facilius, ac diligētius instituantur. Qui audit, Dei filium dici; non debet tantum nefas mēte concipere, vt existimet ex cōnubio, ac permissoне fēminæ alicuius Deū procreasse; quod non facit nisi animal corporale, mortiū subiectū. Deus autē, cum solus sit, cuipermiscere se potuit? aut cū esset rāte potestatus, vt quicquid vellet, efficeret; vtq; ad creandū societate alterius nō indigebat. nisi sorte existimabimus, Deum, sicut Orpheus putauit, et mare esse, et fēminā, quod aliter generare nequiverit, nisi haberet vim sexus vtriusq; quasi aut ipse secum coierit; aut sine coitu nō potuerit procreare. Sed Hermes in eadē fuit opinione, cū dicit ἀντοπάτορα, η ἀντοπάτορα. Quod si ita esset, vt à prophetū pater dicitur, sic etiā mater diceretur. Quomodo igitur procreauit? Prīmū nec sciri à quoq; possunt, nec narrari opera diuina; sed tamen sancta litera docet, in quibus cautum est illum Dei filium, Dei esse sermonē; itemq; ceteros angelos Dei spiritus esse.

Nam

Nam sermo est spiritus cum voce aliquid significanter perlatuſ. Sed tamen quoniam spiritus, & sermo diuersis partibus proferetur; siquidem spiritus naribus, ore sermo procedit; magna inter hunc Dei filium, & ceteros angelus differentia est. Illi enim ex Deo taciti spiritus extiterunt, quia non ad doctrinam Dei tradendam, sed ad ministrum creabantur. Ille vero cum sit & ipse spiritus, tamen cum voce, ac sono ex Dei ore processit, sicut verbum, uscibet ratione, quia voce eius ad populum fuerat yunctus; id est, quod ille magister futurus esset doctrina Dei, et uestitus arcani ad homines perferendi. quod ipsum primogenitus est, ut per eum ipse ad nos loqueretur; & ille vocem Dei, ac voluntatem nobis revelaret. Merito igitur sermo, & verbum dei dicitur: quia Deus procedentem de ore sua vocalem spiritum, quem non vtero, sed mente conceperat, inexcogitabili quadam maiestatis sua virtute ac potentia in effigiem, qua proprio sensu, ac sapientia vigeat; comprehendit; & alios item spiritus in angelos figurauit. Nostri spiritus dissolubiles sunt, quia mortales sumus. Dei autem spiritus & vivunt, & manent, & sentiunt; quia ipse immortalis est, & sensus, & vita dator. Nostra voces lucea misceantur, atque euangeliantur, tamen plerisque permanent literis comprehensa. quanto magis Dei vocem attendendum est & manere in eternum; & sensu, ac virtute comitari; quam de Deo patre tanquam riuius de fonte tu duixerit. Quod si quis miratur ex Deo Deum prolatione vocis, ac spiritus potuisse generari; si sacras voces prophetarum cognoverit, desinet projecto mirari. Solomonem, patremque eius David potentissimos reges fuisse, et eosdem prophetas, etiam ius fortasse sit notum, qui diuinis litteris non attigerunt; quorum alter, \*qui posterius regnauit, Troiana urbis excidium centum & quadragesima annis amecebit. Huius pater diuinarum scriptor hymnorum in

vii. n. 103.

psalmo xxxi. 1. sic ait: Verbo Dei cali solidati sunt, & in spiritu oris eius omnis virtus eorum. Item rursus in psalmo quadragesimoquarto: Eructauit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea regi. Contestans videlicet, nulli alijs opera Dei esse nota, nisi filio soli; qui est verbum Dei; & quem regnare in perpetuum, necesse est. Item Solomon ipsum, verbum Dei esse demonstrat, cuius manibus opera ista mundi fabricata sunt. Ego, inquit, ex ore altissimi produxi ante omnem creaturam; ego in calis feci ut oriretur lumen indeficiens; & nebula texi omnem terram. Ego in altis habitavi; & thronus meus in columna nubis. Ioannes quoque ita tradidit: In principio erat verbum; & verbum erat apud Deum; & Deus erat verbum. Hoc fuit in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.

Sed melius Graci λόγοι dicunt, quam nos verbum, siue sermonem. λόγος enim & sermonem significat, & rationem; quia ille est & vox, & sapientia Dei. Hunc sermonem diuinum ne philosophi quidem ignorauerunt, si quidem Zenon rerum naturae dispostorem, atque opificem uniuersitatis λόγοι pradicat; quem & fatum, & necessitatem rerum, & Deum, & animum Iouis nuncipat; ea scilicet consuetudine, qua solent Iouem pro Deo accipere. Sed nihil obstant verba; cum sententia cogruat veritati. Est enim spiritus Dei; quem ille animum Iouis nominavit, nam Trismegistus, qui veritatem pene uniuersam nescio quomodo inuestiganit; virtutem, maiestatemque verbis sape descripsit; sicut declarat superius illud exemplum; in quo facetus esse ineffabilem quandam, sanctumque sermonem, cuius enarratio modum hominis excedat. Dixi de nativitate prima breuiter, ut potius. Nunc de secunda, quoniam controversia est in ea maxima, latius differendum

*est; vt veritatem scire cupientibus, lumen intelligentia preferamus.*

**x** IN primis igitur scire homines oportet, sic à principio processisse dispositionē summi Dei, vt esset necesse, appropinquare seculi termino, Dei filium descendere in terram: ut constitueret Deo templum, doceretq; iustitiam: veritatem non in virtute angeli, aut potestate celesti, sed in figura hominis, et conditione mortali: vt cū magisterio functus fuisset, traduceretur in manus impiorum, morte q; suscipiet, vt ea quoq; per virtutem domita resurgeret, & homini, quē induerat, quem gerebat, & spem vincenda mortis afferret, & ad præmia immortalitatis admitteret. Ita ergo dispositionem nequis ignoret, docebimus prædicta esse omnia, quæ in Christo videmus esse cōpleta. Nemo afflorationi nostra fidē cōmodet; nisi ostendero prophetas annorum multam temporum série prædicasse, fore, aliquando vi- lius Dei nascetur sicut homo, & mirabilia faceret, et cul tum Dei per totā terram seminaret, & postremo, patibula figeretur, & tercia die resurgeret. Quæ omnia cū probauero eorum ipsorum literis, qui Deum suum mortali corpore videntē violauerunt, quid aliud obstat, quo minus veram sapientiam, clarū sit, in hac sola religione versari? Nam à principio totius sacramenti origo narranda est. Maiores nostri, qui erāt principes Hebraorū, cum sterilitate, atq; impia laborarēt, transferunt in Aegyptū rei frumentaria gratia; ibiq; diutius commorantes, intolerabili seruitiū iung premebantur. tum misertus eorum Deus, eduxit eos, at liberavit de manu regis Aegyptiorum, post annos\* trecentos triginta, duce Moysē, per quem postea illis lex \* à Deo dūta est, in qua educatione ostendit virtutem sua maiestatis Deus. Traecit enim populum medio mari rubro, præcedente angelō, & scindente aquam, vt populus per siccam gradī posset; quem verius (vt ait poëta)

quadrinētos

vi.n.104.

*Curuata in montis faciem circunstetit vnde.*

Quare audita tyrannus Aegyptiorum cū magna suorum manu infsecutus, & mare adhuc patens temere ingressus, coētibus aquis cū omni exercitu deletus est. Hebrei vero egressi, in solitudine multa mirabilia viderūt. Nā cum sim patet, ita virgē rupe percussa, profluit fons aquæ, populumq; recreauit. Quo rursus esuriēte, celestis alimēti pluvia descēdit, quin etiam cocurnices in castra eorū veni- tū induxit, vt nō modo pane celesti, sed etiā instrūctionibus epulis saturarētur. Pro his tamen diuinū beneficis honore Deo nō reddiderunt, sed depulsa iam seruiture, ita siti, fameq; deposita, in luxuriam prolapsi, ad prophanos Aegyptiorum ritus animos transtulerunt. Cum enim Moyses dux eorū ascendisset in montē, atq; ibi 40. diebus moratur, aureū caput bonis, quē vocant Apis, quod eos signo præcederet, figurarunt. Quo peccato, ac scelere offensus Deus, impium, & ingratum populum pro merito pœnis graib; afficit; & legi, quam per Moysem derat subiugavit. Postea vero cū in deserta quadā parte Syria consedissent, amiserunt vetus nomē Hebrei. & quoniā princeps examinis eorum Iudas erat, Iudei sunt appellati; et terra, quam incoluere, Iudea. Et primo quidem nō dominio regū subiecti fuerūt, sed populo, ac legi ciuiles iudices præsidebant; non tamen in annum cōstituti sunt, sicut Romani consules, sed perpetua iurisdictione subnixi. Tū sublato iudicium nomine, potestas regalis inducta est. Verū iudicibus regimē eorum tenentibus, prauas religiones saepe suscep- rāt; atq; offensus ab his Deus, toties eos alienigenis subiugabat, donec rursus pœnitentia populi mitigatus, libera- ret eos seruitute. Item sub regibus finitimorū bellū, ob delicta vexati, postremo capti, abducti q; Babylonem, pœnas impietas sua, graui seruitio pependerūt; donec Cy- rus veniret in regnum; qui statim Iudeos restituit edictio.

Exinde

al.  
decimum.  
v. n. 105.

*Exinde Tetrarchas habuerunt vsq; ad Herodem; qui sub imperio Tiberij Cæsar; cuius anno quintodecima, est duobus geminis consulibus, ante diem "septimam calendarum aprilium Iudei Christum cruci affixerunt. In rerum textu, hic ordo in arcans sanctarū literarum continetur. Sed prius ostēdam, qua de causa in terram venit Christus; vt fundamentum divinae religionis, & ratione rescat.*

**XI** *C*VM sape Iudei præceptis salutaribus repugnari, atque à diuina lege desiderarent aberrantes ad impios cultus Deorum; tam Deus iustos, & electos viros spiritus cito implebat prophetas in media plebe cōstituens; per quae peccata ingrati populi verbis minacibus increparerat; & hilominus hortaretur ad pœnitentiam sceleris agendum quam nisi egissent; atque abieciū vanitatis ad Deum suum redissent; fore, vt testamentum suum mutare, est, hereditatem vitæ immortalis ad exteras conuenientes nationes; aliumq; sibi populum fideliorum ex alienigenis congregaret. Illi autem à prophetis increpatis, non multa verba eorum respuerunt; sed quodd; sibi peccata exprobarentur, offensi, eos ipsos exquisitus cruciatis necauerunt. Quia omnia diuina litera signata conservauit. Dicit enim propheta Ieremias: Misisti ad vos seruos meos prophetas; et lucem mittebam; & non audiebatis me, neq; intendebatis auribus vestris; cum diceret vobis: Conuertatur vnuſq; à via sua mala, & à nequissimis affectationibus vestris; & habitabitur in terra ista, quam dedi vobis, & patriabus vestris à seculo vsque in seculum. Nolite ambulare post Deum alienos, vt seruatis eis; & ne incitetis me in operibus manuum vestrarum, ad disperdendos vos. Hesdras etiam propheta, qui fuit eiusdem Cyri temporibus, à quo Iudei sunt restituti; sic loquitur: Descluerunt à te; & abiecerunt li-

*gem tuam posse \*cor suum; & prophetas tuos interficerunt, qui obtestabantur eos, vt reueterentur ad te. Item Helias in libro Barathrō tertio: Aemulans emulatus sum domino Deo omnipotenti; quia dereliquerunt te filii Iraæl; & altaria tua demolierunt; & prophetas tuos interficerunt glorio; & remansi ego sollicitarius; & quarunt antimam meam auferre à me. Propter has illorum impietates abdicauit eos in perpetuum; itaque desit prophetas mittere ad eos. Sed illum filium suum primogenitum; illum opificem rerum, & consiliatorem suum delabi ius sit ē calo, vi religionem sanctam Dei transferret ad gentes, ēdest, ad eos, qui Deum ignorabant; doceretq; iustitiam, quam perfidus populus abiecerat; quod iampridem denuntiauerat se facturum: sicut Malachias propheta indicat dicens: Non est mihi voluntas circa vos, dicit dominus; & sacrificium acceptum non habeo ex manibus vestris; quoniam à solis ortu vsque ad occasum clarificabitur nomen meum apud gentes. Item David in psalmo x v 1-10 Constituens me in caput gentium: populus, quem non cognoui, seruies mihi. Esaias quoque sic loquitur: Venio colligere omnes gentes, & linguas; & venient, & videbunt claritatem meam; & dimittam super eos signum; & mittam ex his confitentes in gentes, que longe sunt; que non audierant gloriam meam; & nuntiabunt claritatem meam in gentes. Volens igitur Deus metatorem templi sui mittere in terram; noluit eum in potestate, & claritate caelesti mittere; vt ingratus in Deum populus in errorem maximum induceretur; ac penas pro facinoribus suis fueret; qui dominum, ac Deum suum non receperisset; quod olim propheta cecinerant, sic esse facturum. Esaias enim quem ipsi Iudei sera consectum crudelissime necauerunt; ita dicit: Audi calum, & percipe auribus terra, quoniam dominus locutus est: filios genui, & exaltauit; ipsi autem spreuerunt corpus.*

O me.

me. agnouit bos possessorem suum, & asinus præsepium domini sui; Israel autem me non cognovit; & populus meus me non intellexit. Hieremias quoque similius ait. Cognovit tempus suum turtur, & birundo; & ruris p̄fseres custodierunt tempora introitus sui; populus autem meus non cognovit iudicium domini. Quomodo dicas. Sapientes sumus, & lex domini nobiscum est? Incautus facta est metatura; salsi scribae, & confusi sunt; sapientia trepidauerunt, & capti sunt, quoniam verbum dominum probauerunt. Ergo (vt cœperam dicere) cum statuisset Deus, doctorem virtutis misere ad homines; renascitur denuo in carne præcepit; & ipsi homini similem fieri, tradux, & comes, & magister esset futurus. Sed tamen quam clemens est, & pius erga suos Deus; ad eos ipsos emisit, quos oderat, ne illis in perpetuum salutis viam clauderet; sed daret his liberam facultatem sequendi Deum, vt & præmium vita adipiscerentur, si secuti fuissent, qui plurimi eorum faciunt, atque fecerunt: & culpa sua panam mortis incurrent, si regem suum repudiassem, quod sciebat esse facturos. Apud illos igitur, & ex eorum semine regenerari eū iussit, ne, si fuisset alienigena, iusta possent excusationem de lege prætendere, quod cum non scepissent simul, vt nulla omnino ḡs esset in terra, cuius immortalitatis negaretur.

XII. DESCENDENS itaque de celo sanctus ille spiritus Dei, sanctam Virginē, cuius utero se insinuaret, elegit. At illa diuino spiritu hausto repletā cōcepit, & sine ullo annūctu viri repete virginalū uterū intumuit. Quid si anima illa quedam vento, \*aut aura cōcipere solere, omnibus nūtum est; cur quisquam mirum putet, cum spiritu Dei, & facile est quicquid velit, grauatam esse Virginē dicimus. Quod sane incredibile posset videri, nisi hoc futurum am-

multa secula propheta cecinissent. Solomon ita dicit: Infirmatus est uterū Virginis, & accepit fætū; & grauata est, & facta est in multa miseratione mater Virgo. Itē propheta Esaias; cuius verba sunt hac: Propter hoc dabit Deus ipse robis signū; Ecce Virgo accipiet in uterū, & paries filium; & vocabit nomen eius Hemanuel. Quid hoc magnificius dici potest? Legebāt ista Iudei, qui eū negauerūt, si quis nos hac singere arbitratur, ab his requirat, ab his portiū sumat. Satis firmum testimonium est ad probandam veritatē, quod ab ipsis prohibetur inimicus. Hemanuel autē nunquā vocatus est, sed Iesus; qui latine dicitur salutaris, sive salvator; quia cunctis genitibus salutis ferit. Sed propheta declarauit hoc nomine, quod Deus ad homines in carne venturus esset. Hemanuel enim significat nobiscum Deus; scilicet quia illo per virginē nato, confiteri homines oportebat, Deū secum esse, id est, in terra, et in carne mortali. Vnde David in psalmo 84: Veritas, inquit, de terra orata est, quia Deus, in quo veritas est, terrenum corpus accedit; vt terrenis viam salutis aperiret. Item Esaias ipse: Ipsi autem non crediderunt, & exacerbauerunt spiritum sanctum. & conuersus est eis ad inimicitiam. Et ipse expugnat; & recordatus est dierum seculi, qui suscitauit de terra pastorem ouium. Quis autem futurus esset ille pastor, declarauit alio loco, dicens: Exultent exultes sperantes; & nubes induant iustitiam; aperiatur terra, & pullulet saluatorem. Ego enim dominus Deus creavi eū. Saluator vero est (vt supra diximus) Iesus. Sed & alio loco idē propheta sic prædicauit: Ecce natus est nobis puer, & datus est nobis filius; cuius imperium super humeros eius: & votatum est nomen eius, magni cōfiliū nuntius. Acciō enim missus est à Deo patre; vt vniuersis gentibus, qua sub celo sunt; singularis, & veri Dei sanctum mysterium renelaret, ablatum perfido populo, qui aduersus Deum sepe deliquerit.

Daniel quoque similia prælocutus est: Videbam, inquit, visu noctis, & ecce in nubibus cœli vt filius hominis veniens, & usque ad vetustum dierum peruenit. Et qui afflabant, obtulerunt eum; & datum est ei regnum, & honor, & imperium; & omnes populi, tribus, lingua seruient ei, & potest as eius aeterna, quæ nunquam transibit; & regnum eius, quod non corrumpetur. Quomodo igitur Iudei confitentur, & sperant Christum Dei? qui hunc icum reprobauerunt, quia ex homine natus est. Nam cum iu sit à Deo constitutum, vt idem Christus bis veniat in terram, semel, vt unum Deum gentibus nuntiet, deinde unus, vt regnet: quomodo in secundum eius aduentum abundant, qui in primum non crediderunt? At qui Propheta utrosque aduentus eius paucis verbis comprehendit: Ecce, inquit, in nubibus cœli, vt filius hominis veniens, non dixit, vt filius Dei, sed filius hominis; vt ostenderet, quod canne indui haberet in terra; vt suscepit hominis figura, & conditione mortali, doceret homines iustitiam: & commandatis Dei functus, veritatem gentibus reuelasset, militaretur eiā morte; vt inferos quoque vinceret, ac resurreceret; atque ita deum resurgens, ad patrem proficeretur in nube sublatus. Adiecit enim propheta, et ait: Et usq; a antiquum dierum peruenit; & oblatus est ei. Antiquum dierum appellavit Deum summum; cuius etas, & origo non potest comprehendendi; quia solus à seculis fuit, & in secula. Christum autem post passionem, resurrectionem ascensurum esse ad Deum patrem, Daud in psalmo centesimono nono contestatus est his verbis: Dixit dominus domino meo, sede à dexteris meis, quoadusquam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. qui propheta, cum rex esset, quem appellare dominum suum posset, qui sederet ad dexteram Dei, nisi Christum filium Dei, qui est rex regum, & dominus dominorum? Quod

Esaia

Esaia apertius ostendit dicens: Sic dicit dominus Deus Christo domino meo, cuius tenui dexteram, Obaudire ante eum g̃etes faciam; & fortitudinem regum disrumpam. Aperiam ante illum portas, & ciuitates non claudentur. Ego ante ibo; & montes deplanabo; & fores areas conterram; & seras ferreas confringam; & dabo tibi thesauros absconditos & inuisibilis; vt scias, quia ego sum dominus Deus, qui roco nomen tuum, Deus Israël. Denique ob virtutem, ac fidem, quam Deo exhibuit in terra; datum est ei regnum, & honor, & imperium; & omnes populi, tribus, lingua, seruient ei; et potest as eius aeterna, quæ nunquam transibit; & regnum eius non corrumpetur. Quod quidem duobus modis intelligitur; quia & nunc habet perpetuam potestatem, cum omnes gentes, & omnes lingua nomen eius venerantur, maiestatem confitentur; doctrinam sequuntur, virtutem imitantur; habet imperium, atque honorem, cum omnes tribus terra præceptis eius obtemperant. & idem postea, cum rursus aduenerit, in potestate, ac claritate, vt omnem animam iudicet, & iustos restituat ad vitam: tunc vere totius terra regimen obtinet: tunc sublato de rebus humanis omni malo, aureum seculum (vt poëta vocant) idest iustum, ac pacificum tempus orietur. Sed hac uberioris in ultimo libro differemus, cum de secundo aduentu loquemur; nunc de prima, vt coepimus, explicemus.

S V M M V S igitur Deus, ac parens omnium, cum religionem suam transferre voluisse, doctorem iustitiae misit ē celo; vt nouis cultoribus nouam legem in eo, vel per eum daret: non sicut ante fecerat per hominem; sed tamen nasci eum voluit tanquam hominem; vt per omnia sarmato patri simili existeter. Ipse enim pater Deus, & origo, & principium rerum, quoniam parentibus caret, & auctor;

*argum̄tūs à Trisinegisto verissime nominatur; quod nullo sit procreatus. Iccirco etiam filium his nasci oportet ut ipse fieret & exāctus atque & p̄fītus. In prima enim ualuitate spirituali & p̄fītus fuit; quia sine officio matris, si Deo patre generatus est. In secunda vero carnali & tān fuit; quoniam sine patris officio, virginali vtero processu est; ut medium inter Deum, & hominem substantiam ḡvens, nostram hanc fragilem, imbecillem, & naturam quā manu ad immortalitatem posset educere. factus est & Da filius per spiritum, & hominis per carnem. id est, & Deus & homo. Dei virtus in eo ex operibus, qua fecit, apparet. fragilitas hominis, ex passione, quam perirelit, quam suscepit, paulo post docebo. Interim & Deum fuisse hominem ex utroque genere permisimus, prophetis rānantibus discimus. Esaias Deum fuisse testatur h̄i uita. Fatigata est Aegyptus, & natio Aetbiopū, & Sabaym̄ti ad te transgradientur, & tui erunt serui; & post tembulabunt vinciti compedibus, & adorabunt te; & te prouibuntur, quoniam in te Deus est, & nō aliud Deus praeter tu. Tu enim Deus es, & nesciebamus, Deus Israēl salvator. Confundentur, & reuerebuntur omnes, qui aduerserentur tibi, & cadent in confusione. Item propheta Hieremias ait. Hic Deus noster est, & non deputabitur aliud ab illo; qui inuenit omnem viam prudentiae, & dedit eā luci pueru suo, & Israēl dilectō sibi. Post hac in terris visus est cum hominibus versatus est. Item David in psalm̄ XLIIII: *Thronus tuus deus in secula seculorum, virga agitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odio habuisti iniustitiam; propterea vinxit te Deus, Deus tuus oleo extatōnis.* Quo verbo etiam nomen ostendit. siquidem (supra docui) abunctione appellatus est Christus. Deinde hominem fuisse eūdem, Hieremias docet, dicens: *Et homo est, & quis cognouit eum?* Item Esaias: *Et mittet tu Da**

hominem,\* & saluabit eos: & iudicans sanabit eos. Sed et qui Moyses in Numeris ita loquitur: *Orietur stella ex Iacob, et exurget homo ex Israēl. Propterea Milesius Apollo cōsul-tus virūmne Dcūs, an homo fuerit, hoc modo respondit:*

*Συντὸς ἐνν κατὰ σάρκα τοδὸς τερατώδησιν ἔργοις,  
εἰλ̄ ὑπὸ χαλδαῖον κρίτων ὅπλοις συναλοθεῖς,  
γόμφοις καὶ σολοῦταις πικρὴν ἀνέτλησε τελευτὴν.*

Primo versu verum quidem dixit; sed argute consultorem fessellit, sacramentum veritatis penitus nescientem. Videtur enim negasse illum Deum. sed cum fatetur secundum carnem fuisse mortalem; quod etiā nos prædicamus; consequens est, ut secundum spiritum Deus fuerit; quod nos affirmamus. Quid enim fuerat necesse carnū facere mentionem? cum satis esset dicere, fuisse mortalem. Sed veritate pressius negare non potuit quemadmodum res se haberet; sicut illud, quod ait, fuisse sapientem. Quid ad hoc Appollo respondes? Si sapiens est, ergo doctrina eius sapientia est, nec vlla alia; & sapientes, qui sequuntur, nec vlli alij. Cur igitur vulgo pro stultis, & vanis, & ineptis habemur; qui sectamur magistrum, etiam ipsorum deorum confessione sapientem? Nam quid ait, portentifica illum opera fecisse, quo maxime diuinitatis fidem meruit; assentiri nobis iam videtur, cum dicit eadem, quibus nos gloriamur. Sed colligit se tamen, & ad demoniacas fraudes reddit. Cum enim verum necessitate dixisset, iam deorum, ac suis proditor videbatur; nisi quod ab eo veritas extorserat, mendacio fallente celasset. Ait ergo, illum fecisse quidē opera miranda, verū, non diuina virtute, sed magica. Quid mirum, si hoc Apollo veritatē ignoratiibus persuaserit; cum Iudai quoḡ cultores (vt videbantur) summi Dei, idem putauerint? cum ante oculos eorum quotidie fierent illa miracula, quæ eis prophetæ futura prædixerat: nec tamē tantum virtutum contemplatione impelli potuerūt, vt Deum

crederent, quem videbant. Propterea David, quem cæteros prophetas vel maxime legunt; in psalmo x xvi sic eos dannat: Redde illis retributionem eorum, quoniam non intellexerunt opera domini. Ex huius ipsius donum Christum generatum secundum carnem, & ipse David & alii prophetæ annuntiaverunt. Apud Esaiam ita scriptum est: Et erit illa die radix Iesse, & qui exurget præpari in nationes, in eum gentes sperabunt; & erit regnum eius in honore. & alio loco: Exiit virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus Dei, spiritus sapientiae, & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientia, & pietatis, & impulsum spiritus timoris Domini. Iesse autem fuit pater David; ex cuius radice ascensurum esse florem, prælocutus est Silicet, de quo Sibylla dicit

εὐθίστε δ' αὐθός καθαρός -

Item in βαπτεῖων lib.

secundo. Prophetæ Nathan missus est ad David voluntati Deo templum fabricare: & fuit verbum domini Nathan dicens: Vade, & dic seruo meo David, Hec haec dominus omnipotens: Non tu adificabis mihi domum in habitandum; sed cum impelli fuerint dies tui, et dormies cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, & regnum, rabi \*semen eius. Hic adificabit mihi domum in nomine meo; & erigam tribunum eius usque in seculum; et ego ei in patrem, & ipse erit mihi in filium; & fidem confugetur domus eius, & regnum eius usque in seculum. Sed hæc ut Iudei non intelligerent, illa fuit causa, quia Solomon filius David Deo templum adificauit, & cunctum, quam de suo nomine Hierosolyma nuncupauit. Ita ad ipsum, que à propheta dicta sunt, retulerunt. Solomon autem ab ipso patre suo imperij regimen accepit. Propterea vero de eo loquebantur, qui tum nasceretur, postquam David cum patribus suis requieuerit. Præterea Solomon

imp.

imperium perpetuum non fuit. annis enim x L. regnauit. Deinde quod nunquam filius Dei dictus est, sed filius David; & domus, quam adificauit, non est fidem consecuta, sicut ecclesia; qua est verum templum Dei; quod non in parietibus est, sed in corde, ac fide hominum; qui credunt in eum, ac vocantur fideles. Illud vero Solomonum tempulum, quia manu factum est, manu cecidit. Denique pater eius in psalmo c x x v i. de operibus filij sui prophetauit hoc modo: Si dominus non adificauerit domum; in vanum laborauerunt, qui illum adificauerunt. si dominus non custodierit ciuitatem; in vanum vigilauit, qui eam custodivit.

Q V I B V S ex rebus apparet, prophetæ omnes de-  
nuntiasse de Christo, fore aliquando, vt ex genere David  
corporaliter natus constitueret aeternum templum Deo,  
quod appellatur ecclesia; & universas gentes ad religio-  
nem Dei veram conuocaret. Hac est domus fidelis, hoc im-  
mortale templum; in quo si quis non sacrificauerit, immor-  
talitatis premium non habebit. Cuius templi & magni, &  
eterni quoniam Christus fabricator fuit; idem, neceesse est,  
habeat in eo sacerdotium sempiternum. Nec potest nisi  
per eum, qui constituit ad templum, & ad conspectum Dei  
perueniri. David in psalmo c i x. id ipsum docet docens:  
viii. 107.  
Ante luciferum genui te. Iuravit dominus, & non paenitebit eum. tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem  
Melschijedech. Item in βαπτεῖων lib. primo: Et suscitabo  
mihi sacerdotem fidelē; qui omnia, quæ sunt in corde meo,  
faciat; & adificabo ei domū fidelē; & transfigbit in conspectu  
meo omnibus diebus. Quis autem futurus esset, cui Deus  
aeternum sacerdotiū pollicebatur, Zacharias etiam nomine  
posito, apertissime docuit: Et ostendit mihi dominus Deus  
Iesum sacerdotem magnum stantem ante faciem angelis

Os

domi-

domini; & diabolus stabat ad dextram ipsius, ut adu-  
saretur ei. Et dixit Dominus ad diabolum: Impera do-  
minus in te, qui elegit Hierusalem. & ecce titio electus ab  
igne; & Iesus erat induitus vestimentis sordidis, & staba  
ante faciem Angelii; & respondit, & dixit ad circumstan-  
tes ante faciem ipsius dicens: Auferte vestimenta sordida  
ab eo; & induite eum tunica talaris; & ponite cylarium  
mundam super caput ipsius; & cooperuerunt eum vesti-  
mento; & imposuerunt cylarium mundam super caput  
eius; & Angelus domini stabat, & testificabatur, ad le-  
sum dicens: Hæc dicit dominus omnipotens; si in viis meis  
ambulaueris; & precepta mea seruaueris, tu iudicabis do-  
mum meum, & dabo tibi, qui conuersetur in medio ho-  
rum circumstantium. Audi itaque Iesu sacerdos magne.  
Quis non igitur captos mentibus tum fuisse Iudaos arbi-  
tretur, qui cum hac legarent, & audirent, nefandas manus  
Deo suo intulerunt? At qui ab eo tempore, quo Zacharias  
fuit; usque ad annum quintumdecimum imperii Tiberii  
Caesaris, quo Christus crucifixus est; prope quingenti anni  
numerantur, siquidē Darij, et Alexandri adoleuit atate, qui  
fuerūt nō multo post, quam Tarquinius Superbus exactus  
est, sed illi rursus eodem modo falsi, decepti, sunt, prius  
hac de Iesu esse dicta filio Naeue, qui successor fuit Mof,  
aut de sacerdote Iesu filio Ioseph, in quos nihil cognitum  
corum, qua propheta narravit. Non enim sordidati illi u-  
quam fuerunt; cum alter eorum princeps potentissimus  
fuerit, alter sacerdos: aut perpetui sunt aliquid aduersi, vi-  
tanquam titio electus ex igne, putarentur. Aut aliquando in  
conspicere Dei, & Angelorum steterunt; aut propheti  
de præteritis loquebatur potius, quam de futuris. Locutus  
est igitur de Iesu filio Dei; ut ostenderet, eum primo in hu-  
militate, & carne esse venturum. Hæc enim est vestis sor-  
dida; ut pararet templum Deo; & sicut titio igni combu-

veretur; id est, ab hominibus cruciamenta perferret; & ad  
ultimo extingueretur. Titionem enim vulgus appellat  
extractum foco torrem semiuistum, extinctum. Quomodo  
autem, & cum quibus mandatis à Deo mitteretur in ter-  
ram, declarauit spiritus Dei per prophetam, docens fu-  
turu[m], ut cum voluntatem summi patris fidelerit, & con-  
stanter impletet; acciperet iudicium, atque imperium  
sempiternum. Si in viis meis, inquit, ambulaueris, &  
præcepta mea seruaueris, tu iudicabis domum meam.  
Quæ fuerint viae Dei, & qua præcepta eius, nec ambi-  
guum, nec obscurum est. Deus enim, cum videret malitia-  
m, & falsorum Deorum cultus per orbem terre ita  
inuauisse; ut iam nomen eius ex hominum memoria fuis-  
set pene sublatum (siquidem Iudai quoque, quibus solis  
arcana Dei creditum fuerat; relictó Deo viuo, ad col-  
lenda figura, irretici dæmonum fraudibus aberrassent;  
nec increpiti per prophetas reuerti ad Deum vellent) fi-  
lium suum legauit ad homines; ut eos conuerteret ab im-  
piis, & vanis cultibus, ad cognoscendum, & colendum  
Deum verum: item, ut eorum mentes à stultitia ad sa-  
pientiam, ab iniuitate ad iustitiae opera traduceret. Hæ  
sunt viae Dei; in quibus ambulare eum, præcepit. Hæc præ-  
cepta, qua seruanda mandauit. ille vero exhibuit Deo fi-  
dem. docuit enim quod vñus Deus sit, eumq[ue] solum colí  
oportere: nec vñquam se ipse Deum dixit: quia non ser-  
uasset fidem; si missus, ut Deos tolleret, & vnum affereret;  
induceret aliū, præter vnum. Hoc erat, non de uno Deo  
facere præconiū; nec eius, qui miserat, sed suum proprium  
negotium gerere; ac se ab eo, quem illustratū uenerat, se-  
parare. Propterea quia tam fidelis exitus, quia sibi nihil  
prospera assumpit, ut mandata mittentis impleret: & sa-  
cerdotis perpetui dignitatem, & regis summi honorem, &  
iudicis potestatem, & Dei nomen accepit.

xv QYONIAM de secunda nativitate diximus, quae hominibus in carne monstrauit; veniamus ad operum miranda, que cum essent celestis indicia virtutis, magis Iudei putauerunt. Cum primum coepit adolescere, timuit est a Ioanne propheta in Iordanem flumine, ut lauacrum tali peccata non sua, que vitue non habebat; sed carnis quam gerebat, aboleret: ut quemadmodum Iudeos suscepit a circuncisione, sic etiam gentes baptismo, id est purificati roris perfusione saluaret. Tunc vox audita de celo est: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quae vox apud David predicta inuenitur. Et descendit super eum spiritus Dei, formatus in speciem columbae candidae. Exinde maximas virtutes coepit operari, non prestatim magis, quoniam nihil veri, ac solidi ostentant; sed vi, ac potestate celesti: qua iampridem prophetis nuntiantibus canebantur. Quae opera tam multa sunt, ut unus liber ad complectendam omnia satis non sit. Enumerabo igitur illa breuiter, et generaliter, sine vlla personarum, ac locorum designatione, n*on* ad exponendam passionis eius, crucisque rationem possum peruenire; quod iamdudum festinat oratio. Virtutes in fuerunt, quas Apollo portenticas appellauit: quod quocunque iter faciebat, agros, ac debiles, et omni mortuum genere laborantes, uno verbo, vnoque momento nubebat incolumes; adeo ut membris omnibus capti, recipi repente viribus roborati, ipsi lectulos suos reportarent, in quibus fuerant paulo ante delati. Claudis vero, ac pedibus viito afflitis, non modo gradiendi, sed etiam currendi debat facultatem. Tunc quorum caca lumina in altissima tenebris erant, eorum oculos in pristinum restituiebat astutum. Mutorum quoque linguis in eloquium, sermonem soluebat. Item surdorum patefactis auribus insinuabat auditum: pollutos, ac sparsos maculis, repurgabat. Et hac omnia non manibus, aut aliqua medela, sed verbo, ac iussioni

faciebat sicut etiam Sibylla predixerat.

τάντα λόγω πράπτων τάσσεται τούτον διεγερεύων.  
Nec vtique nostrum, quod verbo faciebat mirabilia; cum ipse esset Dei verbum, celesti virtute, ac potestate subnixum. Nec satis fuit, quod vires imbecillis redderet, quod debilibus integritatem, quod agri & languentibus sanitatem, nisi etiam mortuos suscitaret, velut è somno solutos, ad vitamq; reuocaret. Quae videtis tunc Iudei, demoniacal potencia fieri arguebant: cum omnia sic futura, ut facta sunt, arcana illorum litera continerent. Legebant quippe cum aliorum prophetarum, tum Esiae verba dicentis: Confidamini manu resolute; Et genua debilia consolamini. Qui estis pusilli animi, nolite timere, nolite metuere: dominus noster iudicium retribuet: ipse veniet, & saluos faciet nos. Tunc aperientur oculi catorum: & aures surdorum audient. Tunc saliet claudus sicut ceruus; & plana erit lingua mutorū, quia erupta est in deserto aqua, et riui in terra stienti. Sed & Sibylla, eadem cecinit hu<sup>m</sup> versibus:

-τεκέων δὲ ἀνάστασις ἐστι

ἡ χωλῶν δρόμος ἐστιν οὐκέτι καφθάσακός εστι.

ἡ ποφλὸι βλέψεσι λαλήσασι εἰς λαλέοντες.

Ob has eius virtutes, et opera diuina, cum magna illum multitudo sequeretur vel debilium, vel agrorum, vel eorum, qui curando suos offerre cupiebant, ascendit in montem quandam desertum, ut ibi adoraret ubi cum triduo moraretur, ac fame populus laboraret, vocauit discipulos, quarens, quantos secum cibos gestarent: At illi quinque panes, et duos pisces in pera se habere dixerunt. Afferri ea iussit, ac multitudinem per quinquagenos distributam discubere. Quod cum discipuli facerent, frangebat ipse panem minutatim; carnemque piscium comminuebat: Et utraque in manibus eius augebantur. Et cum apponi illa populo, discipulis imperasset, saturata sunt quinque hominum

num millia, & insuper duodecim cophini de residuis suis  
minibus impleti. Quid aut dici, aut fieri potest mino-  
lius? At id Sibylla futurum cecinerat olim: Cuius re-  
tales feruntur:

εἰνάρποτισάκηα πέντε, ηγεῖχθύεωτι δοῦλοιον  
ἀνδρῶν χιλιάδας εὐερῆμα πέντε κόρεωτι,  
καὶ τὰ πελασεοντα λαβάν μετὰ κλάσματα πάντα  
δάμεντα πληρώσεις κοφίνες εἰς ἐλπίδα πολλῶν.

Quare igitur quid hic potuerit ars magica moliri, cum  
peritus nihil aliud, quam ad circumscribendos oculos re-  
let. Adem se cessurus orandi gratia, sicut solebat, in mor-  
tem praecepit discipulis, ut nanicula sumerent, sed prae-  
derent. At illi urgente iam vespero profecti, contrario ro-  
to laborare coepерunt. Cumque iam medium fretum tra-  
rent, tum pedibus mare ingressus consecutus est eos, tan-  
quam in solido gradiens; non ut poëta Orionem mentione-  
tur in pelago incidentem; qui demersa corporis parte, hu-  
mero supereminet vndas. Et rursus cum obdormisse in-  
nati; & ventus usque ad extremum periculum saepe  
cepisset: excitatus somno, silere ventum protinus uita.  
& fluctus, qui maximi serabantur, conquiescere: fu-  
ritique sub verbo eius, tranquillitas insecura est. Ma-  
ritiuntur fortasse litera sancta, docentes tantam fruitem  
potestatem, ut imperio suo cogerer ventos obsequi, manu  
seruire, morbos cedere, inferos obedire. Quid quod eadem  
Sibylla carminibus suis ante docuerunt? quarum una, cui  
ius supra fecimus mentionem, sic ait:

τοὺς ἀνέμους πάνυσ τε λόγῳ, σρώσει δὲ θάλασσα  
μανομένη ποσὶν εἰρίνη πίσει τε πατήσας.

Et rursus alia, que dicit:

πόματα πεζεύσει, νόσον ἀνθρώπων επολύση,  
ζήσος τεθνῶτας, ἀπώσται ἀλγεα πολλοῖς,  
εκ δὲ μιᾶς πηγῆς ἄγετο κόρες Θεας ἡ αὔγρων.

Hū testimonii quidā reuicti, solent eō cōfugere, vt aiunt,  
non esse illa carmina Sibyllina, sed à nostris conficta, atq;  
composita. Quid profecto non putabit qui Ciceronem,  
Varronēq; legerit, aliosq; veteres; qui Erythraēam Sibyl-  
lam, ceterasq; commemorant, quarum ex libris ista exem-  
pla proferimus, qui auctores ante obierunt, quam Christus  
secundum carnem nasceretur. Verum nō dubito, quin illa  
carmina prioribus temporibus pro delirantiis habitas sint,  
cum ea nemo tū intelligeret: Denuntiabat enim mōstruo-  
sa quedam miracula: quorum nec ratio, nec tempus, nec  
auctor designabatur. Denique Erythraea fore ait, vt dice-  
recur insula, & mendax. Ait enim:

— φίσσυστοισθέντειν —

μανομένην θεύσειν ἐπεὶ δὲ γένυται ἀπαντα,  
τηνίκα μου μνήμην ποιήσετε καὶ ἐπὶ μὲν δέ  
μανομένην φίστει με δεῖ μεγάλοι προφήτην.

Latuerunt igitur multis seculis; postea vero animaduersa  
sunt, quam Christi nativitas, et passio patefecit arcana: si-  
c ut etiam voces prophetarum, que cum per annos mille  
quingentos, & eo amplius lecte fuissent a populo Iudeo-  
rum, nec tamē intellecta sunt, nisi postquam ille Christus  
& verbo, et operibus interpretatus est. Illum enim prophe-  
te annuntiauerunt: nec uero modo poterant, qua illi loque-  
bantur, intelligi, nisi fuissent vniuersa completa.

V E N I O nunc ad ipsam passionem: que velut oppro- XVII  
brium nobis obiectari solet, quod & hominem, & ab ho-  
minibus insigni supplicio affectum, & excruciatum colla-  
mus: ut doceam, eam ipsam passionem ab eo cum magna,  
& diuina ratione suceptam; & in ea sola & virtutem,  
& veritatem, & sapientiam contineri. Neque enim,  
si beatissimus in terra fuisset, & per omnem vitam in  
summa felicitate regnasset; quisquam illum sapiens, aut  
Dilectum

Deum credidisset, aut honore diuino dignum iudicavit  
diuinitatis. quod faciunt veræ \*religionis expertes: qui caducis qu.  
vi. n. 109.

& fragilem potentiam, & alieni beneficij bona non tam  
suscipiunt, verum etiam consecrant; & scientes, m.  
moria mortuorum deferuunt, fortunam iam extinctam  
colentes: quam' ne viuam quidem, præsentemque sapientes  
colendam sibi vñquam putauerunt. Nec enim potest  
aliquid in rebus terrenis esse venerabile, calqué dignum  
sed sola est virtus, sola iustitia, qua potest verum bonum  
& caeleste, & perpetuum iudicari; quia nec datur cuique  
nec auctoritur. qua uirtute, ac iustitia quoniam Christi  
instructus venit in terram; immo vero, quoniam ipse uincit.  
& ipse iustitia est, descendit, ut eam doceret, hominem  
formaret. quo magisterio, ac Dei legatione perfundit,  
eam ipsam virtutem, quam simul & docuit, & fecit  
omnibus gentibus & meruit, & potuit Deus credi. q.  
cum magnus populus ad eum vel ob iustitiam, quam  
cebat, vel ob miracula, qua faciebat, subinde confluens  
præcepta eius audiret; & à Deo missum, Dei questra  
crederet: tum primores Iudeorum, et sacerdotes ratiu-  
lati, quod ab eo tāquam peccatores increpabantur, &  
uidia deprauati, quod confluentem ad eum multitudinem  
temni se, ac deserui videbant; & (quod caput sceleris  
rum fuit) stultitia, & errore caciati, & immemores per-  
cepitorum caelestium, ac prophetarum, coierunt adūto  
eum; impiūque consilium de eo tollendo, cruciando  
ceperunt: quod prophetæ multæ ante descripsérant. N.  
& David in principio psalmorum suorum prouidens  
spiritu, quantum facinus admissuri essent, beatum esse  
qui non abierit in consilio impiorum. Et Solomon in  
sapientia, his verbis usus est: Circunueniamus iustitiam  
quoniam insuavis est nobis, & exprobrat nobis peccata-  
gis. promittit se scientiam Dei habere; & filium Di-

nominat: factus est nobis in traductionem cogitationum  
nostrarum: gravis est nobis etiam ad videndum; quoniam  
dissimilis est alius vita illius; & immutata sunt via illius.  
tanquam nugaces aestimati sumus ab eo. continet se à viis  
nostris, quasi ab immūdicis; & prefert nouissima iustitiorū;  
& gloriatur, patrem se habere Deum: Videamus ergo si  
sermones illius veri sunt; & tentemus qua ventura sunt  
illi contumelias, & tormentis interrogemus eum: vt scia-  
mus reverentiam illius, & probemus patientiam illius;  
morte turpisima condemnemus eum. Hac cogitauerunt;  
& errauerunt. Excacauit enim illos stultitia ipsorum: &  
nescierunt sacramenta Dei. Nōnne ita descripsit nefarium  
illud consilium ab impiis initum contra Deum, vt plane  
interfuisse videatur? Atqui à Solomone, qui hac cecinit,  
usque ad id tempus, quo gesta res est, mille ac decem anni  
fuerunt. Nihil nos affingimus, nihil addimus. Habebam  
hac, qui fecerunt, legebant, in quos hac dicta sunt. sed &  
nunc heredes nominis, ac sceleris illorum hac & habent;  
& damnationem suā prophetarum voce predictam quo-  
tidianis lectionibus personant, nec aliquando in cor suum,  
qua pars est & ipsa damnationis, admittunt. Increditi  
ergo à Christo sepe Iudei, exprobrante illis peccata, &  
injusticias, & à populo pene deserti, concitati sunt ad eum  
necandum. Cuius rei audaciam dedit illis humilitas eius:  
Nam cum legerent, cum quanta virtute, & claritate filius  
Dei venturus esset ē calo; Iesum autem cernerent, hu-  
milem, quietum, fordidum, informem; non credebant, fi-  
lium Dei esse; ignorantes, duos eius aduentus à prophetis  
esse predictos: Primum in humilitate carnis obscurus. Se-  
cundum in fortitudine maiestatis manifestum. De prima  
David in psalmo septuagesimo primo sic ait: Descendet  
sicut pluia in vellus: & orietur in diebus eius iustitia, &  
abundans a paci, donec extollatur luna: Sicut enim plu-

uit, si descendat in vellus, animi aduerti non potest, qui strepitum non facit : ita Christum in terram sine quamquam suspicione venturum esse dixit, ut institui docent, & pacem. Esaias quoq[ue] ita tradidit: Domine quis credit auditui nostro et brachiu Domini cui renelatum est? Annuntiavimus coram ipso sicut pueri, et sicut radix in tuncienti. non est figura eius, neq[ue] claritas: et vidimus illum, & non habuit figuram, neq[ue] decorem; sed figura eius, suu honore, & deficiens prae ter ceteros homines. homo in play positus est, sciens ferre imbecillitatem, quia auersus est, & non est computatus. Hic peccata nostra portat, & promis hic dolet: & nos putauimus, ipsum esse in dolore, & in plaga, & in vexatione. Ipse autem vulneratus est propter facinora nostra, & infirmatus est propter peccata nostra doctrina pacis nostra super illum. liuore eius nos sanamus. Omnes sicut oves errauimus: & Deus tradidit illis pro peccatis nostris: Et Sibylla eodem modo locuta est:

οὐτρός, ἀπέθανε, εὐωγγέλος ἐν οἰκτοῖς εἰστιδια δομ. Propter hanc humilitatem, Deum suum non agnoscens inierunt consilium detestandum, ut priuarent eum, qui, ut eos viviscaret, aduenerat.

SED ira, atque inuidiae sua, quam in cordibus gerebant, intus inclusa malitia, causas proferebant, qui legem Dei per Mosen datam solueret; id est, quod sabbati non vacaret, operans in salutem hominum; quod circumisionem vacue faceret; quod abstinentiam suilla carnis ferret. In quibus rebus Iudaica religionis sacramenta sustinet. Ob hec itaq[ue] cetera pars populi, quae non dum ad Chistum\* secesserat, a sacerdotibus incitabatur, ut impunit caret eum, quod legē Dei solueret; cum hoc ille non suo iacio, sed ex Dei voluntate, & secundum praedicta fuerit prophetarū. Micheas enim nouā legem daturū denunci

uit hoc modo: Lex de Syon proficietur, & sermo domini ex Hierusalē, & iudicabit inter plurimos populos; et reuiniet, et deliget validas nationes. Illa enim prior lex, qua per Mosen data est, non in monte Syon, sed in monte Oreb data est: quam Sibylla, fore ut à filio Dei solueretur, ostendit:

ἄλλο ὄτε ταῦτ' ἀνατα τελείωθη ἀπεξ ἐπον

εὶς εὐτὸν τὰς λύτρας ἡ νόμος.—

Sed & ipse Moses, per quem datam sibi legem dum pertinaciter tuentur, exciderunt à Deo, & Deum non agnouerunt; praedixerat, fore, ut propheta maximus mittatur, à Deo, qui sit supra legem; qui voluntatem Dei ad homines perferat. In Deuteronomio ita scriptum reliquit: Et dixit dominus ad me: prophetam excitabo eis de fratribus eorum, sicut te; & dabo verbum meum in os eius: & loquetur ad eos ea, quæ pracepero ei: & quisquis non audierit ea, quæ loqueretur propheta ille in nomine meo, ego vindicabo in eum. Denuntiavit scilicet dominus per ipsum legiferū, quod filium suū, id est, viuam, presentemque legem missurus esset; & illam veterem per mortalem datā soluturus, ut denuo per eum, qui esset aeternus, legem sinciret aeternā. Item de circumcisione soluenda Esaias ita prophetauit: Hac dicit dominus viris Iuda, qui inhabitant Hierusalem. Renouate inter vos nouitatem: & ne seminaueritis in spinis. Circuncidite vos Domino Deo vestro; & circucidite preputium cordis vestri; ne exeat ira mea sicuti ignis, & exurat, & non sit qui extinguat. Item Moses ipse: In nouissimis diebus circucidet dominus cor tuū ad dominum Deū tuum amandū. Item Iesu Naue successor eius: Et dixit dominus ad Iesum: Fac tibi cultellos petri nos nimis acutos, & sede, & circuncide secundo filios Israel. Secundam circumcisionem futuram esse dixit, non carnis; sicut fuit prima, qua etiam nunc Iudei vtuntur; sed cordis, ac spiritus, quam tradidit Christus, qui verus Iesus fuit.

Non enim propheta sic ait: Et dixit Iesus ad me, sed ad Iesum; ut ostenderet quod non de eo loqueretur, sed de Christo, ad quem tunc Deus loquebatur. Christi enim figuram gerebat ille Iesus: qui cum primum Auses vocaretur, Moses futura presenties iussit eum Iesum Vocari; ut quoniam dux militia electus esset aduersus Amalech, qui oppugnabat filios Israel, & aduersarium debellaret per nominis guram, & populim in terram promissionis induceret. Et circa etiam Moysi successit; ut ostenderet, nonam legem per Christum Iesum datam, veteri legi successuram, quae data per Mosem fuit. Nam illa carnis circuncisio canitique ratione, quia si Deus id vellet, sic a principio formasset hominem, ut preputium non haberet, sed huiuscunda circuncisionis figura erat, significans, nudandum esse peccatum, id est, aperto, & simplici corde oportere nos vivere: quoniam pars illa corporis, que circumciditur, habet quandam similitudinem cordis, & est pudenda. Ob hanc causam Deus nudari eam iussit; ut hoc argumento nos admoneret, ne inuolutum peccatum haberemus, id est, ne qui pudendum facinus intra conscientia secreta velenus. Hac est cordis circuncisio, de qua propheta loquuntur, quam Deus a carne mortali ad animam transfluit, qui sola mansura est. Volens enim vita, ac salutem nostram aeternam sua pietate consolere, paenitentiam nobis in illa circuncisione proposuit, ut si cor nudauerimus, id est, si peccata nostra confessi satis Deo fecerimus, veniam consequamur; quae contumacibus, & admissa sua celantibus denegatur ab eo, qui non faciem, sicut homo, sed intima, & carnal ea peccator intuetur. Eodem spectat etiam carnis nulla interdictio; a qua cum eos abstinere Deus iussit, id possum voluit intelligi; ut se a peccatis, atque immunditia abstinerent. Est enim lutulentum hoc animal, & immundum; nec unquam calum aspicit, sed in terra toto & cor-

pore & ore projectum, ventri semper, & pabulo seruit; nec ullum alium, dum viuit, praestare vsum potest. sicut cetera animantes; que vel sedendi vehiculum praebent; vel in cultibus agorum iuvant; vel plaustra collo trahunt; vel onera tergo gestant; vel indumentum exuviis suis exhibent; vel copia lactis exuberant; vel custodiendis domibus inuigilant. Interdixit ergo, ne porcina carne vicerentur, id est, ne vitam porcorum imitarentur, qui ad solam mortem nutritiuntur, ne ventri, ac voluptatibus seruientes, ad faciendum iustitiam inutiles essent, ac morte afficerentur. Item ne se fædis libidinibus immergerent, sicut sus, quæ se ingurgitat cæno: vel ne terrenis seruant simulachris, ac se luto inquinent. luto enim se obliniunt, qui Deos, id est, qui lumen, terramque venerantur. sic vniuersa præcepta Iudaica legis ad exhibendam iustitiam spectant, quoniam per ambagem data sunt; ut per carnalium figuram spiritalia noscerentur.

CVM igitur ea, qua Deus fieri voluit, quæque per prophetas suos multis seculis ante prædictis, Christus impletet; ob ea incitati, & diuinæ literæ nescientes, coierunt, ut Deum suum condemnarent. Quod cum sciret futurum, ac subinde diceret, oportere se pati, ac interfici pro salute multorum; secessit tamen cum discipulis suis, non ut vitaret, quod necesse erat perpeti, ac sustinere; sed ut ostenderet, quod ita fieri oporteat in omni persecutione, ne sua quis culpa incidisse videatur: ac denuntiavit fore, ut ab uno eorum proderetur. Itaque Judas premio illectus tradidit eum Iudeis. At illi comprehensum, ac Pontio Pilato, qui tum legatus Syriam regebat, oblatum, cruci affigi posilauerunt; obliuientes ei nihil aliud, nisi quod diceret se filium Dei esse, & regem Iudeorum: item quod dixerat: Si solueritis hoc templum, quod edificatum est annis XLVI. XL.

ego illud in triduo sine manibus suscitabo; significans, huius futuram passionem suam; & se à Iudeis interfectum, tertio die resurrectum. Ipse enim erat verum templum. Has voces eius tanquam infastas, & impia infectabantur. Quae cum Pilatus audisset, & ille indictionem sui nihil diceret; pronuntiavit, nihil in eo damnatione dignum videri. At illi infissimi accusatores cum populo, quem incitauerant, succlamare coaperunt, & clamorem eius violentius vocibus flagitare. Tum Pontius et rerum clamoribus, & Herodis tetrarcha instigatione, mutuerunt ne regno pelleretur, victus est. Nec tamen ipse sententiam protulit; sed tradidit eum Iudeis, vt ipsi de illo secundum legem suam iudicarent. Duxerunt ergo eum flagellis verberatum; & prius quam cruci affigerent, illuxerunt; induatum enim coloris punicei ueste, ac spinis coronatum, quasi regem salutauerunt; & dederunt ei cibum sibi; & misserunt ei acetum potionem. Post hec, confusum faciem eius, et palmis ceciderunt. Cumque ipsi carnifices vestimentis eius contendenter, sortiti sunt inter se de tunica, & pallio. Et cum hac omnia fierent, nullam vocem ore suo, tanquam si mutus esset, emisit. Tum suspenderunt eum inter duos noxios medium, qui ob latrociniis damnaverant; crucigem, affixerunt. Quid ego hic in tanto facinor deplorem? aut quibus verbis tantum nefas coquerar? Non enim Gauianam crucem describimus, quam M. Tulius versus eloquentia sua neruis, ac viribus, velut effusis roris ingenij fontibus prosecutus est; facinus indignum esse proclamans, ciuem Romanum contra omnes leges in cruce esse sublatum. Qui quamvis innocens fuerit, & illo supplicio indignus, mortalis tamē, & ab homine scelesto, qui nullum ignoraret, affectus est. Quid de huius cruci indignitate dicimus, in qua Deus à cultoribus Dei suspensus est, atque suffixus? Quis tam facundus, & tanta reu, va-

borumque copia instructus existet: qua oratio tante affluente ubertate decurrens, vt illam crucem merito deploret; quam mundus ipse, & mundi tota elemēta luxerunt: Hac autem sic futura fuisse, & prophetarū vocibus, & Sibyllinis carminibus denuntiatū est. Apud Esaiam ita scriptum inuenitur: Non sum contumax, neque contradico: dorsum meum posui ad flagella, & maxillæ meas ad palmas: faciem autem meam non auerti a fœditate sputori. Similiter David in psalmo XXXIII. Congregata sunt super me flagella, & ignorauerunt: dissoluti sunt, nec cōpuncti sunt: tentarunt me, et deriserunt derisu: & striderunt super me dentibus suis. Sibylla quoque eadem futura monstrauit:

εἰς ἀνόρυπος χεῖρες καὶ ἀποιστον ὑσερον ἥζε,  
δάσσουστ δὲ δέρη φαστίσματα χερσὶν ανάγνοις,  
καὶ σόμαστον μιαροῖσι τὰ πλύσματα φαρμακεύτα,  
δάστει δὲ εἰς μάστιγας ἀπλῶς ἀγνὸν τὸτε γένοτο.

Item de silentio eius, quod usque ad mortem perimaciter tenuit, Esaias iterum sic locutus est: Sicut ovis ad immolandum ductus est; & sicut agnus coram tondentibus se sine voce, sic non aperuit os suum. Et Sibylla supradicta:

καὶ πολαρτίζομεν Θεοῖσι, μή τις ἐπιτρύνω  
τις λόγος Θεοῦ, οὐ πόδεν ἔλθει ἵνα φριένοισι λελλόης,  
καὶ σέπανον φορέσῃ τὸν αἰκάνθινον.—

De cibo vero, et potu, quem, antequā eum figerent, illi obtulerunt, David in psalmo LXVII. sic ait: Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potum mihi dederunt acetum. Idem hoc futurum etiam Sibylla concionata est:

εἰς δὲ τὸ βεβῶμα χολὴν καὶ εἰς θεραπείαν  
τῆς ἀφροδιζεύντος ταύτης δεῖξουσι τρεψατεζεῖν.  
& alia Sibylla Iudeam terram hūi versibus increpat:  
αὐτῷ δὲ σὺ ἀφεων τὸν σὸν δέσποιντον εὐόντος  
παιζοντ̄ εἰς Συριοῖς τούτοις, ἀλλά καὶ ἀκάνθινοις,  
ἔστε φαστίσματα φορεῖσθε χολὴν εἰς εργασίαν.

Fore autem ut Iudei manus inferrent Deo suo, eumque interficerent, testimonia prophetarum hac antecesserint. Apud Esdram ita scriptum est: Et dixit Esdras ad populum: Hoc pascha Saluator noster est, & refugium nostrum. cogitate, & ascendat in cor vestrum, quoniam habemus humiliare eum in signo: & post hac sperabimus eum, ne deseratur hic locus in aeternum tempus, dictaminus Deus virtutum. Si non credideritis ei, neque exaudieritis annuntiationem eius, eritis derisio in gentibus. Vnde apparet, Iudeos nullam aliam spem habere, nisi abluerint a sanguine, ac sperauerint in eum ipsum, quem necauerunt. negauerunt Esaias quoque facinus eorum designat, & cit: In humilitate eius iudicium sublatum est. Nativitatem eius quis enarrabit? quoniam auferetur a terra eius: a facinoribus populi mei adductus est ad mortem. & dabo malos pro sepultura eius, & diuites pro morte eius quia facinus non fecit, neque infidias ore suo locutus est. Propterea ipse consequetur multos, & fortium divisa spolia: propterea quod traditus est ad mortem, & intercessata, cinorofose deputatus est: & ipse peccatum multorum patulit: & propter facinora illorum traditus est. David quoque in psalmo x c i i . Captabunt in animam insidiis sanguinem innocentem condemnabunt: & factus est nibi dominus in refugium. Et Hieremias: Domine signa mihi, & cognoscam. tunc vidi meditationes eorum: regnauit agnus sine macula perductus sum ad victimam: in me cogitauerunt cogitationem, dicentes: Venite, mittamus gnum in panem eius; & eradamus e terra vitam eius: & nomen eius non erit in memoria amplius. Lignum autem crucem significat, & panem corpus eius: quia ipse est ibus, et vita hominum, qui creditur in carnem, quam portauit, et in cruce, in qua pependit. De qua tamquam apertissime Moses in Deuteronomio ita predicauit: Et erit pendu-

vita tua ante oculos tuos: & timebis die, ac nocte: & non credes vita tua. Idem rursus in Numeris: Non quasi homo Dominus suscepitur; neque quasi filius hominis minas patitur. Zacharias etiam sic tradidit: Et intuebuntur in me, quem transfixerunt. Item David in psalmo x x i : Effoderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea: ipsi autem contemplati sunt, & viderunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam sortem miserunt. Quae vtique Prophetia non de se locutus est. Fuit enim rex, & nunquam perpessus est illa. Sed spiritus Dei per eum loquebatur, qui fuerat illa passurus post annos milles & quinquaginta. Tot enim colliguntur anni a regno David usq[ue] ad crucem Christi. Sed & Solomon filius eius, qui Hierosolymam condidit, eam ipsam peritura esse in ultionem sancte crucis, prophetauit: Quid si auertimini a me, dicit Dominus, & non custodieritis veritatem meam: reuictiam Israel a terra, quam dedi illis: & domum hanc, quam adilicauit illis in nomine meo, proiiciam illam ex omnibus: & erit Israel in perditionem, & in opprobrium populo; & domus haec erit deserta; & omnis, qui transibit per illam, admirabitur, & dicet: Propter quam rem fecit Dominus terra huic, & huic domui haec mala? Et dicent: Quia reliquerunt dominum Deum suum; & persecuti sunt regem suum dilectissimum Deo; & cruciauerunt illum in humilitate magna; propter hoc importauit illis Deus mala haec.

Quid amplius iam de facinoribus Iudeorum dici possit, quam excacatos tum fuisse, atque insanabilis furore correptos; qui haec quotidie legentes neque intellexerunt; neque quin facerent, cauere potuerunt? Suspirans igitur, atque affixus exclamauit ad Dominum voce magna, & ultra spiritum posuit. Et eadem hora terram tuas factus

*est. Et velum templi, quod separabat duo tabernacula, scissum est in duas partes; & Sol repente subductus est; & ab hora sexta usque in nonam tenebra fuerunt. Quare se Amos propheta testatur: Et erit in illo die dicit Dominus, occidet Sol meridie; & obtenebrabitur dies lucis, ut conuertam dies festos vestros in luctum, & catica vestra in lamentationem.* Item Hieremias: Exterrita est, quae patitur, & traduit animam; & occidit Sol ei, cum adhuc medius dies esset; confusa est, & maledicta; reliquos eorum in gloriam dabo, in conspectu inimicorum eorum; & Sibylla: *ναοῦ δὲ οἰδότε τα πέτραις, καὶ μητέ πιστρούς εἰσαγότες πελάπις εἰς τεῖχον φέρεις.*

Cum haec facta essent, ne prodigiis quidem celestibus facinus suum intelligere quiuerunt. Sed quoniam predixerat se tertio die ab inferis resurrectum, metuente, ne a discipulis surrepto, & amoto corpore, uniuersitate surrexisse eum, crederent, & fieret multo maior in plebe confusio; detraxeunt eum cruci; & conclusum in monumento firmiter militari custodia circundederunt.

Verum tertio die, ante lucem terramotu facto, repente patesfactum est sepulchrum; & custodibus, quos attinctorios obstupefecerat paucor, nibil videntibus, integre est sepulchro, ac viuis egressus, in Galileam profectus est, ut discipulos suos quereret: in sepulchro vero nibil repertum est, nisi exuuia, quibus conuolutum corpus inclusrant. Illum autem apud inferos non remansurum, sed die tertio resurrectum, prophetæ ceciverant. David in psalmo xv. Non derelinques animam meam apud inferos; ne dabis sanctum tuum videre interitum. Item in tertio: Ego dormiui, & somnum cepi, & resurrexi; quoniam dominus auxiliatus est mihi. Oseas quoque primus xii. prophetarum de resurrectione eius testificatus est: Hic filius meus sapiens, propter quod nunc resistet in contribulatione

liorum

liorum suorum; & de manu inferorum eruam cum. Vbi est iudicium tuum mors, aut ubi est aculeus tunc? Idem alio loco. Vinificabit nos post biduum die tertio. Et ideo Sibylla, impositurum esse morti terminum dixit post tri-dum somnum:

*καὶ δύσαντον μοῖραν τελέσει τρίτον ἡμέρας τετράδας,*  
*καὶ τὸν ἀποθημένον ἀναστῆσε τὸς φάραγγος ἡξετε-*  
*φρωτὸς ἀνεύσατες πλαντεῖς ἀρχὴν τετραδεῖξε.*

Vitam enim nobis acquisiuit morte superata. Nulla igitur spes alia consequenda immortalitatis homini datur, nisi crediderit in eum; & illam crucem portandum, patiendū inquit suscepere.

PRO FECTVS ergo in Galileam (noluit enim se Iudeis ostendere, ne adduceret eos in paenitentiam, atque impios resanaret) discipulis iterum congregatis, scriptura sancta literas, id est, prophetarum arcana patefecit; que ante, quam paterneretur, perspici nullo modo poterant; quia ipsum, passionemq; eius annuntiabant. Iccirco Moses, & uidem ipsi prophetæ, legem, quæ Iudeis data erat, testamentum vocat; quia nisi testator mortuus fuerit, nec confirmari testamentum potest, nec scribi quid in eo scriptum sit; quia clausum, et obsignatum est. Itaq; nisi Christus mortem suscepisset, aperiri testamentum, id est, reuelari, & intelligi mysteriū Dei non potuisset. Verum scriptura omnis in duo testamentā diuisa est. Illud, quod aduentū Domini, passionemq; antecēsbit, id est lex, & prophetæ, vetu dicitur. Ea vero, quæ post resurrectionē eius scripta sunt, nouum testamentum nominatur. Iudei veteri vitetur, nos novo. sed tamē diversa non sunt; quia nouum veteris adimpletiō est, & in viroque idē testator est Christus; qui pro nobis morte suscepta, nos heredes regni aeterni fecit, abdicato, & exhortato populo Iudaorum; sicut Hieremias propheta testatur,

restatur, cum loquitur talia: Ecce dies veniunt dicit Dominus, & consumabo domui Israël, & domui Iuda testamentum nouum; non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum, in die, qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Aegypti; quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, et ego neglexi eos, dicit Dominus. Propter alio loco similiter ait: Dereliqui dominum meum: dimisi hereditatem meam in manus inimicorum eius. Facta est hereditas mea mihi, sicut leo in silua: dedit ipsa super me vocem suam, id est odie eam. cum sit hereditas eius, caeleste regnum; non tamen ipsam hereditatem se dicit odisse, sed heredes, qui aduersus eum ingrati, & impii extiterunt. Facta est, inquit, mibi hereditas mea, sicut leo; id est præda, & deuoratio, factum sum heredibus meis, qui me immolauerunt sicut pecus. dedit super me vocem suam, id est, sententias aduersus me mortis, crucisq[ue] dixerunt. Nam quod superius ait, consumaturum se domui Iuda testamentum nouum; ostendit, vetus illud testamentum, quod per Mosen est datum, non fuisse perfectum; id autem, quod per Christum dari haberet, consumatum fore. Domum autem Iuda, & Israël non utique Iudeos significat, quos abdicavit; sed nos, qui ab eo conuocati ex gentibus, in illorum locum adoptione succesimus, & appellamur filii Iudeorum, quod declarat Sibylle cum dicit:

ιudeών μακέρων θεον γένεταιών.

Quod autem futurum esset id genus, Esaias docet; apud quem pater summus ad filium loquitur, dicens: Ego dominus Deus vocavi te in iustitiam; & tenebo manum tuam, & confirmabo; & dedi te in testamentum generis mei, in lucem gentium, aperire oculos cæcorum, producere ex umbulis alligatos, & de domo carceris sedentes in tenebris. Cum igitur nos ante tanquam caci, & tanquam carcere inclusi federemus in tenebris, ignorantes Deum,

& veritatem; illuminati ab eo sumus, qui nos testamento suo adoptauit, & liberatos malis vinculis, atque in lucem sapientiae productos, in hereditatem regni caelestis ascivit.

O R D I N A T A vero discipulis suis euangelica, ac nominis sui predicatione, circunfudit se repete nubes, eumque in celum suscepit, quadragesimo post passionem die; sicut Daniel fore ostenderat, dicens: Et ecce in nubibus celi ve-  
nient. Discipuli vero per provincias dispersi, fundantia Ecclesias ubique posuerunt; facientes & ipsi nomine magistri Dei magna, & pene incredibilia miracula; quia discedens instruxerat eos virtute, ac potestate, qua posset noua annuntiationis ratio fundari, & confirmari: sed & futura aperuit illis omnia; quæ Petrus, & Paulus Roma predi-  
camerunt; & ea predicatio in memoriam scripta permanit; in qua cum multa alia mira, tum etiam hoc futurum esse, dixerunt; vt post breve tempus immitteret Deus regem, qui expugnaret Iudeos, & ciuitates eorum solo ad aqua-  
ret, ipsos autem fame, siti, & confectos ob sideret. Tum fore, ut corporibus suorum vescerentur, & consumerent se ini-  
uicem. Postremo vt capiti venirent in manus hostium; & in conspectu suo vexari acerbissime coniuges suas cerne-  
rent; violari, ac profitui virgines; diripi pueros; alludi par-  
uulos; omnia denique igni, ferro, & vastari; captiuos in per-  
petuum terris suis exterminari; eo quod exultauerint su-  
per amantisimum, & probatisimum Dei filium. Itaque post illorum obitum, cum eos Nero interemisset, Iudeo-  
rum nomen, & gentem Vespasianus extinxit; fecitque omnia, que illi futura predixerant.

C O N F I R M A T A sunt (ut opinor) que falsa, & xxii  
incredibilia putantur ab iis, quos vera caelestium literarum  
doctrina

doctrina nō imbuīt: sed tamē vt resellantur à nobis etiam illi, qui nimium non sine malo suo sapient, rebusq; diuinis fidem detrahunt; argumentis quoq; illorum coarguamus errorem; vt tandem aliquando peruident ita fieri oportuisse, sicut nos ostendimus factū. Et quanquam apud nos iudices satis habeant firmitatis vel testimonia sine argumentis, vel argumenta sine testimonio; nos tamen nō contenti alterutro sumus, cū suppetat nobis virtusq; ne cui peruerse ingenioso aut non intelligendi, aut contra differentia locum relinquamus. Negant fieri potuisse, vt natura immortalis quicquam decederet. Negant deniq; deo dignum, ut homo fieri vellet, sequē infirmitate carnis oneraret; nō passionibus, vt dolori, vt morti seipso subiiceret: quasi non facile illi esset, citra corporis imbecillitatem, se hominib; ostenderet, eosq; instituti docret (siquidem id volebat) maiore auctoritate vt \* profecti Dei. Tunc enim cum illi fuisse preceptis cælestibus parituros; si ad ea virtus, ac potestas Dei praciipientis accederet. Cur igitur (aiunt) ad descendentes homines non vt Deus venit? Cur se tam humilem, imbecillemq; constituit; vt ab hominibus & contemni, & pena affici posset? cur vim ab imbecillis, et mortalibus passus est? cur non manus hominum aut virtute repulit, aut diuinitate vitavit? cur non maiestatem suam sub ipsa saltem morte patefecit? sed vt inualidus in iudicium dicitur est; vt nocens damnatus; vt mortalibus occisus. Refutabo hac diligenter, nec quenquam patiar errare. Illa enim magna, & mirabilis ratione sunt facta. \* que quicunque perceperit, non tantum mirari desinet, Deum ab hominibus esse cruciatum; verum etiam facile peruidebit, ne Deum quidem potuisse credi, si ea ipsa, qua arguit, facta non essent.

quoniam.

xxiii.

Q V I C V N Q V E precepta dat hominibus, ac virtū, moresq; singit aliorum; quarto, debetne ipse facere, que

principi,

precipit, an non debeat? Si nō fecerit, soluta præcepta sunt. Si enim bona sunt, qua præcipiuntur; si vitam hominum in optimo statu collocat; non se debet ipse præceptor à numero, cœtuq; hominū segregare, inter quos agit; & ipsi eodem modo viuendum est, quo docet esse viuendum; ne si alter vixerit, ipse præceptis suis fidem detrahat; leuiorēmque doctrinam suam faciat, si reipsa resolutat, quod verbis minatur astruere. Vnusquisque enim, cum audit praciipientem, non vult imponi sibi necessitatem parendi; tanquam sibi ius libertatis adimitatur. \* respondebit itaq; doctori hoc modo: Non possum facere, qua tubes, quoniam sunt impossibilia. Vetus me irasci; vetus cupere; vetus libidine commoveri; vetus dolorem; vetus mortem timere: sed hoc adeo contra naturam est, vt his affectibus animalia vivuntur subiecta sint; vel si adeo putas repugnari posse natura; tu ipse que precipis, fac vt sciām, fieri posse. Cum autem ipse non facias; qua insolētia est, vt homini libero imponere velis leges, quibus ipse non parcas? Prius disce, qui doces; & ante quam mores aliorum corrigas, tuos corrigere. Quis negat iustum esse hanc responsonem? quin etiam in contemptum veniet huiusmodi doctor, & deludetur vici simus; quia videbutur & ipse deludere. Quid ergo faciet ille præceptor, si hæc ei fuerint opposita? quomodo adimit excusationem contumacibus; nisi vt presentibus factis doceat, possibilia se docere? Inde cuenit, vt philosophorum preceptis nullus obtempereret. Homines enim malunt exempla, quam verba; quia loqui facile est, prestare difficile. Ve ināmique tam multi bene facerent, quam multi loquuntur bene. Sed qui præcipiant, nec faciunt; abest ab iis fides. Et si homines fuerint, contemnētur, vt leues; si Deus, opponetur ei excusatio fragilitatis humana. Supereft, vt factis verbis firmetur; quod philosophi facere nequeūt: itaq; cum ipsi præceptores vincuntur affectibus, quos vinci prædicat oportere: nemini

respondet.

neminem possunt ad virtutem, quam falso prædicant, en-  
dire; ob eamque, causam putant, neminem adhuc perfectum  
exitisse. \* esse sapientem; id est, in quo summa doctrina, ac scientia  
summa virtus, & perfecta iustitia consenserit. quod qui-  
dem verum fuit. Nemo enim post mundum conditum tu-  
lis exitit, nisi Christus; qui & verbo sapientiam tradidit,  
& doctrinam præsenti virtute firmavit.

**XXVII** A G E nunc consideremus, an docto<sup>r</sup> è calo missus, pos-  
sit non esse perfectus. Non dum de hoc loquor, quem ni-  
nisi à Deo negant. Fingamus aliquem de calo esse mi-  
tendum; qui vitam hominum, rudimentis virtutis institua,  
& ad iustitiam formet. Nemini dubium potest esse, qui  
è docto<sup>r</sup>, qui calitus mittitur, tam scientia sit rerum om-  
nium, quam virtute perfectus; ne nihil inter celestem, in-  
renumque, differat. Nam in homine interna, & propria do-  
ctrina esse nullo pacto potest. Nec enim mens terreni vi-  
sceribus inclusa, & tibi corporis impedita, aut compre-  
hendere per se potest, aut capere veritatem, nisi aliunde  
doceatur. Et si maxime possit; summam tamen virtutum  
capere nequeat, & omnibus vitiis resistere, quorum ma-  
ria in visceribus continetur. Eo sit, vt terrenus docto<sup>r</sup> per-  
fectus esse non possit. At vero celestis, cui scientiam di-  
nitatis, virtutem immortalitas tribuit; in docendo quoque,  
sicut in ceteris, perfectus, et consummatus sit necesse est. Si  
id omnino fieri non potest, nisi mortale sibi corpus as-  
umat, cur autem fieri non possit, ratio clara est. Nam si  
veniat ad homines, vt Deus; vt omittere, quod mortali  
oculi claritatem maiestatis eius conspicere, ac sustinere  
non possunt; ipse certe Deus virtutem ducere non potest;  
quia expers corporis non facit, qua docebit; ac per hoc do-  
ctrina eius, perfecta non erit. Alioqui si summa virtus est,  
dolorem patienter pro iustitia, officioque, perfette; si virtus

est, mortem ipsam & intentatam non metuere, & illatam  
fortiter sustinere: debet ergo docto<sup>r</sup> ille perfectus & doce-  
re ista præcipiendo, & confirmare faciendo: quia qui dat  
præcepta viuendi, amputare debet omnium excusatio-  
num vias; vt imponat hominibus parenti necessitatem,  
non vi aliqua, sed pudore; et tamē libertatem, relinquat; vt  
& premium sit constitutum parentibus, quia poterant  
non parere, si vellent: & non parentibus pœna; quia pote-  
rant parere, si vellent. Quomodo ergo poterit amputari  
excusatio, nisi vt qui docet, faciat qua docet; & sit quasi  
præiuus; & manum porrigit secuturo? quæadmodum autē  
potest facere qua docet, si non sit similius ei quem docet? nā  
si nulli subiectus sit passioni, potest ei docenti homo sic re-  
spondere: Volo equidem non peccare, sed vincor; indutus  
sum enim carne fragili, & imbecilla; hac est, quæ concipi-  
scit, quæ irasci, quæ dolet, quæ mori timeret. Itaque, ducor in-  
uitus; & pecco, non quia volo, sed quia cogor. Sentio me et  
ipse peccare, sed necessitas fragilitatis impellit: cui repu-  
gnare nō possum. Quid ad hac respödebit præceptor ille iusti-  
tiae? quomodo refutabit, ac redarguet hominem, qui delictis  
suis excusatione carnis obtedet, nisi et ipse carne fuerit in-  
dutus; vt ostendat, etiā carnē posse capere virtutē? Contu-  
macia enim redargui nō potest, nisi exemplo. Nā habere  
non possunt, que doceas, firmitatē, nisi ea prior feceris; quia  
natura hominū proclivis in vitiis, videri vult non modo cū  
venia, sed etiam cum ratione peccare. Oportet magistrū,  
doctoremque virtutis, hominum simillimum fieri; vt vincen-  
do peccatum, doceat hominem, vinci ab eo posse peccatum.  
Si vero sit immortalis; exemplum proponere homini nullo  
modo potest. Existet enim constans aliquis, ac dicer: Tu  
quidē non peccas, quia liber es ab hoc corporē, non concipi-  
scis, quia immortali nihil est necessarium. Mihi vero mul-  
tis rebus opus est, vt tuear hanc vitam. Mortem non times;

qua valere in te non potest. Dolorem contemni; quia nullum vim pati potes. At ego mortalibus utrumque timeo; quia cruciatus mibi grauiissimos inferunt, quos tolerare carnis infirmitas non potest. Doctor itaque virtutis etiam hanc excusationem debuit hominibus auferre; ne quis, quod peccatum, necessitatis ~~peccatum~~ ascribat, quam culpa sua. Ergo ut perfectus esse possit, nihil ei debet opponi ab eo, qui docendus est: ut si forte dixerit, impossibilia praecipi; respondeat, ecce ipsa facio. At ego carne indutus sum, cuius est peccare proprium. Et ego eandem carnem gero, et tamen peccatum in me non dominatur. Mibi opes contemnere difficile est, quia alter non potest in hoc corpore. Ecce et mibi corpus est, et tamen pugno contra omnem cupiditatem. Non possum pro iustitia nec dolorem ferre, nec mortem; quia fragilis sum. Ecce et in me dolor, ac mors habet potestatem. Et tu ipsa qua times, vinc; ut vinctorem te faciat dolor, ac mortis. Prior vado per ea, quae sustineri non posse, prout est praeipientem sequi non potes, sequere antecedentem. Sublata est hoc modo omnis excusatio; et fateri hominem nescire est, sua culpa iniustum esse, qui doctorem virtutum et eundem duce non sequatur. Vides ergo quanto perfectior sit mortalibus doctor, quia dux esse mortali potest, quia immortalis; quia patientiam docere non potest, qui subiectus passionibus non est. Nec hoc tamen eo pertinet, ut hominem Deo preferam; sed ut ostendam, neque hominem perfecta doctrina esse posse, nisi sit idem Deus; ut autoritatem celesti necessitatem parendi, hominibus imponat; neque Deum, nisi mortali corpore induatur; ut praecepta sua, etis adimplendo, ceteros parendi necessitate constringat. Liquido ergo apparet, eum, qui vita dux, et iustitia summa, et corporalem esse oportere; nec aliter fieri posse, ut illius plena et perfecta doctrina, habeatque radicem, et fundamentum, stabilisque apud homines, ac fixa permaneat.

ipsum

ipsum autem subire carnis, ac corporis imbecillitatem; virtutemque in se recipere, cuius doctor est, ut eius simul et verbis doceat, et factis. Item, subiectum esse morti, et passionibus cunctis; quoniam et in passione toleranda, et in morte subienda, virtutis officia versantur, quae omnia, ut dixi, consumatus doctor perficer debet, ut doceat posse perficiri.

D I S C A N T igitur homines, et intelligent, quare Deus sumimus, cum legatum, ac nuntium suum mitteret, ad erudiendam praeceptis iustitia sua mortalitatem, mortali voluntari cum carne indui, et cruciati affici, et morte multari. Nam cum iustitia nulla esset in terra; doctor enim misit, quasi viuam legem; ut nomen, ac templum novum condaret; ut verbum, ac prius cultum per omnem terram verbis, et exemplo seminaret. Sed tamen, ut certum esset, a Deo missum; non ita illum nasci oportuit, sicut homo nascitur, ex mortali utroque cocretus; sed ut appareret, etiam in homine illum esse celestem\* creatus est sine opera genitoris. Habebat enim specialem patrem Deum. et sicut pater spiritus eius Deus sine matre; ita mater corporis eius virgo sine patre. Fuit igitur et Deus, et homo, inter Deum, atque hominem medius constitutus. Unde illum Graci proximam vocant; ut hominem perducere ad Deum posset, id est ad immortalitatem: quia si Deus tantum suisset (ut supradictum est) exempla virtutis homini prabere non posset; si homo tantum, non posset homines ad iustitiam cogere, nisi auctoritas, ac virtus homine maior accederet. Etenim cum esset homo ex carne, et spiritu; et oporteat spiritum iustitiam operibus emereri, ut sit aeternus: caro, quoniam terrena est, ideoque mortalibus, copulatum sibi spiritum trahit secum, et ab immortalitate dicit ad mortem. Ergo spiritus carnis expers, dux esse homini ad immortalitatem nullo pacto poterat; quoniam caro impedit spiritum, quod minus Deum sequatur. Est enim

Q. 2

fragilis

fragilis, et subiecta peccato: peccatum autem pabulum mortis est. Itaque in circulo mediator aduenit, id est Deus in carne; ut caro eum sequi posset; & ut eriperet morti homini, cuius est dominatio in carne. Ideo carne se induit; ut desiderijs carnis edomitis, doceret, non necessitatibus esse peccare, sed propositi, ac voluntatis. Vna enim nobis, & magna, & precipua cum carne luctatio est; cuius infinita cupiditas premunt animam, nec dominum retinere patiuntur; sed eam voluptatibus, & illecebris suauibus mancipata, morte afficiunt sempiterna. Quibus ut repugnare possemus, Deo nobis viâ superada carnis et aperuit, et ostendit. Que virtus perfecta, et omnibus numeris absoluta, coronam vincemus.

vi. n. 114.

**D**I X I de humilitate, & fragilitate, & passione, in hac Deus subire maluerit: nunc ipsius crucis ratio reddenda est, & vis enarranda. Quid sumimus pater à principio disposuerit, & quemadmodum cuncta, quae gesta sunt, ordinavit; non tantum diuinitatio prophetarum, que in Christum vera praesedit, sed etiam ratio ipsius passionis docet. Quacunq; enim passus est, non fuerunt inania, sed habuerunt figuram, & significantiam magnam, sicut etiam diuina illa opera, quae fecit: quorum vis, & potentia valebat quidem in praesens, sed declarabat aliquid in futurum. Aperuit cæcorū lumina cælestis virtus, & lucem non indentibus reddidit. Et hoc factō significabat fore, ut communis ad gentes, que Deum nesciebant, insipientium pedem illuminaret luce sapientia, & ad veritatem-contemplandam oculos cordis aperiret. Vere enim caci sunt, qui cæstia non videntes, et tenebris ignorantia circumfusi, terreni, & fragilia venerantur. Patefecit aures surdorum. Nam ritique hactenus vis illa cælestis operata est: sed declarabat breui fore, ut qui erant veritatis expertes, & audirent,

6

& intelligerent diuinas Dei voces. Vere enim surdos dixeris, qui cælestia, & vera, & facienda uon audirent. Mutoru linguis in eloquii soluit: admirabilis, etiam cū fieret, potestia: sed inerat huic virtuti alia significatio, quæ offendiceret, mox futurum, ut rerum cælestium nuper ignari, percepta sapientiae disciplina, de Deo, et veritate differerent. Nam quia rationem diuinitatis ignorat, is vere elinguis, & mutus est, licet omnium disertissimus. Lingua enim cum verum loqui coepit id est virtutē, maiestatemq; Dei singularis interpretari: tum demum officio natura sua fungitur. quandiu autē falsa loquitur, in vsu suo non est: et ideo infans sit, neesse est, qui diuina proloqui non potest. Pedes quoq; claudorum ad officium gradiendo reformauit. Laudabilis diuini operis fortitudo: sed figura id cotinebat: quod cobibit erroribus vita secularis, ac deuia, iter veritatis aperiretur, per quod gradarentur homines ad Dei gratiam consequendam. Is enim vere claudius existimatus est, qui caligine, ac tenebris insipientiae implicatus, & quod tendat ignoratus, offensibus, et caducis gressibus per viam mortis incedit. Item labes, & maculas inquinatorum corporum repurgavit. non exigua immortalis potentia opera. verum id portendebat hac vis, quod peccatorum labibus, ac virtorum maculis inquinatos, doctrina eius purificatura esset, eruditione instituta. Leprosi enim vere, atque\* elephan-

elephantiaci

tici debent haberi; quos vel infinita cupiditates ad scelerā, vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt; & dedecorum maculis infusos, labe afficiunt sempiterna. Iacentia mortuorum corpora erexit; eosque non inibus suis inclamatōs à morte reuocauit. Quid congruentius Deo? Quid miraculo dignius omnium seculorum; quam decursam vitam resignasse; completisq; hominum temporibus tempora adiecisse, arcana mortis reuelasse? Sed hac inenarrabilis potestas, imago virtutis maioris fuit;

Q3

qua

exhibebat

qua demonstrabat, tantam vim habituram esse doctrinam suam; vt gentes in orbe toto, qua aliena à Deo, subiecti morti fuerunt; cognitione veri luminis animata, ad immortalitatis præmia peruenirent. Eos enim recte mortuos estimaueris, qui datorem vita Deum nescientes, atque animas suas à calo in terram deprimentes, in laqueos eterna mortis incurvare. Quis igitur tum faciebat in presenti, imagines erant futurorum. qua illæsis, affectisq; corporibus\* adhibebat; o; spiritalium figuram gerebant; vt & in presenti, virtutis nobis non terrena opera monstrari, & in futurum, potestatem cœlestis sua maiestatis offendret. Ergo sicut opera eius significantiam quoque maiori potestatis habuerunt; ita etiam passio non simplex, nec superacua, nec fortuita pœcerit. Sed vt illa, quæ fecit, magnam virtutem, ac potestatem doctrina eius significabant; sic ea, quæ passus est, odio futuram esse sapientiam minabant. aceti enim potus, ac fellis cibus, acerbitates, & amaritudines, in hac vita, seculatoribus veritatis polluebant. Et quanquam passio ipsa per se acerba, & amara, specimini nobis futurorum tormentorum dabat; que morantibus hoc seculo, virtus ipsa proponit: tamen illiusmodi poterit, & cibus, in os doctoris nostri veniens, pressurarum nobis ac laborum, & misericordiarum præbebat exemplum. Qui omnia tolerare, ac perpeti necesse est eos, qui veritatem siquuntur; quoniam veritas acerba est, & iniusta omnibus, qui virtutis expertes, vitam suam mortiferis voluptatibus dedunt. Nam corona spinea, capiti eius imposta, id declarabat; fore, vt diuinam sibi plebem de nocentibus congregaret. Corona enim dicitur, circumstans in orbem populi. Nos autem, qui ante cognitionem Dei, fuiimus, iniusti, spina, id est mali, & nocentes eramus; ignorantes, quid esset bonum; & à iustitia notione, atque operibus alieni, omnia sceleris, ac libidine polluebamus. Electi ergo ex

dumis,

L I B R . I I I .  
247  
dumis, & sentibus sanctum Dei caput cingimus; quia conuocati ab ipso, & circunfusi vndiq; ad eum, magistro, ac doctori Deo afflīxiimus; regemq; illum mundi, & omnium viuentium dominum coronamus. Quod vero ad crucem spectat; magna in ea vis, ac ratio est; quam nunc conabor ostendere. Deus namq; (sicut superius exposui) cū statuisset hominem liberare, magistrum virtutis legauit in terram; qui & preceptis salutaribus formaret homines ad innocentiam; & operibus, factis presentibus, iustitia vim panderet; qua gradiens homo, & doctorem suum sequens, ad vitam aeternam peruenit. Is igitur corporatus est, & ueste carnis iudicatus; vt homini, ad quem docendum venerat, virtutis & exēpla, & incitamenta præberet. Sed cum in omnibus vita officiis, iustitia specimen præbuerit; vt doloris quoq; patientia, mortisq; contemptum, quibus perfecta, & consummata sit virtus, tradiceret homini; venit in manus impia nationis; cum & vitare potuisset, scientia futuri, quam gerebat; & repellere eadem virtute, qua mirabilia faciebat. Suffinuit ergo cruciatus, et verbena, et spinas. Postremo etiā morte suscipere non recusavit; vt homo illo duce subacta, & catenata morte cū suis terroribus triumppharet. Cur autem summus pater id potissimum genus mortis elegerit, quo affici eū sineret; hec ratio est. Dicat enim fortasse aliquis; cur si Deus fuit, & mori voluit, non saltē honesto aliquo mortis genere affectus est? cur potissimum crucerit; cur insani genere supplicij? quod etiam homine libero, quāvis nocente videatur indignum. Primum quod is, qui humilis aduenierat, \*vt humilibus, \* & infirmis opere ferret, et omnibus spē salutis\* ostenderet; eo genere afficiendus fuit, quo humiles, et infirmi solēt; ne quis esset omnino, qui cū nō posset imitari. Deinde, vt integrum corpus eius conservaretur, quē die tertio resurgere ab inferis oportebat. Nec enim hoc cuiquā ignorandum est, quod ipse ante de sua positione

Q 4

pradi-

& ac  
ferrebat

ostendebat

quia  
deponerat  
vi.n.115.

prædicans, etiam id notum fecerit; habere se potestatem, cum vellet, deponendi spiritum, & resumendi. fixum itaque \*cum spiritum\* deposuisset, necessarium carnifices non putauerunt, ossa eius suffringere (sicut mos eorum ferebat) sed tantummodo latus eius perforauerunt. Sic integrum corpus patibulo detractum est, & sepulchro diligenter inclusum. Quæ omnia iccirco facta sunt, ne lasum, ac dimidiatum corpus ad resurgedum inhabile redderetur. Illa quoq; præcipua fuit causa, cur Deus crucem maluerit, quod illa exaltari eum fuit necesse; & omnibus gentibus passionem Dei notescere. Nam quoniā is, qui patibulo suffertur, & confixus est omnibus, & ceteris aliis; cum potius electa est, quæ significaret illum tam conspicuum, tamq; sublimem futurū, vt ad eū cognoscendum pariter et colendū, cunctæ nationes ex omni orbe concurreret. Demique nulla gens tam inhumana est, nulla regio tā remota, cui aut passio eius, aut sublimitas maiestatis ignota sit. Extendit ergo in passione manus suas, orbemq; dimensus est; vt iā tunc ostēderet, ab ortu solis, usq; ac occasum, magnum populū ex omnibus linguis, et tribubus congregātū, sub alas suas esse venturum; signumq; illud maximum, atque sublime, frontibus suis suscepturnū. Cuius rei figura Iudei etiam nunc exhibent, cum limina sua de cruce agnōntant. Deus enim percussurus Aegyptios, vt ab ea plaga immunes faceret Hebraeos, præceperat his, vt agnum cādū, sine macula immolarent; ac signum liminibus suis de sanguine eius imponerent. Itaq; cum Aegyptiorum primogeniti vna nocte interissent; Hæbrei soli, signo sanguinis, turri fuerunt; nō quia crux pecudis rātam in se vim gerebat, vt hominibus salutē esset; sed imago fuerat rerū futurū. Nam agnus cādū, sine macula, Christus fuit, id est innocens, & iustus, & sanctus, qui ab ijsdem Iudeis immolatus, salutē est omnibus, qui signū sanguinis id est cru-

is

cis, qua sanguinem fudit, in sua fronte cōscripserint. Frons enim summū lumen est hominis; et lignum sanguine delibutum, crucis significatio est. Deniq; immolatio pecudis ab ijs ipfis, qui faciūt, pascha nominatur, quia passionis figura est; quam Deus præcīus futurorūtm, radidit per Mosen populo suo celebrandam. Sed tum figura valuit in presenti ad depellendū periculum, vt appareret, quātū veritas ipsa valitura sit, ad plebem Dei protegendam, in extrema totius orbis necessitate. Quomodo autem, vel in qua plaga tutti omnes sint futuri, qui signū hoc veri, et diuini sanguinis in summo corporis sui notauerint; in nouissimo libro docebo.

X X V I I

N V N C satis est, huius signi potentia, quātū valeat, exponere. Quanto terroris sit demonibus hoc signū, sciet, qui viderit, quatenus adiurati per Christū, de corporibus, quæ obfederint, fugiant. Nā sicut ipse, cum inter homines ageret, vniuersos demones verbo fugabat; hominumq; metes emotas, & malis incursibus furias, in sensu pristinos reponebat: ita nunc sectatores eius, eodem spiritus inquinatos, de hominibus, & nomine magistri sui, & signo passionis excludunt. Cuius rei non difficilis est probatio. Nam cum Dijs suis immolant, si assistat aliquis signat am frontē gerens, sacra nullo modo litant. Nec responsa potest consultus reddere vates. Et hæc sape causa præcipua iustitiā persequendi, malis regibus fuit. Cū enim quidā ministrorum nostri sacrificiis dominis afferent, impositio frontibus signo, Deos illorū fugauerunt; ne possent in visceribus hostiarū futura depingere. Quod cū intelligerent aruspices instigantibus ijsdem demonibus, quibus prosecrante, conquerentes, profanos homines sacrī interessere; egerunt principes suos in furore; vt expurgarent Dei templū; sedq; vero sacrilegio contaminarent; quod grauissimis persecutiōnium pœnis expiaretur. Nec tamen ex hoc ipso caci homi-

expugnarent  
vi.n.116.

Q. 5 nes

nes intelligere possunt; aut hanc esse veram religionem, si ad vincendum tanta vis inest; aut illam falsam, quae subfistere, aut congregari non potest. Sed aiunt, hoc Deos non natu, verum odio facere. quasi quisquam posset odire nō eum, qui aut noceat, aut posset nocere. immo vero congregens maiestatis fuit, ut eos, quos oderant praesentibus peris afficerent potius, quam fugerent. Sed quonia neq; accederet ad eos, possunt in quibus caelestē notā viderint; nec ita nocere, quos signū immortale munierit, tanquā inexpugnabilis murus; lassent eos per homines, et manibus persequuntur alienis; quos profecto si esse cōfidentur, vicimus. Neque est enim veram esse hanc religionē, qua et rationem demonum nouit, et astutiam intelligit, et vim retinat; et in spiritualibus armis domitos, ac subactos, cedere sibi cogit. Si negant; testimonii poētarum, ac philosophorum resellentur. Quid si esse, et malos esse, inficias non eunt; quid superest, nisi vt alios dicant esse Deos, alios demones? Exponant igitur nobis differencias generis vtriusq; ; vt sciamus quid colendū quid execrādū sit. Habeant ne inter se aliquid confortiū; an vero inimici sint. Si sunt aliqua necessitudine copulati; quatenus eos discernemus? aut quomodo vtriusq; generis honorem, cultumq; miscebimus? Si autem sunt inimici; cur aut demones Deos nō timent, aut dii demones fugare non possunt? Ecce aliquis instinctu demonis percitus dementit, effertur, insanit. ducamus hunc in locū optimi maximi templū; vel, quia sanare homines Iupiter nescit, in Aesculapij, vel Apollinis sanum. Iubeat viri faber sacerdos, Dei sui nomine, vt nocens ille spiritus exterrat ex homine: nullo id pacto fieri potest. Quia igitur ratio Deorum est, si subiectos sibi demones nō habent? At unū idem demones adiurati per nomē Dei veri, protinus fugunt. Quia ratio est, vt Christum timeant; Iouem autem nō timeant; nisi quod iidem sunt demones, quos vulgus Dm

esse opinatur: Deniq; si constituantur in medio eō is, quem constat incussum demonis perpeti, & Delphici Apollinis vates, eodem modo Dei nomen horrebunt; et tā celeriter excedet de vase suo Apollo, quā ex homine spiritus ille damoniacus; et adiurato, fugatoq; Deo suo, vates in perpetuum cōticeſſet. Ergo iidē sunt demones, quos fatētur execrādos esse; iidē dij, quibus supplicant. Si nobis credendū esse nō pertinet, credant Homero, qui summū illum Iouē demonibus aggregavit; sed et aliis poētis, ac philosophis, qui eosde modo demonas, modo Deos nuncupant; quorū alterum verū, alterū falsum est. Illi enim nequissimi spiritus, vbi adiurantur, ibi se demones confitentur; vbi coluntur, ibi se Deos mentiuntur; vt errores hominibus immittant, et auocent à veri Dei notione; per quā solam potest mors aeterna vitari. Iidē sunt, qui deiciēti hominis causa, varios sibi cultus, per diuersa regionum considerunt; metit is tamen, assump̄tisq; religionum nominibus, vt fallerēt. Nā quia diuinitatē per seip̄os affectare non poterant; ascuerunt sibi nomina potentium regum; sub quorū titulis honores sibi Deorum vendicarent. Qui error discuti potest; & in lucē veritatis protrahi. Nā si quis studet altius inquirere; congreget eos, quibus peritia est cīere ab inferis animas. Euocent Iouem, Neptunum, Vulcanum, Mercurium, Apollinem, patremq; omnium Saturnū. Restabunt ab inferis omnes; & interrogati loqueretur; de se ac Deo fatebuntur. Post hac euocent Christū; non aderit, non apparebit; quia non amplius quam biduo apud inferos fuit. Quid hac probatione certius proferri potest? Ego vero non dubito, quin ad veritatem Trismegistus \* hac aliqua ratione peruererit; qui de Deo patre\* omnia, hanc omnium & de filio locutus est multa; que diuinis continentur arcanis. vi.n.117.

X X V I I I  
Quia AE cū ita se habeant vt offendimus; apparet, nullā alia spē vita, homini esse propositā, nisi vt abiectis vanitatis,

tibus, et errore miserabilis, Deum cognoscat, & Deo seruat, nisi huic temporali renuntiet vita; ac se rudimentium superstitionis ad cultum verae religionis instituat. Hac enim conditione gignimur, ut generanti nos deo, iusta, & debita obsequia prebeatam; hunc solū nouerimus; hunc sequamus. Hoc vinculo pietatis, obstricti, Deo, religati sumus; unde ipsa religio nomen accepit; non ut Cicero interpretatus est, a relegendō; qui in libro de natura Deorum secundo dicit: Nō enim philosophi solum, verum etiā maiores nostri superstitionē à religione separauerunt. Nā qui totos dies precabātur, et immolabant, ut sui sibi liberis superstites essent superstitionis sunt appellati. Qui autem omnia, que ad cultū Deorum pertinerent, retractarent, & tanquam relegarent, iij dicti sunt religiosi ex religendo, tanquam ex eligendo elegantes, et ex deligendo diligentes, intelligendo intelligentes. His enim omnibus ineſt viu legendi, eadem, que in religioso. ita factum est in superstitione, & religione, alterum viu nomen; alterū laudis. Hac interpretatio quā incepit, ex re ipsa licet nescire. Nam si in ijsdem diis colenda & superstitione, et religio versatur, exigua, vel potius nulla distinctione est. Quid enim mibi afferet causa, cur precari pro salute filiorū semel, religiosi; & idē decies facere, superstitionis esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimi est; quanto magis sapientis? Si hora prima; ergo & tota die. Si una hostia placabilis; placabiliores vtique hostiae plures, quia multiplicata obsequia demerentur potius, quam offendunt. Nō enim nobis odoſi videntur iij famuli, qui assidui, et frequentes ad obsequiū fuerint, sed magis cari. Cum igitur sit in culpa, & nomen reprehensibile suscipiat, qui magis aut filios suos magis diligit, aut deos satis honorat; laudetur autem qui minus? Quod argumentum etiam ex contrario valet. Si enim totos dies precari, et immolare criminis est; ergo et semel. Si superstites filios subinde optare, vi-

tiosum

tiosum est; superstitionis igitur & ille, qui etiam raro id optauerit. Aut cur viu nomē sit ex eo tractū, quo nihil honestius, nihil iustius optari potest? Nā quod ait, religiosos à religendo appellatos, qui retractent ea diligenter, que ad cultū Deorum pertineant: cur ergo illi, qui hoc sepe in die faciant, religiosorum nomen amittant; cum multo vtique diligentius ex assiduitate ipsa relegant ea, quibus diis coluntur? Quid ergo est? Nimis religio veri cultus est, superstitionis falsi. Et omnino quid colas, interest; non quemadmodū colas, aut quid precere. Sed quia Deorum cultores religiosos se putāt, cum sint superstitionis: nec religionem possunt à superstitione discernere; nec significantia nominum exprimere. Diximus nomen religionis à vinculo pietatis esse deductum; quod hominem sibi Deus religauerit, et pietate constringerit: quia seruire nos ei, vt domino; & obsequi, vt patri, neceſſe est. melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est; quia ait, religionū se nodos exsoluere. Superstitionis autem vocantur, non qui filios suos superstites optant (omnes enim optamus) sed aut iij, qui superstitionē memoria defunctorū colunt; aut qui parentibus suis superstites, colebant imagines eorum domi tanquam Deos penates. Nam qui nouos sibi ritus assumebant, vt Deorum vice mortuos honorarent; quos ex hominibus in cælum receptos putabant; hos superstitionis vocabant. Eos vero, qui publicos, & antiquos Deos colerent, religiosos nominabant. Vnde Virgilii.

Vana superstitione, veterumq; ignara Deorum. Sed cum veteres quoq; Deos inueniuntamur eodem modo cōsecratos esse post obitum; superstitionis ergo qui multos, ac falsos Deos colunt. Nos autem religiosi, qui vni, & vero Deo supplicamus.

FORTASSE querat aliquis, quomodo, cū Deū nos vnu colere dicamus, duos tamē esse asseueremus, Deū pa-

impegit

v.n. 119.

trē, et Deum filium; quæ asseueratio plerosq; in maximum  
 \*impingit errore. Quibus cū probabilitia videatur esse, qui  
 dicimus; in hoc vno labare nos arbitrantur; quod et alteri,  
 & mortale Deum fateamur. De mortalitate ita diximus:  
 nunc de unitate doceamus. Cū dicimus Deū patrē, et Di  
 filium, nō diuersum dicimus, nec vtrumq; secernimus; quia  
 nec pater sine filio potest; nec filius à patre secerni; sicut  
 nec pater sine filio nuncupari, nec filius potest sine pām  
 generari. Cum igitur & pater filium faciat, & filius per  
 trem; vna vtrique mens, vnuſ ſpiritus, vna ſubſtantia eſt.  
 ſed ille quaſi exuberans fons eſt; hic tanquam deſluens ex  
 eo riuius. ille tanquam ſol; hic quaſi radius à ſole porrebitur.  
 qui quoniam ſummo patri & fidelis, et carus eſt, non ſepa  
 ratur, ſicut nec riuius à fonte, nec radius à ſole; quia &  
 qua fontis in riuo eſt, & ſolis lumen in radio. aque neque  
 vox ab ore ſeiungi, nec virtus, aut manus à corpore diuidi  
 potest. Cum igitur à prophetis idem manus Dei, et virtus,  
 & ſermo dicatur, vniq; nulla diſcretio eſt; quia & lingua  
 sermonis minifra eſt, & manus, in qua eſt virtus, indi  
 due ſunt corporis portiones. Propiore vti exempli libet.  
 Cum quis habet filium, quem vnicē diligat, qui tamen ſi  
 in domo, et manu patris; licet ei nomē domini, potest attem  
 que cocedat; ciuili tamē iure & domus vna, et vnuſ domi  
 nus nominatur. Sic hic mundus, vna Dei domus eſt; et fi  
 lius ac pater, qui vnanimes incolunt mūdum, Deus vnuſ,  
 quia et vnuſ eſt tanquam duo, et duo tanquam vnuſ. Neq;  
 id mirum; cum et filius ſit in patre, quia pater diligit fi  
 lium, & pater in filio, quia voluntati patris fidelerit para  
 nec vnuquā faciat aut fecerit, niſi quod pater aut volunt,  
 aut iuſit. Deniq; vnum Deum eſſe tam patrem quam  
 filium, Eſaias in illo exēplo, quod ſuperius poſuimus, gemit  
 dit, cum diceret: Adorabunt te, & in te precabuntur; quo  
 niam in te Deus eſt; & non eſt aliud Deus praeter te. Sed

6

& alio loco ſimiliter ait: Sic dicit Deus rex Iſrael; & qui  
 eruit eum Deus aeternus. ego primus, & ego nouiſtimus; et  
 prater me nemo eſt Deus. Cum duas personas proposuiſſet  
 Dei regis, id eſt Christi; & dei patris, qui eum poſt paſſi  
 onem ab inferis excitauit, ſicut oſtendiffe diximus Oſcam  
 prophetam, qui ait; Et de manu inferiorum eruam eum:  
 tamen ad vtranque personam referens, intulit, & prater  
 me non eſt Deus; cum poſſet dicere prater nos. ſed fas non  
 erat plurali numero, ſeparationem tanta neceſſitudinis fi  
 eri. Vnuſ eſt enim ſolus, liber, Deus ſummuſ, carens origi  
 ne; quia ipſe eſt origo rerum; & in eo ſimul & filius &  
 omnia continentur. Quapropter cum mens, & voluntas  
 alterius in altero ſit, vel potius vna; in vtrōq; merito vnuſ  
 Deus vterq; appellatur; quia quicquid eſt in patre, ad fi  
 lium tranſluſit; & quicquid in filio, à patre deſcendit. Non  
 potest igitur ille ſummuſ, ac ſingularis Deus niſi per filium  
 coli. qui ſolum patrem ſe colere putat; ſicut filium non co  
 lit, ita ne patrem quidem. Qui autem filium fuſcipit, &  
 nomen eius gerit; iſ vero cum filio ſimul & patrem colit;  
 quoniam legatus, & nuntius, & ſacerdos ſummi patris  
 eſt filius. Hic templi maximī ianua eſt, hic lucis via, hic  
 dux ſalutis, hic oſtium vite.

xxx.

SED quoniam multa heres extiterunt, et inſinictibus  
 demoniū, populus dei ſciſſus eſt; determinanda eſt nobis ve  
 ritas breuiter, & in ſuo proprio domicilio collocanda; ut fi  
 qui aquam vita cupiet haurire, non ad detritos lacus de  
 feratur, qui non habent venam; ſed vberimum Dei noue  
 rit fontem, quo irrigatus, perenni luce potiatur. Ante  
 omnia ſcire nos conuenit, & iſipſum, & legatos eius predi  
 xiſſe, quid plurima ſecta, et heres habent exiſtere; que  
 concordiam ſancti corporis rumperent: ac monuiffe, vt  
 ſumma prudētia caucremus, nequādo in laqueos, et frau  
 des

des illius aduersarij nostri, cū quo nos Deus luctari volat, incederemus. Tum dedisse certa mandata, quæ in perpetuum custodire deberemus. Quorum plerique immemores, deinde in unum cœlesti vias sibi deuias per anfractus, et præcipitatem considerunt, per quas partem plebis incantam, & simplicem, ad tenebras, mortemque deducerent. Quod quatenus acciderit, exponam. Fuerunt quidam nostrorum vel minus stabilitate fidei, vel minus docti, vel minus cauti, quidam fidium sacerdotes vniuersitatis, & ecclesiam dissiparent. Sed quorum fides fuit lubrica, cum Deum nosse se, et colere, mularent; augendis opibus, & honori studentes, affectione maximū sacerdotium; & à potioribus victi, secederent nec suffragatoribus suis maluerunt, quā eos ferre proposuerunt, quibus concupierant ipsi ante præponi. Quidā vero nō pote-  
tū cœlestibus literis eruditū, cū veritatis accusatoribus non respondere non possent, obijcentibus vel impossibile, vel congruens esse, vt Deus in uterū se mulieris includeret; cœlestem illā maiestate ad tantam infirmitatem potius induci, vt hominibus contemptui, derisu, contumelia, & libidinio esset: postremo etiam cruciamenta perferret, atque execrabilis patibulo figeretur: que omnia cū neq[ue] ingenio rationemque penitus pernidebant) depravati sunt ab initio recto, & cœlestes literas corruerunt; ut nouā sibi doctrinā sine vlla radice, ac stabilitate componerent. Non nullatenus falsorum prophetarum vaticinio illecti, de quibus veri propheta, & ipse prædixerat, exciderunt à doctrina Dei, et traditionem veram reliquerunt. Sed illi omnino moniacis fraudibus irretiti, quas prospicere, & cauenterant, diuinum nomen & cultum per imprudenter perdiderunt. Cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marcionite, aut Anthropiani, seu quilibet alij nominantur; Christiani esse deserunt, qui Christi

nomini

nomine amissi, humana, & externa vocabula induerunt. Sola igitur catholicæ Ecclesia est, qua verum cultum retinet. Hic est fons veritatis; hoc est domicilium fidei; hoc templum Dei: quod si quis non intrauerit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vita, ac salutis eterna alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita, & salute, cui nisi cautè, ac diligenter consulatur, amissa & extincta erit. Sed tamen, quia singuli quique cœtus hereticorum, se potissimum Christianos, & suam esse catholicam Ecclesiam putant; sciendum est, illam esse veram, in qua est confessio, & paenitentia; qua peccata, & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat. Hac interim paucis admonendi gratia retulit; ne quis errorem fugere cupiens, maiori implicetur errore; dum penetrare veritatis ignorat. Postea plenius, & ve-  
rius cōtra omnes mendaciorum sectas propriō separatoq[ue] opere pugnabimus. Sequitur, vt, quoniam satis de religione vera, & sapientia locuti sumus; in proximo libro de iustitia differamus.

R. L. COE.

L. COELII FIRMIANI  
LACTANTII DIVINARVM  
INSTITUTIONVM LIBER V.

De Iustitia.

\* **O**N est apud me dubium, \* [Constantine Imperator Max.] quin hoc opus nostrum, quo singularis ille rerum conditor, & huius immensi rector affectatur, si quis attigerit ex istis inepta religiosis (ut sunt nimia superstitione impatientes) insectetur etiam maledictis, & vix lediferaesse principio, affligat, proiciat, execretur; sedq; inexcipiibili scelere contaminari, atq; astringi putet, si hac uilegat patienter, aut audiat. Ab hoc tamen si fieri potest, humanitat is iure postulamus, vt non prius damnet, quam vniuersa cognoverit. nam si sacrilegi, & proditoribus, & beneficis potestas defendendi sui datur; nec pradamm quenquam incognita causa licet: non iniuste petere videtur, vt si quis erit ille, qui inciderit in hac; si leget, peccat; si audiet, sententiam differat in extremum. Sed nam hominum pertinaciam; nunquam impetrabimus. Timem enim ne à nobis reuicti, manus dare aliquando, clamare ipsa veritate cogantur. Obstrepunt igitur, & intercedunt, ne audiant; & oculos suos opprimunt, ne lumen videam, quod offerimus. Quo plane ipsi dissidentiam sua perditionis ostendunt; cum neq; cognoscere, neq; cōgregari audent, quia sciunt se facile superari. Et iccirco disceptatio ne sublata,

Pellitur è medio sapientia, vi geritur res,  
Vt ait Ennius; & quia student damnare tanquā nocēti,

qui

quos utique sciunt innocentes; constare de ipsa innocentia nolunt. quasi vero maior iniquitas sit, probatam innocentiam damnasse, quam inauditam. Sed, vt dixi, verentur, ne si audierint, damnare non possint. Et ideo cultores Dei summi, hoc est iustos homines torquent, interficiunt, exterminant; nec causas odiorum reddere ipsi possunt, qui tam vehementer oderunt; quia ipsi errant; irascuntur iis, qui veram uitam sequuntur; & cū corrigeret se possint, errores suos insuper crudelibus factis\* coaceruāt; innocētium cruento maculantur; & dicatas Deo mentes euisceratis corporibus extorquēt. cum talibus nunc congrederi, et disputare contendimus; hos ad veritatem ab inepta persuasione traducere; qui sanguinē facilius hauserint, quam verba iustorum. Quid igitur? operāmne perdemus? Minime. Nam si lucrari hos à morte, ad quam concitatisime tendunt, non potuerimus; si ab illo itinere deuio ad vitam, lucemq; reuocare; quoniam ipsi saluti sue repugnant: nostros tamen confirmabimus, quorum non est stabilis, ac solidis radibus fundata, & fixa sententia. Nutant enim plūri mi, ac maxime qui literarum aliquid\* attigerint. Nam & in hoc philosophi, & oratores, & poētae perniciosi sunt; quod incautos animos facile irretire possunt suauitate sermonis, & carminum dulci modulatione currentium. Mella sunt hac venenum tegentia. Ob eamq; causam volui sapientiam cum religione cōiungere; nequid studiosis inanis illa doctrina posset officere; vt iam scientia literarum non modo nihil noccat religioni, arque iustitiae, sed etiam profit quamplurimum; si is, qui eas didicerit, sit virtutibus instruētor, & in veritate sapientior. Præterea, etiam si nulli alijs nobis certe proderit, delectabit se cōscientia, gaudetq; mens, in veritatis se luce versari; quod est animæ pabulum, incredibili quadā iucunditate perfusum. Verum non est desperandum. Fortasse non canimus surdis. Nec enim

coacerbant.  
Vi. n. 120.

attigerunt.

tam in malo statu res est, ut defint sanæ mentes; quibus & veritas placet; & monstratum sibi rectum iter & videant, & sequantur. Circumlinatur modo poculum, alesti melle sapientie; vt possint ab imprudentibus amarum remedia sine offensione potari; dum illiciens prima dicit, cedo acerbitatem saporis asperi, sub praetextu suavitatis occultat. Nam hec in primis causa est, cur apud sapientes, & doctos, & principes huius seculi, scriptura sancta fide careat; quod Propheta communis, ac simplicitate, ut ad populum, sunt locuti. Contemnuntur igit ab ijs, qui nihil audire, vel legere nisi expolitum, ac datum volunt; nec quicquam inherere animis eorum posse, nisi quod aures blandiori sono permulceret. Illa vero, quæ sordida videntur; anilia, inepta, vulgaria existimantur. Adeo nihil verum putant, nisi quod auditu suaue est, non credibile, nisi quod potest incutere voluptatem: nemora veritate ponderat, sed ornatu. Non credunt ergo diuersi, quia fuco carent; sed ne illis quidem, qui ea interpretantur, quia sunt & ipsi aut omnino rudes, aut certè parvuli. Nam ut plane sint eloquentes, perraro contingit, quia rei causa in aperto est. Eloquentia enim seculo servit, populo se iactare, & in rebus malis placere gestit, siquidem veritatem sapientis expugnare conatur, vt vim suam manifestet; opes expedit; honores concupiscit; sumnum deque gradum dignitatis exposcit. Ergo hec quasi humilius despicit; arcana tanquam contraria sibi fugit, quippe quæ publico gaudeat; & multitudinem, celebritatemq; deferet. Eo fit, vt sapientia, & veritas idoneis precombus indigeat. Et si qui foris literatorum se ad eam contulerint, defensioni eius non suffecerunt. Ex ijs, qui mihi notissimi, Minutius Felix, non ignobilis inter causidicos locutus. Huius liber, cui Octavianus titulus est, declarat, quamdiu news veritatis assertor esse potuisse; si se torum ad id flum

dium contulisset. Septimus quoque Tertullianus fuit omni genere literarum peritus; sed in eloquendo parum facilis, & minus competus, & multum obscurus fuit. Ergo ne hic quidem satis celebritatis inuenit. Unus igitur praeceptor, & clarus exitiis Cyprianus; quoniam & magnam sibi gloriam ex artis oratoria professione questerat; & admodum multa conscripsit in suo genere miranda. Erat enim ingenio facilis, copioso, suauis, & (qua sermonis maxima est virtus) aperto; vt discernere nequeas, virum ne ornator in eloquendo, an facilior in explicando, an potentior in persuadendo fuerit. Hic tamen placere ultra verba, sacramentum ignorantibus non potest, quoniam mystica sunt, quæ locutus est; & ad id preparata, vt à solis fidelibus audiantur. Denique à doctis huius seculi, quibus forte scripta eius innoverunt, derideri solet. Audiui ego quendam hominem sane discretum, qui eum immutata <sup>farcilegum</sup> una litera Coprianum vocaret; quasi quod elegans ingenium, & melioribus rebus aptum, ad amiles fabulas contulisset. Quod si accidit hoc ei, cuius eloquentia non insuavis est; quid tandem putemus eis accidere, quorum sermo ineius est, & ingratus; qui neque vim persuadendi, neq; subtilitatem argumentandi, neq; ullam prorsus acerbitatem ad reuincendum habere potuerunt?

Ergo quia defuerunt apud nos tristis idonei, peritiq; doctores; qui vehementer; qui acriter errores publicos redarguerent; qui causam omnem veritatis ornatae, copioseq; defenderent; provocauit quosdam hac ipsa penuria, vt auferrent scribere contra ignorantiam sibi veritatem. Omitto eos, qui prioribus eam temporibus nequicquam lacefuerunt. Ego cum in Bitynia oratorias literas accitus docerem; contigissetq; , vt eodem tempore Dei templū euerteretur: duo exiterunt ibidem, qui iacenti, atque abiecte

veritati, nescio utrum superbius, an importunius insultarent; quorum alter antiſitem se philosophia proficiebat; verum ita vitiosus; vt continentia magister, non minus auctoritas, quam libidinibus arderet; in vicitu tam sumptuosus, vt in schola virtutis assertor, pars monitione, paupertatis, laudator, in palatio peius cœnaret, quam domi. tam vivere capillus, & pallio, & (quod maximum est velamentum) diuitiis prætegebat; quas vt auerget, ad amicitias indicans miro ambitu penetrabat; eosque sibi repete auctoritate ſed nominis obligabat; non modo, vt eorum sententias videntem, verum etiam vt confines suos, quos sedibus, agri, que, pellita, à suo repetendo, hac potentia retardaret. Hic vero, qui sua disputationes moribus deſtruuebat, vel mores suos differentiationibus arguebat; ipſe aduersus se gravis censor, & accuser acerrimus, eodem ipſo tempore, quo iustus populare lacerabatur, tres libros euocauit contra religionem, menq; Christianum. Professus ante omnia, philosophicum esse, erroribus hominum subuenire; atq; illos advenram viam reuocare, id est, ad cultus Deorum; quorum nomine, ac maiestate (vt ille dicebat) mundus gubernetur, pati, homines imperitos quorundam fraudibus illici; ne similitas eorum, prede, ac pabulo sit hominibus astutus. Ita ſe ſuceptiſſe hoc munus, philosophy dignus; vt praeferebas videntibus lumine sapientie; non modo vt ſuceptis Deoſtitutis refaneſcant, ſed etiam vt pertinaci obſtinatione depota, corporis cruciamenta deuici; nev ſenias membrorum cerationes fruſtra perpeti velint. Ut autem apparebat, quia rei gratia opus illud elaboraſſet; effuſus eſt in principiis, quorum pietas, et prouidetia (vt quidem ipſe dicebat) cum in ceteris rebus humanis, tum præcipue in defendenda Deorum religionibus claruiſſet; conſultum eſſe tandem inibus humanis, vt cohibita impia, & anili ſuperſtitio, vniuerſi homines legitimis sacris vacare, ac propitiis ſit

Deos experientur. Vbi autem religionis eius, contra quam perorabat, infirmare voluit rationem; ineptus, vanus, ridiculus apparuit: quia grauis ille conſultor virilitatis aliena, non modo quid oppugnaret, ſed etiam quid loqueretur neſciebat. Nam ſi qui noſtrorum affuerunt; quamvis temporis gratia connuerent, animo tamen derifere, utpote cum viderent hominem proſtentem, ſe illuminaturum alios, cum ipſe cecus eſſet; reductum alios ab errore, cum ipſe ignoraret, vbi pedes ſuos ponaret; eruditurum alios ad veritatem, cuius ille ne ſcintillam quidem vnam vidiffet aliquando; quippe cum ſapientia professor, proſtagare ſapientiam niteretur. Omnes tamen id arguebant; quod illo potiſſimum tempore id operis eſſet aggressus, quo furebat odioſa crudelitas. O philofophum adulatore, ac temporis ſeruientem. Verum hic pro ſua inanitate contemptus eſt; qui & gratiam, quam ſperauit, non eſt adeptus; & gloria, quam captauit, in culpat, reprehenſionemque conuerſa eſt. Alius eandem materiam mordacius ſcripſit; qui erat tum è numero iudicū; & qui auctor in primis facienda perſecutionis fuit: quo ſcelere non contentus, etiam scriptis eos, quos afflixerat, inſecutus eſt. compoſuit enim libellos duos, non contra Christianos, ne inimice inſectari videretur, ſed ad Christianos; vt humane, ac benigne conſulere putaretur. in quibus ita falſitatē ſcriptura ſacra arguere conatus eſt, tanquam ſibi eſſet tota contraria: nam quedam capita, quae repugnare ſibi videbantur, expoſuit; adeo multa, adeo intima enumerās, vt aliquādo ex eadem disciplina fuiffe videatur. Quod ſi fuit; quis eū Demosthenes poterit ab impietate defendere? qui religionis, cui fuerat affeſſus, & fidei, cuius nomen induerat, & sacramenti, quod acceperat, proditor factus eſt. niſi forte caſu in manus eius diuina litera inciderunt. Qua igitur temeritas

erat, id audere dissoluere, quod illi nemo interpretatus. Bene, quod aut nihil didicit, aut nihil intellexit. Tantum enim abest à diuinis literis repugnantia; quantum ille abfuit à veritate, & fide, praecepit tamen Paulum, Periculum laceravit, ceterosq; discipulos, tāquam fallacia seminare, res quos eosdem tamen rudes, & indoctos fuisse, testam̄ est: nam quosdam eorum piscatorio artificio fecisse quatum: quasi agre ferret, quod illam rem nō Aristophanus aliquis, aut Aristarchus commentatus sit.

**III** ABEVIT ergo ab his singendi voluntas, & astuta quoniam rudes fuerunt. Aut quis posset indoctus, aptus inter se, & coherentia singere, cum Philosophorū doctissimi Plato, & Aristoteles, & Epicurus, & Zenon, ipsis fibi pugnantia, & contraria dixerint? Hac est enim mendaciorum natura, vt coherere non possint. Illorum autem dictio, quia vera est, quadrat vndeque, ac sibi tota confundit; & ideo persuaderet, quia constanti ratione sufficiat, non \*igitur quæstus, & commodi gratia, religionem illi commenti sunt; quippe qui & præceptis, & re ipsa virtutam secuti sunt, qua & voluptatibus caret; & omni, qua habentur in bonis, spernit; & qui non tantum pro fide mortem subierint, sed etiam morituros esse se & forent, & prædixerint; & postea vniuersos, qui eorum disciplinam secuti essent, acerba, & nefanda passuros. Ipsa autem Christum affirmauit à Iudeis fugatum, collectu non ingentorum hominum manu, latrocinia fecisse. Qui tanta auctoritatē audeat repugnare? Credamus hoc plenē. nam fortasse hoc illi in somnis Apollo aliquis nuntiavit. Tot sēper latrones perierunt, & quotidie peremti, viique multos & ipse damnasti; quis eorum post crux suam, non dicam Deus, sed homo appellatus est? Veneratu forsitan ex eo credidisti, quia vos homicidam Marci

consecrasti, vt Deum: quod tamen non fecissetis, si illum Areopagitā in crucem sustulissent. Item cum facta eius mirabilia destrueret, nec tamen negaret; voluit ostendere, Apollonium vel paria, vel etiam maiora fecisse. Mirum quod Apuleium pratermisit; cuius solent & multa, & mira memorari. Cur igitur & delirum caput, nemo Apollonium pro Deo colit? nisi forte tu solus, illo scilicet Deo dignus, cum quo te in sempiternum verus Deus puniet. Si magus Christus, quia mirabilia fecit; peritior utiq; Apollonius, qui ( vt describis ) cum Domitianus eum punire vellit, repente in iudicio non comparuit, quam ille, qui & comprehensus est, & cruci affixus. At enim ex hoc ipso fortasse insolentiam Christi voluit arguere, quod Deum se constituerit; vt ille verecundior fuisse videatur, qui cum maiora faceret, vt hic putat; tamen id sibi non arrogaverit. Omitto nunc ipsa opera & computare; quia in secundo, & superiore libro de fraude, ac præstigio artis magicae vi.n.123. comparare.

unitatem, quia suo nec poterat, nec audebat. Nostis vero & potuit Deus credi, quia magus non fuit; & credi est, quia verus fuit. Non, inquit, hoc dico, sic circa Apollonium non haberi Deum, quia noluerit; sed ut apparet nos sapientiores esse, qui mirabilibus facti non statim sed diuinitatis adiunximus, quam vos; qui ob exigua portenta Deum credidistis. Non est mirum, si tu, qui Dei sapientia longe remotus es, nihil prorsus intelligiturum, quae legisti; cum Iudei, qui a principio prophetarum putauerant, quibusque sacramentum Dei fuerat assignatum; tamen quid legerint, ignorauerint. Disce igitur, si quid tibi cordis est, non solum sic circa a nobis Deum creditum Christum, quia mirabilia fecit; sed quia vidimus in eo facta esse omnia, quae nobis annuntiata sunt vaticinia prophetarum. Fecit mirabilia: magi putassemus; vt & in nuncupatis; & Iudei tunc putauerint; si non illa ipsa factum Christum prophetarum omnes uno spiritu predicassem. Itaq; Deum credimus, non magis ex factis, operibusque mirandis, quam ex illa ipsa cruce, quia vos sicut canes lambitus, quoniam simul & illa predicta est. Non igitur suo testimonio (cui enim de se dicenti potest credi?) sed prophetarum testimonio, qui omnia, quae fecit, ac passus est, multo ante cernerunt fidem diuinitatis accepit; quod neq; Apollonio, neq; Apuleio, neq; cuiquam magorum potuit, aut potest aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantis sua deliramenta escindere, cum veritatem penitus \*excidere connixus esset, ausus est libros suos nefarios, ac Dei hostes quicunque amnontare. O cacum peccati, o mentem cimmerii, ut aiunt, unebris atriorum. Discipulus hic fortasse Anaxagora fuerit, cui niues atramentum fuerunt. Atqui eadē casitas est, & vero, falsitatis; & mendacio, veritatis nomen imponere. Videlicet homo subdolus voluit lupū sub ovis pelle celare; ut fallaci titulo posset irretire lectorem. Verum esto; inservia

verum etiam  
videmus.  
viii.124.

buc

boc, non militia feceris. Quam tandem nobis attulisti veritatem? nisi quod assertor Deorum, eos ipsis ad ultimum prodidisti. Proscutus enim summi dei laudes, quae Regem, quem maximum, quem opificem rerum, quem fons bonorum, quem parentem omnium, quem factorem, altoremque viventium confessus es; ademisti Ioui tuo regnum; eumque summa potestate depulsum, in ministrorum numerum redigisti. Epilogus itaque te tuus arguit stultitia, vanitatis, erroris. Affirmas Deos esse; & illos tamē subiici, et mancipias ei Deo, cuius religionem conaris euertere.

I ergo, de quibus dixi, cum praesente me, ac dolente,

1111  
sacrilegas suas literas explicassen: & illorum superba impudicitate stimulatus, & veritatis ipsius conscientia, & (vt ego arbitror) Deo, suscepit hoc munus; vt omnibus ingenij mei viribus accusatores iustitia refutarem; non vt contra hos scriberem, qui paucis verbis obteri poterat; sed vt omnes, qui vbiq; idem operis efficiunt, aut effecerunt, uno semel impetu profligare. Non dubito enim, quin & alij plurimi, & multis in locis, & non modo gracie, sed etiam latinis literis, monumentum iniusticie sua struxerint. quibus singulis quoniam respondere non poteram, sic agendam mihi hanc causam putavi, vt & priores cum omnibus suis scriptis peruerterem; & futuris omnem facultatem scribendi, aut respondendi amputarem. praebeat modo aures. efficiam profecto, vt quicunq; ista cognoverit; aut scipiat quod ante damnavit; aut, quod est proximum, deridere aliquando desistat. Quanquam Tertullianus eandem causam plene perorauerit in eo libro, cui Apologeticum nomen est: tamen quoniam aliud est, accusantibus respondere, quod in defensione, aut negatione sola positum est; aliud instituere, quod nos facimus; in quo necesse est, doctrina totius substantiae contineri; non defugi hunc laborem, vt implerem materiam, quam

quam Cyprianus non executus est in ea oratione, quod Di-  
metrianum (sicut ipse ait) oblatrancem, atque obli-  
penatem veritati, redargueret conatur. qua materia non est  
vitus, ut debuit. non enim scriptura testimonius, quam  
viisque vanam, fictam, commentitiamque putabat, sed ar-  
gumentis, & ratione fuerat refellendus. Nam cum gen-  
contra hominem veritatis ignoratum, dilatis paulisper di-  
nis lectionibus, formare hunc a principio tanquam ruden-  
demonstrare.

ac. \*At si hortatu nostro docti homines, ac diserti hoc se-  
re coepissent; & ingenia sua, vimque dicendi in hoc veritate  
campo iactare maluerint: euanitur as breui religiones fel-  
fias, & occasuram esse omnem philosophiam, nemo dilig-  
taverit; si fuerit omnibus persuasum, cum hanc solam reli-  
gionem, tum etiam solam veram esse sapientiam. Sed eu-  
gatus sum longius, quam volebam.

v N V N C reddenda est de Iustitia proposita disputatio,  
qua aut ipsa est summa virtus; aut fons est ipsa virtus:  
quam non modo philosophi quiescerunt, sed poetae quoque,  
qui & priores multo fuerunt; & ante natum philosophi  
nomen pro sapientibus habebantur. Hi plane intellexerunt,  
abesse hanc a rebus humanis; eamque finixerunt offendere

vitiis hominum, cessisse terra, in calunque migrasse: atque  
vt doceant, quid sit iuste vivere (solent enim precepta per  
ambages dare) a Saturni temporibus, qua illi vocant au-  
rea, repetunt exempla iusticia; narrantque in quo statu  
fuerit humana vita, dum illa in terra moraretur. Quod  
quidem non pro poetica fictione, sed pro vero habendum  
est. Saturno enim regnante, nondum Deorum cultibus in-  
stitutis, nec adhuc villa gente ad diuinitatibus opinionem con-  
secrata, Deus viisque colebatur. Et ideo non erant neque  
dissensiones, neque inimicitiae, neque bella.

Non dum vesanos rabies nudauerat ensis,  
Vt Germanicus Caesar in Arateo loquitur carmine:

Nec consanguineis fuerat discordia nota.  
Imò ne alienigenis quidem. sed neque ulli omnino gladij,  
qui nudarentur, fuerunt. Quis enim praesente, ac vigente  
Iustitia, aut de tutela sui, cum nemo insidiaretur, aut de  
pernicie alterius cogitaret, cum nemo quicquam concu-  
pisceret?

Malebant tenaci contenti vivere cultu,  
vt Cic. in suo narrat; quod est proprium nostra religionis.

Ne signare quidem, aut partiri limite campum  
Fas erat: in medium quærebant. quippe cum Deus com-  
munem omnibus terram dedisset, vt communem degerent  
vitam; non vt rabida, & furens avaritia sibi omnia ven-  
dicaret; nec ulli decesset, quod omnibus nasceretur. Quod  
poeta dicitum sic accipi oportet; non vt existimemus nihil  
omnino tum fuisse priuati; sed more poetico figuratum: vt  
intelligamus, tam liberales fuisse homines, vt natas sibi  
fruges non includerent; nec soli absconditus incubarent; sed  
pauperes ad communionem proprij laboris admitterent.

Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.

Nec mirum; cum promptuaria iustorum benigne pate-  
rent omnibus; nec avaritia intercipiens beneficia diuina,  
famem,

famem, sicutq; vulgo faceret; sed omnes equaliter dabantur; cum habentes non habentibus large, copiose darent. Sed postquam Saturnus à filio pulsus, in Latium delatus est,

*Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis,  
Cum iam populus vel noui regis metu, vel sua sponte  
prauatus, Deum colere desisset; Regemq; pro Deo habu-  
cœpisset; cum ipse propemodum particida, exemplo cam-  
esserat ad violandam pietatem:*

Deseruit propere terras iustissima virgo.

Sed non, vt ait Cicero:

*Et Iouis in regno, caliq; in parte rescidit.*

*Quomodo enim poterat in eius regno residere, aut commu-  
rari; qui patrem regno expulit, bello persecutus est, exiliis  
toto orbe iactauit?*

Ille malum virus serpentibus addidit atris,  
predarique lupos iussit. id est, odium, & inuidiam, & b-  
lum hominibus insevit, vt tam essent, quam serpentes  
venati; tam rapaces, quam lupi. Quid quidem ven-  
ciunt q; qui iustos, ac fideles Deo, persequuntur, dâmag-  
iudicibus saeuendi aduersus innoxios potestatem. Fortis  
aliquid eiusmodi Iupiter fecerat ad expugnandum, tollan-  
damque iustitiam; & iccirco efferasse serpentes, ac lupi  
accusâe tradatur.

Tum bellirabies, & amor successit habendi:

Neque immerito. sublata enim Dei religione, boni quoq;  
ac mali scientia perdiderunt. sic hominibus intercidit com-  
munitas vita; & diremptum est fœdus societas humana.  
Tum inter se manus conserere cœperunt, & infideli, &  
gloriam sibi ex humano sanguine comparare.

VI *Q V O R V M omnium malorum fons, cupiditas et:  
qua scilicet ex contemptu vera maiestatis erupit, non tan-*

rum enim, non participabant alio q; quibus aliquid afflu-  
bat; sed aliena quoq; rapiebant, in priuatum lucru trahen-  
tes omnia; & qua antea in v̄s hominum etiâ singuli la-  
borabant, in paucorū domos conferebâtur. Ut enim seru-  
tio cateros subiungarent, in primis necessaria vita subduce-  
re, & colligere cœperunt; eaque firmiter conclusa seruare;  
vt beneficia celestia, facerent sua; non propter humanita-  
tem, que nulla in ipsis erat; sed vt omnia cupiditatis, &  
avaritie instrumenâa corraderent. leges etiam <sup>sub</sup> sibi nomine <sub>vi.n.125.</sub>  
iustitia, iniustissimas, iniustissimâaque sanxerunt; qui-  
bus rapinas, & avaritiam suam contra vim multitudinis  
tuuerentur. Tantum igitur auctoritate, quantum viri-  
bus, aut opibus, aut malitia præualebant. Et quoniam nu-  
lum in his vestigiū iustitiae fuit; cuius officia sunt humani-  
tas, aequitas misericordia; iam superba, et tumida inâqua-  
litate gaudebant; altior esque se cateris hominibus, satel-  
litum comitatu, & ferro, & insigni ueste faciebant. Hinc  
honores sibi, & purpas, & fasces inuenierunt; vt securiū,  
gladiorumq; terrore subnixi, quasi iure dominorum per-  
culsis, ac pauentibus imperarent. In hac conditione huma-  
nam ritam rex ille constituit, qui debellato, ac fugato pa-  
rente, non regnum, sed impiam tyrannidem vi, & homi-  
nibus armatis occupauit; & aureum illud, iustumq; secu-  
lum sustulit; coegeritq; homines, malos, et impios fieri, vel ex  
hoc ipsis; quod ipsos auertert à Deo ad se adorandum: quod  
terror insolentissima potestatis expresserat. Quis enim non  
metueret eum, quem arma cingebant; quem ferri; & gla-  
diorum fulgor insuetus circundabat? aut cui parceret  
alieno, qui ne patri quidem suo pepercera? Quem vero  
metueret, qui Titanum robustam, & excellentem viri-  
bus gentem bello vicerat, occidione deleuerat? Quid mi-  
rū, si omnis multitudo, insolito metu pressa, in vnius adu-  
lationem concesserat? hunc venerabantur, huic honorem  
maximum

maximum deferebant. Et quoniam mores, ac vitia imitari, genus obsequij iudicatur; abiecerunt omnes patrem; ne exprobrare regi scelus viderentur, si pie viuere. Sic astidua imitatione corrupti, diuinum fas reliquere. & paulatim male viuendi consuetudo, mos factus est. iam quicquam ex antecedentis seculi pio, atque optimo mansit; sed explosa iustitia, & veritatem secundum hens, reliquit hominibus errorum, ignoratiam, cecitatem. Imprudenter igitur poëta, qui eam confusisse cecinera, ad Louis regnum. Si enim seculo, quod vocant aureum, iustitia in terra fuit; à Loue viisque pulsa est, qui aureum seculum commutauit. Seculi autem commutatio, & expressio iustitiae, nihil aliud, vt dixi, quam desertio diuinorum putanda est; quæ sola efficit, ut homo hominorum habeat; eumq; sibi frateritatis vinculo sciatis esse strictum: siquidem pater idem omnibus Deus est, vt Dei patrisq; communis beneficia cum iis, qui non habent parentem, nulli noceat; nullum premet, non fores claudat, spiriti, non aurem precanti; sed sit largus, beneficis, filialis: quas regias esse laudes Tullius existimat. Hanc profecto iustitia, & hoc aureum seculum, quod Louem regnante corruptum; mox & ipso, & omnime genere consecrata, Deorumque multorum suscepimus fuerat omne sublatum.

VII. SED Deus, vt parens indulgentissimus, appropinquante ultimo tempore, nuntium suum misit; qui verius illud, fugatamq; iustitiam reduceret; ne humanum genus maximis, & perpetuis agitaretur erroribus. Rediit ergo species illius aurei temporis; & redditia quidem missa, sed paucis assignata iustitia est; quæ nihil aliud est, quæ Dei vniuersaliter religiosa cultura. Sed moueat digne fortasse; cur si hac sit iustitia, non omni humano geniti-

data; nec in ea multitudo vniuersa consenserit. magna hoc disputationis est; cur à Deo, cum iustitiam terra daret, sic rectenta diuersitas: quod & alio loco declarauit; & vbiunque oportune inciderit, explicabitur. Nunc designare id brevissime satis est. Virtutem autem non posse, nisi habeat virtus contraria; aut non esse perfectam, nisi exerceatur aduersis. Hanc enim Deus bonorum, ac malorum volunt esse distantiam; vt qualitatem boni ex malo sciatis, item mali ex bono; nec alterius ratio intelligi, sublatio altero potest. Deus ergo non exclusit malum; vt ratio virtutis constare posset. Quomodo enim patientia vim suam, nomenque retineret, si nihil esset, quod pati cogeretur? Quomodo laudem mereretur deuota Deo suo fides; nisi esset aliquis, qui à Deo vellet auertere? Nam ideo potentiores esse iniustos permisit, vt cogere ad malum possent; ideo plures, vt virtus esset pretiosa, quod rara est. Quod quidem ipsum Quintilianus egregie, ac breuiter ostendit in capite obuoluto. Nam quæ, inquit, virtus esset innocentia, nisi laudem rarietas dedisset? Verum quia natura sic comparatum est, vt odium, cupiditas, ira, in id, quæ affectus. quod rara est. Quod quidem ipsum Quintilianus egregie, ac breuiter ostendit in capite obuoluto. Nam quæ, inquit, virtus esset innocentia, nisi laudem rarietas dedisset? Verum quia natura sic comparatum est, vt odium, cupiditas, ira, in id, quod incubuerint, agant cæcos; supra hominem videatur culpa vacare. Alioquin si natura pares omnibus affectus, etibus dedisset, pietas nihil erat. Hoc quām verum sit, docet necessitas ipsa rationis. Si enim virtus est, malis, ac virtutis fortiter repugnare, appareat, sine malo, ac virtute nullam esse virtutem, quam Deus vt absolutam, perfectamq; redideret, gerimur id, quod erat ei contrarium; cum quo depugnare posset. Agitata enim malis querientibus, stabilitatem capit; & quanto frequentius impellitur, tanto firmius roboratur. Hac nimurum causa efficit, vt quām sit hominibus missa iustitia, tamen aureum seculum non esse dicatur; quia malum non sustulit, vt retineret diuersitate; quia sacramentum diuina religionis continet sola.

VIII Quid ergo putant, iustum esse neminem; ante oculi  
habent iustitiam; sed eam nolunt cernere. Quid est enim,  
cur illa vel in carminibus, vel in omni sermone describant,  
conquerentes eius absentiam; cum sit facilissimum, boni  
esse, si velint? Quid vobis inanem iustitiam depingitis, &  
optatis cadere de celo, tanquam in aliquo simulacro figura-  
tam? Ecce in conspectu vestro est; suscipe, si potestis;  
eamque in domicilio vestri pectoris collocate. nec iustitia,  
aut alienum a temporibus existimetis. Estote aequi, ac la-  
ni; & sequetur vos sua sponte iustitia, quam queritis.  
Deponite omnem malam cogitationem de cordibus vestrum,  
& statim vobis illud tempus aureum reuerteretur, quod ad-  
deret consequi non potestis, quam si Deum verum colere a-  
peritus. Vos autem manente cultu Deorum, iustitiam ex-  
isterat in terra; quod fieri nullo pacto potest; sed ne vos  
quidem potuit, cum putatis; quia nondum natus diu essemus,  
quos impie colitis, necesse est vnius Dei cultum fuisse in  
terrā; eius scilicet qui execratur malitiam, exiguitatem,  
vitatem; cuius templum est, non lapides, aut lumen, sed  
mo ipse, qui figuram Dei gestat. Quod templo non a-  
re, & gemmarum donis corruptilibus, sed aeternū vita-  
rum muneribus ornatur. discite igitur (siquid vobis reliqui-  
mentis est) homines ideo malos, & iniustos esse, quia di-  
coluntur; & ideo mala omnia rebus humanis quotidie  
grauescere, quia Deus huius mundi effector, & gubernator  
dilectus est; quia suscepta sunt, contra quam facta  
impia religiones: postremo, quia ne colis quidem vel ap-  
cas Deum sinitis. Quod si solus Deus coleretur, non essent  
dissensiones, & bella; cum scirent homines vnius se Di-  
litos esse; ideoque diuina necessitudinis sacro, & iniuncto  
vinculo copulatos. nulla fuerint insidia; cum scirent cuius-  
modi poenas Deus animarum intersectoribus preparaverit,  
clandestina sceleras, & ipsas etiam cogitationes praeditas.

non essent fraudes, neque rapina; si Deo praeципiente didi-  
cissent & suo & parvo esse contenti, fragilbus, & caducis  
solida, & eterna preferrent. Non essent adulteria, & stu-  
pra, & mulierum prostitutiones, si omnibus notum esset  
damnari a Deo, quicquid appetitur ultra generandi cupi-  
ditatem. Nec faminam necessitas cogere pudorem suum  
profanare, vt victum sibi obscenissimum quarat; cum &  
mares libidinem \* contemneret; & habentium pia, & rest-  
giosa collatio, non habentibus subueniret. \* Non essent mu-  
tua, vt dixi, hec omnia in terris mala; si ab hominibus in  
legem Dei coniuraretur; si ab universis fierent, qua vnuis  
noster populus operatur, quam beatuisset, quamque aureus  
humanarum rerum status, si per totum orbem mansuetu-  
do, & pietas, & pax, & innocentia, & aequitas, & tempe-  
rantia, et fides moraretur. Denique ad regendos homines,  
non opus esset tam multis, & tam variis legibus; cum ad  
perfectam innocentiam, Dei lex una sufficeret: neq; car-  
ceribus, neq; gladiis presidum, neq; terrore ptenarum; cum  
praeceptorum caelestium salubritas, humana pectoribus in-  
fusa, ultero iustitia opera homines erudiret. Nunc autem  
mali sunt ignorantiae recti, ac boni. quod quidem Cicero  
vidit. disputas enim de legibus. Sicut vna, inquit, eademque  
natura, mandus omnibus partibus inter se congruentibus  
coharet, ac niteret; sic omnes homines inter se natura con-  
fusi, prauritate dissentient; nec se intelligent esse consanguineos,  
& subiectos omnes sub unam, eandemque tutelam.  
quod si teneretur. Deorum profecto vitam homines vivi-  
rent. Universa igitur mala, quibus humanum genus scip-  
sum inuitem conficit, iniustus, atque impius Deorum cul-  
tus induxit. Nec enim poterant retinere pietatem, qui  
communem omnium patrem Deum, tanquam prodigi, ac  
rebelles liberi abnegassent:

NON VNUM tamen sentiunt, se malos esse  
 & veterum seculorum statum laudant; & de suis mon-  
 bus, meritisq; coniectant, abesse iustitiam: quam ob-  
 sanctem oculus suis non tantum non suscipiunt, nec ag-  
 scunt, verum etiam violenter oderunt, & perseguuntur,  
 & exterminare contendunt. Fingamus hanc interim  
 esse iustitiam, quam nos sequimur; quomodo, si illa ven-  
 rit, quam veram putant, eam recipient? qui laniam, &  
 occidunt eos, quos & ipsi fatentur, imitatores esse ius-  
 rum, quia bona operentur, & iusta; cum si tantum mali  
 malos occiderent, digni essent, ad quos iustitia non venuisset,  
 cui nulla fuit alia causa linquendi terram, quam huma-  
 eroris effusio. Quanto magis, cum piros interficiat, et iusta  
 iusticia sectatores pro hostibus ducat; in modo vero plus qua  
 pro hostibus? quibus, utiq; cum animas eorum, & operib;  
 liberos ferro, & igni appetant, tamen parcitur videlicet  
 est locus inter arma clementia: aut si adeo sauire placet,  
 nihil plus in eos sit, quam ut occidatur, vel in servitutem  
 abducantur. Hoc vero inenarrabile est, quod sit aduersus  
 eos, qui male facere nesciunt. Et nulli nocentiores habent  
 quam qui sunt ex omnibus innocentes. Audent igitur ho-  
 mines improbisimi, iustitiae facere mentionem, quia  
 immane vincunt; qui placidissimum Dei gregem  
 stant, -lupi ceu. Raptore atra in nebula, quos impedi-  
 ventris. Exegit cacos rabies. Verum hos non vere, sed contra  
 rabies efferauit; nec atra in nebula, sed aperta pradatim  
 grassantur; nec eos unquam conscientia scelerum reuocat,  
 ne sanctum, ac pium nomen iustitiae, ore illo violenti, quid  
 cruore innocentium tanquam rictus bestiarum madet. Han-  
 tanti, & tam pertinacis odio quam potissimum causam  
 dicamus? Verumne veritas odium parit, ut ait Poeta, quid  
 diuino spiritu instinctus: an erubescunt coram iusto, &  
 bonis esse nequaquam? an potius vitrum q;? Nam et veritas  
 semper

semper inuisa est; quod is, qui peccat, vult habere liberum  
 peccandi locum; nec aliter se putat male factorum voluptate  
 securius perfaci posse; quam si nemo sit, cui delicia non pla-  
 ceant. Ergo tanquam scelerum, & malitiae sua testes extir-  
 pare funditus nititur, & tollere: grauesq; sibi putant tan-  
 quam vita eorum coarguatur. Cur enim sint aliqui intem-  
 pestive boni, qui corruptis moribus publicis, coniunctum be-  
 ne viuendo faciant? cur non omnes sint aequi mali, rapaces,  
 impudici, adulteri, periuri, cupidi, fraudulenti? quin potius  
 auferantur, quos coram male viuere, pudet; qui peccan-  
 tium frontem, & si non verbis, quia tacent, tamen ipso vite  
 genere dissimili ferunt, & verberant. Castigare enim vide-  
 tur, quicunque dissentit. Nec est magnopere mirandum, si ad-  
 uersus homines ista sunt; cum aduersus ipsum Deum, pre-  
 pter eandem causam, insurrexerit etiam populus in spe con-  
 stitutus, nec Dei necessarius; sequiturq; iustos eadem necessari-  
 us, quae ipsum iustitia violauit auctorem. Vexant ergo,  
 & exquisiti paenarum generibus excruciant; parumq; ha-  
 bent interficere, quos oderunt; nisi etiam crudelitas corpo-  
 ribus illudat. Si qui autem doloris, vel mortis metu, vel sua-  
 pte perfidia, caeleste sacramentum deseruerint, & ad fune-  
 sta sacrificia consenserint; eos laudant, & honoribus ma-  
 etat; ut eorum exemplo cateros illiciant. Qui autem magni  
 estimauerint fidem; cultoresq; se Dei non abnegauerint  
 in eos vero totis carnificina sua viribus, veluti sanguinem  
 suum, incumbunt; & desperatos vocant; quia corpori suo  
 minimè parcunt: quasi quicquam desperatus esse possit,  
 quam torquere, ac dilaniare eum, quem scias esse innocen-  
 tem. Adeo nec pudor ullus apud eos superest, à quibus abest  
 omnis humanitas: & retrorsum in homines iustos con-  
 uitia sibi cognuentia. Impios enim vocat ipsi scilicet p;ij, &  
 ab humano sanguine abhorreant, cum si & actus suos con-  
 siderent, & illorum, quos tanquam impios dominant, iam

Intelligent, \*intelligant, quām mendaces sint; & iis omnibus quād  
uersus bonos aut dicunt, aut faciunt, digniores. Non enim  
de nostro, sed ex illorum numero semper existunt, qui via  
obsideant armati, maria prædicti ut, vel si palam graffatim  
licuit, venena clām temperent; qui vxores necent, vi dñi  
earum lucentur, qui maritos, vt adulteri nubant; quin  
vos ex se pueros qui strangulent, aut si nimium pī su  
runt, exponant; qui libidines incestas ucc à filia, nec à p  
rore, nec à matre, nec à sacerdote contineant; qui adun  
sus ciues suos, patriāmque coniurent, qui nec culeum ma  
tent; qui deniq<sup>z</sup>, sacrilegia committant, & Deorum, qui  
colore, templa dissipant; & vt qua leuia sunt, atque in  
stata dicamus, qui hereditates captent, testamento sup  
ponant; iustos heredes vel auferant, vel excludant; qui in  
tempora sua libidinibus profligant; qui denique immemori,  
quid natū sint, cum fœminis patientia certent; qui sancti  
simam quoque corporū sui partem contra fas omne p  
luant, & profanent; qui virilia sua ferro metant, & qui  
est sceleratus, vt sint religionis antijustites; qui ne vite qu  
dem sua parcant, sed extinguedas publice animas ju  
vendant; qui si iudices sedeant, aut immeritos perdant  
cede corrupti; aut noxias impune dimittant; qui calu  
quoque ipsum beneficium appetant, tanquam illorum mal  
itiā terra non capiat. Hac inquam, & hu plura scelū  
vtiq<sup>z</sup> ab iis fiunt, qui Deos colunt. Quis inter haec tot, u  
tanta iustitia locus est? Et ego de multis pauca collegi  
vt arguerem, sed vt ostenderem. Qui volent scire omnia, se  
necā libros in manum sumant; qui morum, viciorum  
publicorum & descriptor verisimus, & accusator accu  
rimus fuit. Sed & Lucilius tenebrosam istam vitam in  
gascripte, breuiterq<sup>z</sup> depinxit his versibus:

Nunc vero à mane ad noctem, festo, atque professo  
Tonus item pariterq<sup>z</sup> die, populūisque, patrūisque

*mis vñstata.*  
*vñ.n.127.*

Iactare, \*indufo se omnes; decedere nūquam.  
Vni se, atque eidem studio omnes dedere, & arti,  
Verba dare vt caute possint; pugnare, dolose  
Blandiri; certare, bonum simularē virum se;  
Insidias facere, vt si hostes sint omnibus omnes.

Nostrō autem populo quid horum potest obiici; cuius om  
nis religio est, sine scelere, ac sine macula viuere? Cum igi  
sur videant & se, ac suos ea, quae diximus gerere, nos tr̄s  
autem nihil aliud operari, nisi æquum, & bonum; poten  
tiant, siquid saperent, ex hoc intelligere, & illos, qui bo  
num faciunt, piros esse; & se impios; qui nefanda commit  
tunt, neque enim fieri potest, vt qui in omnibus vita sua  
attibus non errant, in ipsa summa errent, hoc est in reli  
gione; quae rerum omnium caput est. Impietas enim suscepta  
in eo, quod est summum per cetera vñiuersa \*sequeretur. al.  
Arque fieri non potest, vt ip̄i, qui errant in omni vita, & sequitur eq̄q.  
in religione fallantur. quoniam pietas in summo regulam al.  
renens, tenorem suum seruaret in ceteris. Ita sit vt in atquin.  
vira que parte de condicione rerum, que geruntur, qualis  
sit summa ipsa noscatur. vid. no. 128.

O P E R A E P R E T I V M est, cognoscere illorum pie  
tatem; vt ex iis, quae clementer, ac pie faciunt, posset intel  
ligi, qualia sint, quae ab his contra iura pietatis gerun  
tur. Ac ne quem videar inclementer incessere, aliquam mis  
bi personam poëticam sumam, que sit vel maximum  
pietatis exemplum: Apud Maronem rex ille

-- Quo iustior alter

Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis,

Qua nobis documenta iustitia protulit?

Vinxerat & post terga manus, quos mitteret umbris,

Inseriat easq<sup>z</sup> sparsurus sanguine flammis.

Quid potest esse hac pietate clemētius; quām mortui hu  
manas

manas victimas immolare; & ignem crnore hominum tanquam oleo pascente? Sed fortasse hoc non ipsius virtus fuerit, sed poëta qui illum insignem pietate virum, insigne scelere fœdauerit. Vbi est igitur, o poëta, pietas illa, quam tu sapientissime laudas?

\*Ecce pius Aeneas,  
--Sulmone creatos

Quattuor hic iuuenes, totidem quos educat Vphus,  
Vt uenteis rapit: inferias quos immolet vmbri;

Captiuoq; rogi perfundat sanguine flammam.  
Cur ergo dicebat eodem ipso tempore, quo vincitos homines ad immolationem mittebat? Evidem & viuis concederet vellem; cum quos viuos habebat in potestate, vice paudum iuberet occidi? Sed hæc, vt dixi, culpa non illius fuit, qui literas fortasse non didicerat, sed tua; qui, cum eruditus, ignorasti tamen, quid esset pietas; & illud ipsum, quod nefarie, quod detestabiliter fecit, pietatis esse officia credidisti. videlicet ob hoc unum pius vocatur, qui patrem dilexit. Quid quod bonus Aeneas haud affermata precanteis trucidavit? adiuratus enim per eundem patrem, & spes surgentis Iuli, nequaquam pepercit, furis accusus, & ira. Quisquam igitur hunc putet aliquid infirmi virtutis habuisse; qui & furore, tanquam stipula, exasperavit, & manum patris, per quem rogabatur, oblitus, non frenare nequiverit? Nullo igitur modo pius; qui non tam non repugnantes, sed etiam precantes interemunt. Dicit hic alius. Quæ ergo, aut ubi, aut qualis est pietas? Nimirum apud eos, qui bella nesciunt; qui concordiam cum omnibus seruant; qui amici sunt etiam iniurici; qui omnes homines pro fratribus diligunt; qui cohibere nesciunt, omnemq; animi furorem tranquilla moderantur, lenire. Quanta igitur caligo, quanta tenebrarum, & ororum nubes, hominum pectora obduxit; qui cum semper acime piis putant, cum maxime fiunt impii. Quanto tam

religiosiss, terrenis istius simulachris inserviant; tanto magis scelerati aduersus nomen veræ diuinitatis existunt. Itaque pro merito impietatis suæ graioribus malis sepe vexatur; quorum causam quia nesciunt fortuna culpa omnis ascribitur; & locum inuenit Epicuri philosophia, nihil ad Deos pertinere censentis; nec gratia eos tangi, nec ira moueri; quia & contemptores eorum sepe videant beatos, & cultores sepe miseros. Quid eo fit; quia cum religiosis videantur, & natura boni; nihil tale creduntur mereri, quale sepe patientur. Consolantur se tamen accusatione fortuna; nec sentiunt, quod si esset vlla, cultoribus suis nunquam noceret. Merito igitur huiusmodi pietatem pena consequitur; & offensa diuinitas scelere hominum praeve religiosorum, graui eos infortunio mactat; qui licet sanctis moribus vivant, in summa fide, atque innocentia; tamen, quia Deos, colunt, quorum ritus impios, ac profanos Deus verus odio habet, à iustitia, & à nomine vera pietatis alieni sunt. Nec est difficile docere, cur Deorum cultores, boni, & iusti esse non possint. Quomodo enim sanguine abstinebunt, qui colunt cruentos Deos, Martem, atque Bellonam? quomodo aut parentibus parcent, qui expulserem patrii sui Iouem; aut natis ex se infantibus, qui Saturnum? quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt deam nudam, & adulteram, & quasi apud Deos prostitutam? quomodo se à rapinis, & fraudibus abstinebunt, qui Mercurij furtæ nouerunt, docentis, nō fraudis esse, decipere, sed astutiae? quomodo libidines coercebunt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceterosque venerantur; quorum adulteria, & stupra in mares, & feminas non tamum doctrina nota sunt, sed exprimuntur etiam in theatris, atque cantantur, ut sint omnibus notiora? Possuntne inter hac iusti esse homines; qui etiam si natura sint boni, ab ipsis ramen diu erudiantur ad iustitiam? Ad placandum enim iustitiam,

Deum, quem colus, iis rebus opus est, quibus illum quadrare, ac delectari soias. Sic fit, vt vitam colentium Deum per qualitate nominis sui formet; quoniam religiosissime cultus; imitari.

**xv** *I*s igitur hominibus, qui Deorum suorum moribus congruent, quia grauis est, & acerba iustitia, eandem impietatem suam, qua in ceteris rebus utuntur, aduersus iustos violenter excent. Nec immixto a propheris bestiis nominantur. Preclare itaq<sub>z</sub> M. Tullius: Etenim si nem est, inquit, quin emori malit, quam cōuerit in aliquam figuram bestie, quamvis hominis mentem sit habiturus; quanto est miseriūs, in homina figura, animo esse efferrato: mihi quidem tanto videatur, quanto præstabilior est animus corporis. Aspernantur itaque corpora belluarum, quibus sunt ipsi saeiores; sibique adeo placent, quod homines nati sunt, quorum nihil, nisi linimenta, & summam figuram gerunt. Nam quis Caucasus, que India, que Hyrcaniam immanes, tam sanguinarias vñquam bestias alii? Quoniam ferarum omnium rabies usque ad ventris satietatem surit; fameq<sub>z</sub> sedata, protinus conquiescit. Illa est veritas, cuius vna iuſtione

Funditur ater ubique cruor, crudelis ubique  
Luctus, Ubique paucor, & plurima mortis imago.  
Nemo huius tantæ bellua immanitatem potest pro merito describere; que uno loco recubans, tamen per totum orbem dentibus ferreus fuit; et non tantum artus hominum dissipat, sed & ossa ipsa comminuit; & in cineres furit; nequæ extet sepulturæ locus. quasi vero id affectent, qui Deum consentent, vt ad eorū sepulchra veniantur, ac nō vt ipsi ad Deum perueniant. Quoniam illa feritas, que rabies, que infania est, luce viuis, terrā mortuis denegasse? Dico igitur, nihil esse miseriū iis hominibus, quos ministros furarū alicui, quos satellices impia iuſtione necessitatibus invi-

bit, aut fecit. Non enim honor ille, aut prouerbio dignitatis fuit; sed hominis damnatio ad carnificinā, Dei vero ad pœnam sempiternam. Que autē per totum orbem singuli gesserint, enarrare, impossibile est. Quis enim voluminum numerus capiet tam infinita, tam varia genera crudelitatis? Accepta enim potestate pro suis moribus quisq<sub>z</sub> saeuierūt. Alij præ nimia timiditate, plus ausi sunt, quam subebatur. Alij suo proprio aduersus iustos odio; quidam naturali mentis feritate; nonnulli vt placarent, & hoc officio riam sibi ad altiora munirent; aliqui ad occidendum præcipites extiterūt, sicut vnius in Phrygia, qui vniuersum populum cum ipso pariter conuerticulo concremavit. Sed hic quanto saeiuor, tanto clementior inuenitur. Illud vero pessimum genus est, cui clemētiae species falsa blanditur, ille grauior, ille saeiuor est carnifex, qui nemine statuit occidere. Itaq<sub>z</sub> dici non potest, huiusmodi iudices quanta, & quam grauia tormentorum genera excogitauerint, vt ad effectum propositi sui peruenient. Hec autem non tantum ideo faciunt, vt gloriari possint, nullum se innocentium peremisse (nam & ipse audiui aliquos gloriates, \*quia administratio sua, in hac parte, fuerit incruenta) sed & inuidia causa; ne aut ipsi vincantur, aut illi virtutis sua gloria consequantur. Itaq<sub>z</sub> in excogitandis pœnarum generibus, nihil aliud, quam victorianam excogitant. Sciunt enim, certamen esse illud, & pugnā. Vidi ego in Bithynia, præsidem gaudio mirabiliter elatū, tanquam Barbarorū gentem aliquam subegisset; quod vnius, qui per biennium magna virtute restiterat, postremo cedere visus est. Contendunt igitur, vt vincat; & exquisitos dolores corporibus immittunt; & nihil aliud deuinat, quam vt ne torti moriatur. Quasi vero mors tammodo beatos faciat; ac non etiā tormenta, que quanto fuerint grauiora, tanto \*maiores virtutis gloriam parit. maioris Illi autem pertinaci stultitia inbent, curam torti diligenter adhibe-

adhiberi, ut ad alios cruciatus membrâ renouentur, & paretur nouus sanguis ad pœnam. Quid tam pius, tam beneficium, tam humanum fieri potest? non curassent tam sollicite, quos amarent. Hac est Deorum disciplina. Ad hanc operam cultores suos erudiunt; hæc sacra desiderant. Quia etiam sceleratissimi homicide contra pios iura impia considerunt. nam & constitutiones sacrilegæ, & disputatrices Iurisperitorum leguntur iniuste. Domitus de officiis libro septimo Proculis, \* libris septem rescripta principum nefaria col. vi. n. 129. legit; vt diceret, quibus pœnis affici oporteret eos, quæ cultores Dei confiterentur.

**XII** *Q*VID ius facias, qui ius vocant carnificinas veterum tyrranorum aduersus innocentes rabide seuentium? Et cum sint iniustitia, crudelitasque doctores, iustos sed tamen, ac prudentes videri volunt; ecci, & hebet, & rerum, & veritatis ignari. Adeóne vobis d' perdu menteres, inuisa iustitia est, vt eam summis sceleribus aliquetis? Adeóne apud vos perit innocentia, vt ne manu quidem simplici dignam iudiceris? Sed supra omnia furor habeatur, nullum facinus admittere; pectusque, parum ab omni sceleris contagione praestare. Et quoniam communiter cū Deorum cultoribus loquimur; licet vos benefacere vobiscū. Hac est enim lex nostra, hoc opus, hac religio. Si vobis sapientes videmur, imitamini: Si stulti, contemnите, aut etiam ridete, si liber: nobis enim stultia nostra prodest. Quid laceratis? quid affligitis? non inuidemus sapientia vestra. Hanc stultitiam malum: haec amplectimur. Hoc nobis credimus expedire, vt vos diligamus; & in vos ipsos, qui odistis, omnia conferamus. Et apud Ciceronem non abhorrens à vero locus, in ea differentiatione, que habetur à Furio contra iustitiam: Quare, inquit, si duo sint, quorum alter optimus vir, equissimus,

summa

summa iustitia, singulari fide; alter insigni scelere, & audacia; & si in eo sit errore ciuitas, vt bonū illum virū, sceleratum, facinorosum, nefarium puret; contra autem, qui sit improbus, existimetur esse summa probitate, ac fide; prōque hac opinione omnium ciuitatum, bonus ille vir vexetur, rapiatur, manus ei denique auferantur, effodiantur oculi, dānetur, vinciatur, vratur, exterminetur, egeat; postremo, iure etiam optimo omnibus miserrimus esse videatur: contra autem ille improbus laudetur, colatur, ab omnibus diligatur; omnes ad eum honores, omnia imperia, omnes opes, omnes denique copia conferantur; vir denique optimus omnium existimatione, & dignissimus omni fortuna iudicetur: Quis tandem erit tam demens, qui dubitet, virum se esse malit? Projecto quasi diuinaret, quæ nobis mala, & quo modo ventura essent propter iustitiam, hoc posuit exemplum. Hac enim populus noster patitur omnia, errantium prauitatem. Ecce in eo est errore ciuitas, vel potius orbis ipse totus, vt bonos, & iustos viros tanquam malos, & impios perseguatur, excruciet, damnet, occidat. Nam quid ait, neminem esse tam dementem, qui dubitet, virum se esse malit; ille quidem, vt is, qui contra iustitiam discerbat, hoc sensit, malle sapientem malum esse cum bona existimatione, quam bonum cum mala. A nobis autem absit hæc amicitia, vt falsum vero anteponamus. An boni nostri qualitas ex populi potius pendebit erroribus, quam ex conscientia nostra, & iudicio Dei? Aut aliqua nos illicet unquam felicitas, vt non potius veram bonitatem cum omni malo, quam falsam cum omni prosperitate malimus? Sua sibi habeant regna Reges, suas diuitias diuites (vt loquitur Plautus) suam vero prudentiam prudentes, relinquant nobis stultitiam nostram; quam vel ex hoc apparat esse sapientiam, quod cam nobis inuident. Quis enim stulto inuideat, nisi qui ipse sit stultissimus? Illi au-

sem

marinosis.  
vii.n.130.

tem nō sunt adeo stulti, vt stultis inuidet; sed ex eo, quod accurate, quod solite persequuntur, stulos non effe-  
cedunt. cur enim tā crudeliter sentiant, nisi quia metum  
ne in dies inuialestant iustitia, cum Diu suis "cariosum  
linquuntur? si ergo cultores Deorum sapientes sunt, si  
stulti, quid metuant, ne sapientes illiciantur à stultis?

**XIV** *C*VM autem noster numerus semper Deorum cul-  
ribus augeatur, nunquam vero, ne in ipsa quidem pro-  
cutione minuatur; (quoniam peccare homines, & impu-  
nari sacrificio possunt; auerti autem non possunt à Di-  
valet enim vi sua, veritas) quis est tam demens tam ex-  
tors, tamq; cecus, qui non videat, in vita si parte sapi-  
tia? Sed illi malitia, & furore cecantur, ne videant; sibi  
tosq; arbitrantur esse, qui cum habeant in sua potestis  
supplicia vitare, cruciari tamen, & emori malunt; si pos-  
sent ex eo ipso peruidere, non esse stultitiam, in quam tam  
hominum millia, per orbem totum, vna, & pari mente con-  
sentiant. Si enim facinora sexus infirmitate labitur (nam  
interdum isti mulierib; aut aulem superstitionē vocant)  
viri certe sapiunt. Si pueri, si adolescentes, improui si su-  
per etatem, maturi certe, ac senes habent stabile indicium.  
Si vna ciuitas despicerit; ceterae, vrig; innumerabiles, ful-  
prudentia, ea esse non possunt. Si vna provincia, vna natio " prouida-  
tia caret; ceteras omnes habere intelligentiam recti, neq; est.  
Cum vero ab ortu solo usq; ad occasum lex diuinis-  
scepta sit, & omnis sexus omnis etas, & gens, & regi-  
vnitus, ac paribus animis Deo seruant, eadem sit ubiq; pa-  
tentia, idē contemptus mortis, intelligere debuerant, aliquid  
in ea re esse rationis, quod non sine causa usq; ad mortem  
defendatur; aliquid fundamenti, ac soliditatis, quod em  
religionē non tantum iniuriis, ac vexatione non solvit, si  
augeat semper, & faciat firmorem. Nam & in hoc quoq;  
modum

malitia illorum conuincitur; qui euertisse se funditus rel-  
igionem Dei opinantur, si homines inquinauerint; cum &  
Deo satuscere liceat; & nullus sit tam malus Dei cultor,  
qui data facultate, ad placandum Deum nō reuertatur, &  
quidē deuotione maiori. Peccati enim conscientia, & me-  
tu pœna religiosisore facit; & semper multo firmior est fi-  
des, quam reponit pœnitētia. Si ergo ipsi, cum Deos sibi ar-  
bitravit iratos, tamē donis, & sacrificiis, et odoribus pla-  
cari eos credunt: quid est tandem, quod Deum nostrū tam  
immitē, tam implacabilem putēt, vt videatur u iam Chri-  
stianus esse non posse, qui Diis eorū coactus, iniutusq; liba-  
uerit; nisi forte cōtaminatos semel putat, animū translatu-  
ros, vt sua sp̄ote iam facere incipient, quod per tormenta se  
cerunt. Quis id officiū libens obeat quod ab iniuria cœpit?  
Quis cum videat laterum suorū curarices, nō magis ode-  
rit Deos, propter quos eterna pœnarū insignia, & impres-  
sas visceribus suis notas gestet? Ita sit, ut datus diuinus  
pace, & qui fuerint, vniuersi redcant; & alius propter mi-  
raculum virtutis, nouus populus accedat. Nam cum videat  
vulgus, dilacerari homines variis tormentorum generibus,  
& inter fatigatos carnifices inuidam tenere patientiam;  
existimat, id quod res est, nec cōfusum tam multorū, nec  
persenerantiam morientiū vanam esse, nec ipsam patienti-  
am sine Deo cruciatus tantos posse superare. latrones, &  
robusti corporis viri eiusmodi lacerationes perferre ne-  
gueunt; exclamat, & gemitus edunt, vincuntur enim do-  
lore; quia deest illis inspirata patiētia. Nostri autē (vt de  
viris taceat) pueri, & muliercula, tortores suos taciti vin-  
cunt; & exprimere illis gemitu nec ignis potest. Eāt Roma-  
ni, et Mutio gloriētur aut Regulo, quorū alter necandū se  
hostibus tradidit, & captiuū puduit vivere, alter ab hostib;  
deprehēsus, cū videret mortē se vitare nō posse, manum fo-  
co iniecit; vt pro facinore suo satisfaceret hosti, quē voluic  
occidere;

occidere; eaque pena veniam, quam non meruerat, accipit. Ecce sexus infirmus, & fragilis at as dilacerari sensu corpore, vnde perperitur, non necessitate, quia licet mere, si vellent; sed voluntate, quia confidunt Deo. Haec est vera virtus, quam philosophi quoque gloriabundantur, sed verbis inanibus iactant; differentes, nihil esse ea congruens viri sapientis grauitati, atque constantie, quia nullus terroribus de sententia proposito posse depelli, sed tamen esse, cruciari, & emori, ne fidem prodat, ne ab officio scedat, ne metu mortis, aut dolore acerbo subactus, dignificiat iniustum. nisi forte delirare illis videtur Flaccus Lyricus, cum dicit:

*Iustum, & tenacem propositi virum,  
Non ciuium ardor prava iubentium,  
Non vultus instantis tyranni  
Mente quarit solida.*

Quo nihil virtus dici potest; si hoc ad eos referatur, nullos cruciatus, nullam mortem recusant, ne à fide, utriusque declinet; qui non tyrannicas iustiones, non pudicum gladios tremunt, quo minus veram, & solidam libertatem constanti mente defendant; quae in hoc solo rursum sapientia est. Quis enim tam insolens, tam elatus est, quem vetet oculos in celum tollere? quis imponat mibinus fitatem vel colenda, quod nolim; vel quod velim, non cedat? Quid iam nobis ulterius relinquetur, si eriam hoc, quod voluntate fieri oportet, libido extorqueat aliena? nemus quod efficiat; siquid nobis ad contemnendam mortem, dolorum virtutis est. Quam constantiam si tenemus, cur stolidicamus, facientes ea, quae philosophi laudant? Religatur Seneca, incongruentiam hominibus obiectans, aliis: Summa virtus illis videtur magnus animus. Et inacti, qui contemnit mortem, profuroso habent; quod est vnde summa peruersitas. Sed iunctarum religionum cultu,

eadem stultitia id obiciunt, qua verum Deū non intelligunt; quos Sibylla Erythraea κωφούς καὶ ἀνόητους vocat; surdos scilicet, & excordes; qui nec audiant diuina, nec sentiant, sed terram digitis suis imaginatam metuant, & adorent.

Q[uod] AE vero causa sit, vt eos, qui sapientes sunt, stultos putent, magna ratio est. nec enim frustra falluntur. Quia nobis diligenter est explicanda, vt errores suos tandem (si fieri possit) agnoscant. Iustitia suapte natura, speciem quandā stultitiae habet; quod ego & diuinis, & humanis testimoniu[m] confirmare possum. Sed nihil fortasse apud istos agemus; nisi eos de suis doceamus auctoribus, non posse quēquam iustum esse, quod est coniunctum cū vera sapientia, nisi idē stultus esse videatur. Carneades, academic secta philosophus, cuius in differendo quae vis fuerit, quae eloqua, quod acutē, qui necit, "is ex predicatione Ciceronis intelliget, aut Luciliū; apud quē differens Neptunus de re difficillima, ostendit non posse id explicari, nec si Carneadē ipsum orcus remittat: Is, cum legatus ab Atheniensibus Romanam missus esset, disputauit de iustitia copiose, audiente Galba, & Catone Censorio, maximis tunc oratoribus. Sed idem disputationem suam postridie, contraria disputatione subuerit; & iustitiam, quam pridie laudauerat, sustulit; non quidem philosophi grauitate, cuius firma, et stabilis debet esse sententia; sed quasi oratorio exercitū genere, in viranz partem differendi. Quod ille facere solebat, vt alios<sup>5</sup> quodlibet afferentes posset refutare.

Eam disputationem, qua iustitia euertitur, apud Cicer.

L. Furius recordatur: credo, quoniam de Rep. differebat, vt defensionē, laudationēq[ue] eius induceret, sine qua p[ro]tabant regi non posse Remp. Carneades autem, vt Aristotelem reselleret, ac Platonem, iustitia patronos, prima illa disputatione collegit ea omnia, quae pro iustitia dicebantur;

quodlibet

ut posset illa, sicut fecit, cuertere. Erat enim facilissimum, iustiam radices non habentem labefactare, quia tum nullum in terra fuit; ut, quid esset, aut qualis, à philosophis cerneretur. Atque vitam tot, ac tales viri quantum eloquuntur, quantumque animi, tantum etiam scientia ad implendam defensionem summae virtutis habuissent; cuius origo in migratione, ratio in aequitate est. Sed igitur, qui primam illum patem nescierunt, ne secundam quidem tenere potuerunt. Volo autem prius circumscribere, ac breuiiter, quid sit, aequitatem; ut intelligatur, philosophos ignorasse iustitiam, sed quod minime nouerant, potuisse defendere. Iustitia quia omnes simul virtutes amplectatur; tamen due sunt in iuriis principales, quae ab illa diuelli, separari, non possunt, pietas, & aequitas. nam fides, temperantia, probitas, conscientia, integritas, & carera huiusmodi, vel natura, constitutis parentum, possunt esse in iis hominibus, qui in iustitiam nesciunt, sicuti semper fuerunt. nam Romani veteres, qui iustitiam gloriari solebant, iis utique virtutibus gloriori erunt; quae (ut dixi) proficisci a iustitia possunt, et ab ipso se secesserunt. Pietas vero, et aequitas, quasi vena sum eis enim duobus fontibus constat tota iustitia. Sed caput et origo in illo primo est, in secundo vis omnis, ac ratio. Ita ut autem nihil aliud est, quam Dei notio; sicut Trismegistus verisime definiuit; ut alio loco diximus. Si ergo pietas cognoscere Deum; cuius cognitionis haec summa est, et eum colas: ignorat utique iustitiam, qui religionem Dei teneret. Quomodo enim potest eam nosse, qui vnde vicius ignorat? Plato quia multa de uno Deo locutus est, agit constitutum esse mundum: sed nihil de religione, sive nauerat enim Deum, non cognoverat. quod si iustitiam defensionem vel ipse, vel quilibet aliis implere voluerit, primus religiones Deorum cuertere debuit, quia contraria sunt pietati. Quod quidem Socrates quia facere temerari,

in carcerem coniectus est; ut iam tunc appareret, quid esset futurum iis hominibus, qui iustitiam veram defendere, Deoque singulari seruire coepissent. Altera iustitia pars est aequitas, aequitatem dico non utique bene iudicandi, quod et ipsum laudabile est in homine iusto, sed se cum careri coequandi; quam Cicero aequalitatem vocat. Deus enim, qui homines generat, & inspirat, omnes aequos, id est pares esse voluit. Eandem conditionem vivendi omnibus posuit, omnes ad sapientiam genuit; omnibus immortalitatem spopordit. nemo a beneficiis eius caelestibus segregatur. Nam sicut omnibus unicum suum lumen aequaliter dividit, emitit in omnibus fontes, dictum sumministrat, quietem somni dulcissimam tribuit: sic omnibus aequitatem virtutemque largitur. Nemo apud eum seruus est, nemo dominus. Si enim cunctis idem pater est, & quo iure omnes liberi sumus. Nemo Deo pauper est, nisi qui iustitia indiget; nemo diuus, nisi qui virtutibus plenus est; nemo denique egregius, nisi qui bonus, & innocens fuerit; nemo clarissimus, nisi qui opera misericordia largiter fecerit; nemo perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleuerit. Quare neque Romani, neque Graci iustitiam tenere potuerunt, quia disperas multis gradibus homines habuerunt, a pauperibus ad diuitias, ab humilibus ad potentias, a priuatis denique usque ad reges sublimissimas potestates. Vbi enim non sunt universi pares, aequitas non est; & excludit inaequalitas ipsa iustitiam; cuius vis omnis in eo est, ut pares faciat eos, qui ad huius vita conditionem pari sorte vencunt.

DUBVS igitur illis iustitia fontibus immutatis, omnis virtus, et omnis veritas tollitur; & ipsa iustitia remigrat in calum. Ideo non est illud verum bonum a philosophis repertum; quia ignorabant, vel vnde oriretur vel quid essiceret. quod nullus aliis, preterquam nostro populo reuelatus est. Dices aliquis: Non ne sunt apud vos alii pau-

quod

sapientiae

potest

peres, alij diuites, alij serui, alij dominii non ne aliquid inter singulos interest: nihil nec alia causa est, cur nobis in cem fratum nomen impetravimus, nisi quia pares esse in credimus, nam cum omnia humana non corpore, sed spiritu metiamur; tametsi corporum sit diversa conditio, miltamen serui non sunt, sed eos & habemus, & dicimus fratribus, religione conseruos. Diuitiae quoque non faciunt insignes, nisi\* quos possunt bonis operibus faciliiores. Diuites sunt enim, non quia diuitias habent, sed quia vtuntur illis ad opera iustitiae. Et qui pauperridentur, eo tamen diuites sunt, quia et non egerint, & nihil concupiscunt. Cum igitur & liberi serui, & diuiti pauperibus, humilitate animi pares simus; apud Deum unum virtutem discernimur. Et tanto quisque sublimior, quanto iustior. Si enim iustitia est, parem se etiam minoribus facere, quamquam hoc ipso praecebat, quod se inferioribus coequauit; tamen si non tantum quasi parem, sed etiже quasi minorem se gesserit, virique multo altiorem dignitatis gradum, Deo iudice, consequetur. Nam profecto in vita seculari, quoniam brevia, & caduca sunt omnia, praeferunt se alteris homines; & de dignitate contendunt quo nihil fædius, nihil arrogantius, et nihil à sapientiatione semotius. Rebus enim celestibus contraria sunt in iusta terrena. Sicut enim sapientia hominum, summa stultitia est apud Deum; stultitia autem (vt docui) summa sapientia est: sic Deo humili, & abiectus est, qui sapit conspicuus, & sublimius in terra: nam ut taceam, quod hæc presentia terra bona, quibus magnus bonus tribuit, virtuti contraria sunt, & vigorem mentis enervant; quod tandem post firma esse nobilitas, qua opes, qua potencia cum posse Deus reges quoq; ipsos, inferiores etiam infra facere? Et ideo consulens nobis Deus, inter diuinam præceptam illud præcipue posuit. Qui se extollit, humiliabitur;

qui se humiliat, exaltabitur. Cuius precepti salubritas docet, quod qui se apud homines planum fecerit, humilietur, & probuerit; hic apud Deum præcellens, & insignis habeatur. Nec enim falsa est illa sententia, que apud Euripidem fertur in hunc modum. Quæ hic mala putantur, hac sunt in caelo bona.

**E X P O S V I** causam, cur philosophi nec inuenire iustitiam, nec defendere potuerunt. Nunc redeo ad id, quod intenderam. Carneades ergo, quoniam erant infirma quæ a philosophis afferebantur, sumpsit audaciæ refellendi, quia refelli posse intellexit. Eius disputationis summa hæc fuit: Iura sibi homines pro utilitate sanxisse, scilicet varia pro moribus; & apud eosdem pro temporibus sepe mutata; ius autem naturale esse nullum: Omnes & homines, & alias animantes ad utilitates suas natura ducent ferri; prouinde aut nullam esse iustitiam; aut, si sit aliqua, sumnam esse stultitiam; quoniam sibi noceret, alienis commodis consulens. Et inferebat hec argumenta: Omnibus populis, qui florerent imperio, & Romanis quoq; ipsis, qui totius orbis potirentur, si iusti velint esse, hoc est si aliena restituant, ad casas esse redeundum; et in\* necessitate, ac miseriis egestate iacentium. Tū omnis communibus ad propria veniebat. Bonus vir, inquit, si habeat seruum fugituum, vel domum insularem, ac pestilentem, quæ vicia solus sciatur, & ideo proscribat, vt rediat; vtrum ne profitebitur, fugituum seruum, ac pestilentem domum se vendere, an celabit emptorem? Si profitebitur, bonus quidem, quia non fallet, sed tamen stultus iudicabitur; quia vel paruo venderet, vel omnino non vendet. Si celauerit, erit quidem sapiens, quia rei consulet; sed idem malus, quia fallet. Rursus, si reperiatur aliquis, qui aurichalcum se putet vendere, cum sit illud aurum; aut plumbum, cum sit argentum: tacebit ne, vt id paruo

XVI

vi.no.133

fisi

ematur: an indicabit, ut magno? Stultum plane videtur, ne  
le magno. Vnde intelligi volebat, & eum, qui si iustus  
bonus stultum esse, & eum, qui sapiens, malum. Et tam  
sine pernicio fieri posse, ut sint homines paupertate ca-  
rentri. Transcendebat ergo ad maiora, in quibus nemop-  
set sine periculo vita iustus esse. Dicebat enim: Nempe  
stitia est, hominem non occidere, alienum prorsus non at-  
gere. Quid ergo iustus faciet, si forte naufragium fecerit?  
& aliquis imbecillior viribus, tabulam ceperit? non ne-  
lum tabula deturabit, ut ipse confundat, eaq; nixum  
dat? maxime cum sit nullus medio mari testis? Si sapientia  
est, faciet, ipsi enim pereundū est, nisi fecerit. Si autem  
maluerit, quā manus inferre alteri; iam non iustus ille, si  
stultus est; qui vita sua non parcat, dum parcit alienis.  
si acie suorum fusa, hostes inseguiri cōperint, & iustitia  
nactus fuerit aliquem saucium equo infidem: ei ne-  
petet, ut ipse occidatur; an deiciet ex equo, ut ipse possit  
stem effugere? Quod si fecerit, sapiens, sed idem malus,  
non fecerit, iustus, sed idem stultus sit necesse est. Itaq;  
iustitiam cum in duas partes diuisisset, alteram ciuitatem  
esse dicens, alteram naturalem; utrāq; subuertit; quoddū  
ciuilis, sapientia sit quidem, sed iustitia non sit: natura  
autem illa, iustitia sit quidem, sed non sit sapientia. Ap-  
ta hac plane, ac venenata sunt, & qua M. Tul. non potu-  
rit refellere. Nam cum faciat Lelium Furio respondere,  
proq; iustitia dicentem, irrefutata hac, tanquam fons,  
prætergressus est: ut videatur idem Lelius non natura  
qua in crimen stultitia venerat, sed illam ciuitem defan-  
disse iustitiam, quam Furios sapientiam quidē esse con-  
serat, sed iniustiam.

xvii

Q. V. O D ad presentem disputationē pertinebat, of-  
fendi, quomodo iustitia similitudinem stultitiae gerat, si ap-  
pareat, non sine causa decipi eos, qui putant, noſten-

ligionis homines fructos esse: qui talia facere videantur,  
qualia ille proposuit. Nunc maius à me exigi sentio; ut o-  
stendā, quare iustitiam Deus, stultitia specie conuolutam,  
ex oculis hominū voluerit auferre; si prius Furio responde-  
ro, quia parum plene respondit Lelius: qui profecto lices  
sapientia fuerit ut vocabatur, patrocinari tamen vera iusti-  
tia, nullo modo poterat; qui caput ipsum, fontemq; iustitiae  
nō tenet. Nobis autē facilitor est ista desumptio, quibus ca-  
lestī beneficīo familiaris est, ac penitus nota iustitia; qui-  
que illū non nomine, sed re, nouimus. Nā Plato, & Ari-  
stoteles honesta quidem voluntate iustitiam defendere cupi-  
erunt, efficiensq; aliquid, si conatus eorum bonos, si elo-  
quentia, si virtute animi & ingenij, diuinariū quoq; rerū  
doctrina iusisset. Itaq; opus illorum inane, atq; inutile ia-  
cuit: nec cuiquā hominū persuadere potuerunt, ut eorum  
prescripto viueret: quia fundamentū à cœlo disciplina illa  
non habuit. Nostrū opus certius sit necesse est, quos Deus  
docuit. Illi enim depingebant verbū et, imaginabantur iu-  
stitiam, que in coſſetū non erat; nec praefentibus exem-  
plis confirmare poterant, que afferebant. Responderi enim  
posset ab audiētibus, non posse ita viui, sicut illi sua dispu-  
tatione praescriberet; adeo ut nulli adhuc exticerint, qui id  
genus viā sequentur. Nos autem non verbū modo, sed  
etiam exemplis ex vero petitis, vera esse, que à nobis dicun-  
tur, ostendimus. Sensit igitur Carneades que sit natura  
iustitiae, nisi quod parum alte prospexit, stultitiae non esse:  
quanquam intelligere mihi video, qua mente id fecerit, non  
enim vere existimauit, eum stultum esse, qui iustus est: sed  
cum sciret, non esse, & rationem, cur ita videretur, non  
comprehenderet; voluit ostendere, latere in abdito verita-  
tem, ut decretū disciplina sua tueretur: cuius summa sen-  
tentia est, nihil percipi posse. Videamus ergo, utrum ne iusti-  
tia sacerdos aliquod habere cū stultitia possit. Iustus, inquit,

si aut equum saucio, aut tabulam naufragio non ademini  
vt ipse animam suam liberet, stultus est. Primum om-  
nium, nego vlo modo fieri posse, vt homini, qui quidam  
vere iustus sit, eiusmodi casus eueniat: quia iustus neq;  
cuiquam nato inimicus est, neq; quicquam omnino ap-  
petit alienum. Cur enim nauget, aut quid petat ex area  
terra, cui sufficit sua? Cur autem belligeret, ac se alienis  
roribus misceat, in cuius animo pax cum hominibus pa-  
petua veretur? Scilicet peregrinis mercibus, aut humani  
sanguine delectabitur; qui nec lucrum sciat appetere, an  
sufficit victus; & non modo ipse cädem facere, sed immi-  
esse facientibus, ac spectare, ducat nefas. Sed omnius iste  
quoniam fieri potest, vt vel iniurias ad hæc subverba cogi-  
tur. Adeo ne ergo iustitiam d' Furi, vel potius d' Carnes,  
cuius est illa omnis oratio, tam inanem, tam superuacuam,  
tamq; contemptam Deo putas ut nihil posset, nihilq; hu-  
beat in sese, quod ad custodiā sui valeat? Sed videlicet  
qui sacramentum hominis ignorant, ideoq; ad hanc  
tam temporalem referunt omnia; quantitas sit vñ iustitia  
scire non possunt. Nam & cum de virtute disputation, quā  
uius intelligant erumnis, ac miseriis esse plenissimam, qui  
expetendā esse aiūt sua causa. eius enim premia, que sunt  
eterna, & immortalia, nullo modo vident. sic rebus omni-  
bus ad hanc præsentem vitam relatis, virtutē planè ad ius-  
titiam redigunt. siquidē tantos huius vite labores fruunt,  
& inaniter suscipit. Sed hæc alio loco plenius. interīma  
iustitia, vt cœpimus. cuius tanta vis est, vt cum oculis  
calū sustulerit, à Deo mereatur omnia. Recte igitur Flu-  
cus tantā esse dixit innocentia vim, vt ad tutelam suam  
egeat nec armis, nec viribus, quacunque iter fecerit.

Integer vita, scelerisq; purus

Non egit Mauris iaculis, nec arcu,  
Nec venenatis grauida sagitis

Fusce pharetra.

Sive per synteis iter astuosas,  
Sive facturus per inhospitalem  
Caucasum, vel qua loca fabulosus

Lambit Hydaspes.

Non potest ergo fieri, quim hominem iustum inter disci-  
mina tempestatum, atq; bellorū, cælestis tutela custodiāt;  
ac non, etiam si cum particidis, & nocentibus nauget, aut  
malis quoq; parcatur, vt vna iusta, & innocens anima  
liberetur; aut certe pereuntibus ceteris sola seruetur sed cō-  
cedamus posse fieri, quod proponit philosophus: quid ergo  
iustus faciet, si nactus fuerit aut in equo fauicum, aut in  
tabula naufragum; non iniurias confiteor, morietur potius,  
quam\* occidet. Nec ideo tamē iustitia, quod est singulare  
hominis bonū, stultitiae nomen accipiet. quid enim melius,  
quid carius esse homini debet, quam innocentia? que uti-  
que tanto perfectior sit necesse est, quanto illa perduxeris  
ad extremū; mori q; malueris, nequid de innocentia ratione  
minuatur. Stultitia est, inquit, alienæ anime parcere cum  
pernicie sua. Nū etiā pro amicitia perire, stultiū\* iudicabi-  
tur? Quid ergo illi familiares Pythagorai laudātur à vo-  
bis; quorum alter se tyranno vadē mortis pro altero dedit;  
alter ad præstitum tempus, cum iam sponsor eius duce-  
retur, præsentiam sui fecit, eumq; interueniū suo libe-  
ravit? quorum virtus in tanta gloria non haberetur,  
quod alter pro amico, alter etiam pro sive mori voluit, si  
stulti putarentur. Deniq; ob hanc ipsam virtutem tyran-  
nus his gratiam retulit, vtrunque seruando; & hominis  
crudelissimi natura mutata est. Quin etiam deprecatus  
esse dicunt, vt se tertium in amicitiam reciperent; non  
vitique tanquam stultos, sed tanquam bonos, & sapien-  
tes viros. Itaque non video, quare cum pro amicitia, &  
sive mori, summa gloria computetur; non etiam pro inno-

occidat

iudicabis

centia perire, sit homini gloriosum. Ergo stultissimi, qui nobis criminis dant, mori velle pro Deo; cum ipse qui pro homine mori voluit, in calum summis laudibus lani. Deniq<sub>z</sub>, vt concludam disputationem, non possemus iustū esse, ac stultum, cundem sapientem, & iustū docet ipsa ratio. Qui enim stultus est, quid sit iustum, & bonum nescit; & ideo semper peccat. Dicitur enim quod captiuus a vitijs; nec resistere vlo modo potest; quia in virtute, quam nescit. Iustus autem ab omni peccato abstinet; quod aliter facere non potest, quam si habeat etiam prauitatem, notitiam. Rectum autē discernere a prauo, quippe testis nisi sapiens? Ita sit, vt nunquam possit esse iustus, qui stultus est; nec sapiens, qui fuerit iustus. Quid si est iustum; manifestū est, eum, qui aut naufragio tabulari, aut equum saucio non ademerit stultum nō esse; quia hec facere peccatum est, à quo se sapiens abstinet. Videntur & ipse confiteor, per hominum errorem, ignorantium, iusq<sub>z</sub> rei proprietatem. Itaq<sub>z</sub>, omnis hæc questio non ita argumentis, quā definitione dissoluitur. Stultitia igitur in factis, dictisq<sub>z</sub>, per ignorantiam recti, ac boni, errari. Ergo stultus nō est, qui ne sibi quidē parcit, dū ne neci alteri; quod est, malum. Quid quidem nobis & ratiō & veritas ipsa prescribit. In omnibus enim videmus in malibus, quia sapientia caret, conciliatrixē sui esse natura. Nocent igitur alii, vt sibi profint, nesciunt enim, quia mali est, nocere. Homo vero, \* quia scientia boni, ac mali habet, abstinet se à nocendo, etiā cum incompmodo suo; quod animi irrationale facere non potest. & ideo inter summa hominis virtutes innocentia numeratur, quibus rebus appetit, sapientissimum esse, qui maius perire, ne noceat, vi id officium, quo à mutis discernitur, seruet. Nam qui vendit errorum non redarguit, vt aurum paruo emat; aut qui maius profitetur, fugitiuum fernum, vel pestilentem se dominus

qui

vendet,

vendere, lucro, & commodo suo consulens, non est ille sapiens, vt Carneades videri volebat, sed callidus, et astutus. Calliditas, & astutia in mutis quoq<sub>z</sub> animalibus sunt; vel cum insidiantur alii, & dolo capiunt, vt deuorent; vel cum insidias aliorum vario genere deludent. Sapientia vero in hominem solum cadit. Sapientia est enim intelligentia vel ad bonum, rectumque faciendum; vel abstinentia dictorum, factorumq<sub>z</sub>, improborum. Lucro autē nunquam sapiens studet, quia bona hec terrena contemnit: nec quemquam falli patitur; quia boni viri officium est, errores hominū corrigere, eosq<sub>z</sub> in viam reducere. Siquidem socialis est hominis, ac benefica natura; quo solo cognitionem cum Deo habet.

xvi. ii

Sed nimis hæc causa efficit, vt stultus esse videatur, qui egere, aut mori malit, quam noceat, vel eripiāt aliquid alteri; quod hominem morte deleri putant. Ex qua persuasione omnes tum vulgi, tum etiam philosophorum nascentur errores. Si enim post mortem nihil sumus, profecto stultissimi est hominis, non huic vitæ consulere, vt sit quadruplicina, & commodis omnibus plena. Quid qui faciet, à iustitia regula discedat, necesse est. Si autē supereft homini vita melior, & longior, quod & philosophorum magnorum argumentis, & ratum responsis, & prophetarum diuinis vocibus discimus: hanc presentem cum suis bonis contemnere, sapientis est; cuius omnis iactura, immortalitate penatur. Apud Ciceronem idem ille iustitia defensor Lelius, vult, inquit, plane virtus honorem; pec est virtutis villa alia merces. Est plane, & quidem virtute dignissima, quam tu Leli\* nequam poteras suspicari. nihil enim diuinarum noueris literarum. Quā tamen illa, inquit, accipit facile, exigit nō acerbe. Erras rebemēter, si putas, ab homine premium solui posse virtuti; cum ipse alio loco verissime dixeris. Huic tu viro quas diuitias obiicies? quā imperia?

imperia? quae regna? qui ista putat humana; sua bona diuina iudicat. *Quis ergo te sapientem Leli putet, cum ipso tibi loquare contraria?* & paulo post virtuti adimas, quae dedisti? Sed videlicet ignorantia veri facit incertam, laboremq; sententiam. Deinde quid adiungis? Sed si aut ingratuueris, aut inuidi multi, aut inimici potentes suis virtutem premissi spoliant. O quam fragile quam inane virtus induxit, si spoliari premio suo potest. Que si bona sua diuina iudicat, ut aiebas, qui possunt existere tam ingratit, tam inuidi, tam potentes, qui virtutem spoliare valent ipsi bonis, qua fuerint in eam collata diuinitas? Ne illa si, inquit, multis solitiis oblectat, maximeq; suo decore seipso sufficiat. Quibus solitiis? quo decore? cum in crimen conveniat, & in paenam decor ille vertatur. Quid enim, si tu Furius dicebat, rapiatur, vexetur, exterminetur, egat, auferatur ei manus, effodiatur ei oculi, dannetur, vincatur, vratur, miseria etiam modis necetur; perdet ne sum premissum virtus? An potius peribit ipsa? Minime. Sed et me cedem suam Deo iudice accipiet, et viuet, et semper vigilabit. Que si tollas, nihil potest in vita hominum tam inuite, tam stultum videri esse, quam virtus; cuius naturalis bona, & honestas docere nos potest, animam non esse mortalem, diuinumq; illi a Deo premium constitutum. Sed siccirco virtute ipsam Deus, sub persona stultitia voluit esse celata, ut mysterium veritatis, ac religionis sua esset arcanum; ut has religiones, sapientiamq; terrenam extollentem se alius, sibiq; multum placenter, vanitatis, errorisq; damnaret; ut proposita deniq; difficultate, angustissimus tristes immortalitatis premiu sublimi perduceret. Docui, ut opinor, cur populus noster apud stultos stultus habeatur. Nam craciari, atq; interfici malle, quam thura tribus dignis comprehensa, in focu iactare, tam inepit videtur, quam in periculo vita, alterius animam magis curare, quam suam. Nesciun-

enim

enim, quantum sit nefas, adorare aliud preter quam Deum, qui condidit celum, atq; terram; qui humanum genus finxit, inspiravit, luce donauit. Quid si seruorum nequissimus habetur, qui dominum summum fuga deserit; atq; verberibus, & vinculis, & ergastulo, & cruce, & omni malo dignissimus iudicatur; et si filius eodem modo perditus, atque impius existimat, qui patrem suum derelinquit, ne illi obsequatur; ob eamq; causam dignus putatur, qui sic exhales; & cuius nomen in perpetuum de familia deleatur: quanto magis, qui Deum deserit, in que duo vocabula, domini, & patris, aequa veneranda conueniuntur? nam ille, qui seruum pretio comparat, quid in eum beneficij confert, prater quam alimenta, qua illi utilitas sua gratia subministrat? Et qui filium generat, non habet potestatem, ut concipiatur, ut nascatur, ut vivat. Unde apparet, non esse illum patrem, sed tantummodo generandi ministrum. Quibus ergo suppliciis dignus est desertor eius, qui & dominus verus, & pater est; nisi que Deus ipse constituit? qui spiritibus iniustis aeternum paravit ignem; quod ipse per vates suos impiis, ac rebellibus comminatur.

DISCANT igitur & suarum, & alienarum interfectores animalium, quam inexpiable facinus admittant: Primum, quod seipso iugulant, perditissimis demonibus seruiendo, quos Deus in aeterna supplicia damnavit: Deinde, quod nec ab alijs Deum coli patiuntur, sed auertere homines ad mortifera sacra contendunt; nitunturq; summa diligentia, nequa sit anima incolamus in terra, qua saluo statu suo spectet in celum. Quid aliud dicam quam miseris, qui predonum suorum inflictionibus parent, quos Deos esse opinantur? quorum nego conditionem, neque originem, neque nomina, neque rationem sciunt: sed inherentes persuasiōne vulgari, libeterr errant, et stultitiae sue fauent. A quibus si per-

sua<sup>n</sup>tionis eius rationem requiras, nullā possint reddere, si ad maiorum iudicia cōfugiant, quōd illi sapientes fuerū, illi probauerint, illi scierint, quid esset optimum: sēq<sup>z</sup> ipso sensibus spoliant, ratione abdicant, dum alienis errorib<sup>z</sup> credunt. Sic impliciti rerum omnium ignorantia, nec nec Deos suos norunt. Atq<sup>z</sup>, virtutam soi errare, soli despe<sup>r</sup>re vellent. Alios etiam in consortiu mali sui rapunt, qui habituri solatiū de perditione multorum. Sed hac ipsa noratio efficit, vt in persecundis sapientibus tā mali sim<sup>z</sup> singantq<sup>z</sup> se illis consulere, illos ad bonam mentem vel reuocare. Num igitur hoc, sermone, aut aliqua ratione dita facere nituntur? Minime; sed vi, atq<sup>z</sup>, tormentis. Omnia, et ceca dementia in iis putatur mala mens esse, quidem seruare conantur; in carnisicibus autē bona, in iis mala mens est, qui contra ius humanitatis contra factum ne lacerantur? an potius in iis, qui ea faciunt in corporib<sup>z</sup> innocentib<sup>z</sup>, qua nec saeuissimi latrones, nec iratisimuli<sup>z</sup>, nec immanissimi barbari aliquando fecerūt? Ad eū etiā sibi mentiuntur, vt vici<sup>m</sup> , boni, ac mali nomina transferant, & immutent? Quid ergo non diem, noctem vocant? solem, tenebras? Alioquin eadem impudentia, bonis, malorum nomen imponere, sapientibus, stultorum, iustis, impiorum. quinimmo, si qua illis fiducia est vel philosophia, uel in eloquentia, armenta se, ac refellant ha<sup>m</sup> nostra, si possant; congregari<sup>m</sup> communis, & singula quaque discutiant. Decet eos, suscipere defensionem Deorum suorum; ne, si nostra inuaderint (vt quotidie inualescum) cum delubris, ac ludibriis suis deserantur. Et quoniam nihil possant (augetur enim religio Dei, quanto magis premitur) ratione potius, & hortamentis agant. Procedit in medium pontifices, seu minores, seu maximi; flamines, augures, item reges sacrificoli, quique sunt sacerdotes, & antisites religionum. Connouent nos ad contionem, cohortem

cohorte<sup>t</sup>ur ad suscipiendo<sup>m</sup> cultus Deorum; persuadent, multos esse, quorum numine, ac prouidentia regantur omnia; ostendant, origines, & initia sacrorum, ac derum quomodo sint mortalibus tradita; qui fons, que ratio sit, explicent; proferant, que merces in cultu, que pœna in contemptu maneat; quare ab hominibus coli se velint; quid illis, si beati sunt, humana pietas conferat. qua omnia non asseueratione propria (nec enim valet quicquam mortalis hominis auctoritas) sed divinis aliquibus testimonis coſeruent, sicuti nos facimus. Non est opus vi, et iniuria; quia religio cogi nō potest. verbis, potius quā verberibus res agenda est, vt sit voluntas. distinguishing aciem ingeniorum suorum, si ratio eorum vera est, afferatur. parati sumus audire, si doceant. accentibus certe nihil credimus; sicut ne sequentibus quidem cedimus. Imitentur nos,\* aut rationem rei totius exponant. Nos enim non illiscimus, vt ipsi obiectant, sed docemus, probamus, ostendimus. Itaq<sup>z</sup>, nemo à nobis retinetur iniuritus. inutilis est enim Deo, qui deuotione, ac fide caret. Et tamen nemo discedit, ipsa veritate retinente. Docet isti hoc modo, si qua illi fiducia veritatis est; loquantur; hiscant; audeant inquit disputare nobiscū aliquid eiusmodi: ita profecto ab aniculis, quas contemnunt, & à pueris nostris tribus error illorum, ac stultitia irridebitur. Cū enim sint peritiissimi, Deorumque progeniem, & res gestas, & imperia, & interitus, & sepulchra de libris nouerint; ipsosq<sup>z</sup> ritus, quibus sunt initiati, vel ex rebus gestis hominum, vel ex castibus, vel etiam ex mortibus natos sciant: incredibilis dementia est, Deos putare, quos fuisse mortales, negare non audeant. vel si tam impudentes fuerint, ut negent; sua illos, ac suorum litera coarguant, ipsa denique illos sacrorum initia conuincant. Sciant igitur vel ex hoc ipso, quantum intersit inter verum, & falsum; quando

quando ipsi quum sint eloquentes, persuadere non possunt; imperiti, ac rudes possunt; quia res ipsa, & vniuersitas loquitur. Quid ergo faciunt? ut stultitiam suam diminuere volunt, augeant: longe diuersa sunt, carnificia, & pietas; nec potest aut veritas cum vi, aut iustitiam crudelitate coniungi. Sea merito non audent de rebus quam docere diuinis, ne à nostris derideantur, et à suis deserantur. Nam ferè vulgus, cui simplex, incorruptum iudicium est, si mysteria illa cognoscat, in memoria mortuorum constituta, damnabit; aliusq; verius, quod latet, queret. Hinc fida silentia sacris instituta sunt ab hominibus callidis, ut ne sciat populus, quid colat. Cum autem nos in eorum doctrinis versemur, cur nobis aut non abundant, qui utrumq; nouimus? aut inuident, quia falsum prætulimus? sed defendenda sunt, inquiunt, suscepta pollice sacra. O quam honesta voluntate miseri errant. Subtiunt enim, nihil esse in rebus humanis religione praestitius; eamq; summa vi oportere defendi. sed vt in ipsa religione, sic in defensione genere fallitur. Defendenda enim religio est, nō occidendo, sed moriendo; non securitia, sed patientia; nō scelere, sed fide: illa enim malorum sunt, hac bonum. Et necesse est, bonū in religione versari, non malū. Nam sanguine, si tormentis, si malo religione defendere vellet, non defendetur illa, sed polluetur, atq; violabitur. Nihil enim tam voluntariū, quam religio: in qua si animus sancte catis auersus est, iam sublata, iam nulla est. Recta iuratio est, vt religione patientia, vel morte defendas. In qua fides conservata, & ipsi Deo grata est, & religioni auctoritatem. Nam si is, qui in hac terrestri militiam suo fidem seruat in aliquo egregio facinore; si postea vivit; acceptior fit, & charior; si perierit, summam gloriam consequitur, quod pro duce suo mortem occubuerit: quanto magis imperatori omnium Deo fides seruanda est, qd  
al.  
iam supplica-  
tio nulla est

non tantum viuentibus, sed etiam mortuis premium potest virtus exoluere? Igitur Dei cultus, quoniam militia calostis est, deuotionem maximam, fidemque desiderat. Quomodo enim Deus aut amabit colentē, si ipse non ameritur ab eo; aut quomodo præstabit precanti, quicquid oraverit, cum ad precandum neque ex animo, neque obseruanter accedat? Ipsi autem, cum ad sacrificandum veniunt, nihil intimum, nihil proprium diu suis offerunt; non integratatem mentis, non reverentiam, non timorem. Perfectis itaque sacrificiis inanibus, omnem religionem in templo, & cum templo, sicut inuenient, relinquunt; nihilque secum ex ea neque afferunt, neque referunt. Inde est, quod eiusmodi religiones neque bonos facere possunt, neque firmos atque immutabiles. Traducuntur itaque ab his hominibus facile; quia nihil ibi ad vitam, nihil ad sapientiam, nihil ad fidem discitur. Quae est enim supersticio illorum Deorum? qua vis? qua disciplina? qua origo? qua ratio? quod fundamentum? qua substantia? quo tendit? aut quid pollicetur, vt ab homine possit fideliter seruari, fortiterque defendi? In qua nihil aliud video, quam ritum ad solos digitos pertinet. Nostra vero religio eo firma est, et solida, & immutabilis, quia iustitiam docet; quia nobiscum semper est, quia tota in animo colentis est; quia mentem ipsam pro sacrificio habet. illic nihil exigitur aliud, quam sanguis pecudam. & sumus, & inepta libatio: hic, bona mens, purum pectus, innocens vita. illuc veniunt sine delectu adulteria impudica, lena procaces, obscenea meretrices; veniunt gladiatores, latrones, fures, venefici, & precati nihil aliud, quam vt sceleris impune committant. Quid enim latro sacrificans, aut gladiator roget, nisi vt occidant? Quid venenarius, nisi vt fallat? Quid meretrix, nisi vt plurimum peccet? Quid adultera, nisi aut mortem viri, aut vt sua impudicitia celetur? Quid lena, nisi vt multos

at.  
firmes atque  
immutabiles  
esse.  
vi.n.132.

mortis exsol-  
uet.  
militia.

bonis exuat? Quid fur, nisi ut plura compilet? Hic enim etiam leui, communis peccato locus est nullus. Et sicut ad sacrificium non integra conscientia venerit, audi quod illi Deus comminetur; ille, qui latebras cordis videt, et peccatis semper infestus est; qui exigit institiam; qui sua poscit. Quis hic male menti, aut male preci loci est? illi infelices, nec ex sceleribus suis intelligent, quamcumque sit, quod colunt; quandoquidem flagitus omnibus quinari, veniunt ad precandum: Et se pie sacrificare volunt, si cutem lauerint. tanquam libidines intra pericula inclusas ulli amnes abluant, aut villa maria purificent. Quanto satius est, mentem potius cluere, qua malum reddit. atibus folidatur, & uno virtutis, ac fidei lauacrum uersa vitia depellere. Quod qui fecerit, quamlibet inquit natum, ac folidum corpus gerat, satis purus est.

**x x** I P S I autem, quia nesciunt, vel quid, vel quomodo colendum; caci, & imprudentes, in contrarium cadunt. Adorant itaque hostes suos; latrones, & interfectoris victimis placant; & animas suas cum thure ipso cremandas, aris dexteris aliis imponunt. Irascuntur etiam iri, quod non similes alij pereant, incredibili memini cuncte. quid enim videant, qui sole non videt? Quasi vero essent, indigerent hominum auxilio, aduersus contempnentes suos. quid ergo nobis irascuntur, si illi nihil possunt? quod ipsi Deos suos destruunt; quorum potestate diffide, magis irreligiosi, quam qui omnino non colunt. Citemus suis legibus, cum casta ad sacrificia precepiteret accedere, praeceps, inquit, adhibento opes amouero. qui secus facit, de ipse vindex erit. Recte hoc quidem. Neque enim fas est, diligere deo, quem ideo colas, quia potenter putes. Nam modo vindicare iniuriam colentis se potest, si sua non test? Libet igitur, sex his querere, cui potissimum praesentent, cogendo inuitos ad sacrificium. Ipsius ne, quo cogi-

at non est beneficium, quod ingeritur recusanti: sed consulendum est etiam nolentibus; quando quid sit bonum, nesciunt. Cur ergo tam crudeliter vexant, cruciat, debilitant, si saluos volunt? aut unde pietas tam impia, ut eos misericordia aut perdant, aut inutiles faciant, quibus velint esse consultum?

An vero diis praestant? at non est sacrificium, quod exprimitur in uito, nisi enim sponte, atque ex animo fiat; execratio est; cum homines proscriptio, iniuriis, carcere, tormentis adacti, faciunt. Si dum sunt isti, qui sic coluntur, vel propter hoc solum colendi non sunt, quod sic coli voluit; digni scilicet detestatione hominum, quibus cum lachrymis, cum gemitu,

cum sanguine de membris omnibus fluente libatur. At nos contra, non experimus, ut deum nostrum, qui est omnium velint, nolint; colat aliquis inuitus; nec, si non coluerit irascimur. Confidimus enim maiestati eius, qui tam contemptum

sui posset vici, quam seruorum suorum labores, & iniurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur, sed Deo remittimus uitionem; non ut iugantur, qui defensores Deorum suorum videri volunt, & se uidentur efferrate aduersus non colentes. Ex quo intelligi datur, quam non sit bonum, Deos colere; quantum bono potius adducendi homines ad bonum fuerant, non malo.

Sed quia illud malum est, etiam officium eius bono caret. At enim puniendi sunt, qui destruunt religiones. Num peius nos destruimus, quam natio Aegyptiorum? qui turpisimis bestiarum, ac pecudum figuris colunt; quedam etiam pudenda dictu tanquam Deos adorant. Num peius quam uidem ipsi? qui, cum Deos colere se dicant, et amen eos publice, turpiterque deridet; de quibus etiam mimos agi cum risu, & voluptate patiuntur. Qualis hac religio, aut quantia maiestas putanda est, que adoratur in templo, illuditur in theatris? Et qui hac fecerint, non paenam violati numeri pendunt, sed honorati etiam, laudarique discedunt. Num

velint uolunt.

peius nos destruimus, quam quidam philosophi, qui omni-  
no nullos Deos esse aiunt; sed omnia sua sponte nata, om-  
nia fortuita fieri, quae geruntur? Num peius quam epu-  
rei, qui esse quidem Deos, sed curare quicquam negam;  
neque irasci eos, neque gratia commoueri? Quibus diu-  
nique persuadent colendos omnino non esse. siquidem mi-  
colentes respiciunt, neque non colentibus irascuntur. Pu-  
tarea cum contra metus differunt, nihil aliud efficien-  
natur, quam ut nemo Deos timeat. Et hoc tamen ab  
minibus & audiuntur libenter, & differuntur impune.

**xxi.** N O N ergo ideo aduersus nos insaniunt, quia diu-  
coluntur a nobis; sed quia veritas penes nos est, qua (vis  
verissime dictum) odium parit. Quid igitur existimphi-  
neus, nisi nescire illos, quid patiantur? Perciti enim pe-  
runtur cæco, & irrationabili furore; quem uos videnuis,  
nesciunt. Non enim ipsi homines persequuntur, qui car-  
sam, cur irascantur innocentibus, non habent; sed illi fini-  
tus contaminati, ac perdit, quibus veritas & nota est, &  
inuisi; insinuant se mentibus eorum, & instigant nesci-  
in furorem. Hi enim, quandiu pax est in populo Dei, fu-  
gitant iustos, & paucent: & cum corpora hominum occu-  
pan, animaque diuexant; adiurant ab his, & nomine  
Dei veri fugantur. Quo audito tremunt, exclamant, è  
vri se, verberaque testantur; & interrogati, qui sunt,  
quando venerint, quomodo in hominem irreperint, con-  
tentur. sic extorti, & excruciat virtute diuini nomini  
exulant. properter hac verbera, & minas, sanctos, & iusti  
viros semper oderunt. Et quia per se nocere his nihil pos-  
sunt, publicis eos odiis persequuntur, quos sibi graues ser-  
tiunt, exercentiq; sauitiam, quam violentissime possunt; n  
aut eorum fidem minuant per dolorem; aut, si id effici  
non quierint, auferant omnino de terra; ne sint, qui pos-

sint eorum nequitiam coercere. Nō me fugit, quid respon-  
deri è contrario possit. Cur ergo Deus ille singularis, ille  
magnus, quem rerum potentem, quem dominum omnium  
confiteris, hæc fieri patitur; nec cultores suos aut vindicat,  
aut tuctur? Cur denique qui eum non colunt, & opulentis,  
& potentes, & beati sunt; & honoribus, regnoque potiun-  
tur; eosq; ipsos ditioni sua, ac potestatis subiectos habent?  
Reddenda & huius rei ratio est, nequid remaneat erroris.  
Nam in primis hec causa est, cur existimetur religio Dei  
viri non habere; quod inducuntur homines specie terreno-  
rum, ac praesentium bonorum, qua ad curam mentis nullo  
modo pertinet. quibus quia carere iustos vident, & afflu-  
re iniustos: & Dei cultum inanem arbitrantur, in quo in-  
esse illa non cernunt; & Deorum ritus estimant veros,  
quoniam cultores eorum & diuitiis, & honoribus, & re-  
gnis fruuntur. Verum q; qui sunt in hac existimatione, nō  
perspiciunt altius vim, rationemque hominis; qua non in  
corpare, sed in mente est. Nihil enim vident amplius,  
quam videtur corpus scilicet; quod, quia oculis, manuque  
tractabile est; imbecillum, fragile, mortale est; cuius sunt  
illa omnia bona, que cupiditati, ac miraculo sunt, opes, ha-  
niores, imperia; quoniam corporis afferunt voluptates; &  
ideo tam caduca sunt, quam corpus ipsum. Animus vero,  
in quo solo est homo; quoniam subiectis oculis non est; nec  
bona eius aspici possunt, que in sola virtute sunt posita; &  
ideo tam stabilis, & constans, & perpetuus sit, necesse est,  
sicut ipsa virtus, in qua est animi bonum.

**L O N G U M** est, vniuersas virtutis species promere; **xxii.**  
vt de singulis doceam, quam necesse sit, sapientem, ac iu-  
stum virum longè ab illis omnibus bonis abhorre. quibus  
quia fruuntur iniusti, Deorum cultus veri, & efficaces es-  
se creduntur. Quod ad presentem pertinet questionem,

Sicut est, si ex una virtute id probemus, quod intendimus. Nempe magna, & præcipua virtus est patientia, quam pariter & vulgi voces publicæ, & philosophi, & oratori summis laudibus celebrant. Quod si negari non poset, quin summa sit virtus; necesse est, iustum, & sapientem virum in potestate esse hominis iniusti, ut capiat patientiam. Patientia est enim malorum, que aut infernit, aut accidunt, cum equanimitate perlatio. Ergo iustus, ac sapiens, quia virtutem capit, habet in se patientiam; qua carebit omnino. si nihil patierit aduersi. Contra, qui in multis prosperis agit, impatiens est, et virtute maximam caritatem. Impatientem dico, quia nihil patitur. Innocentiam quoque seruare non potest. quæ & ipsa iusto, & sapienti viro propria virtus est. Sed & nocet saepe, & concupiscit aliena & rapit, quæ cupierit, per iniuriam; quia virtus expensatio, peccatoq; subiectus est, & fragilitatis oblitus, animi insolenter elato tumet. Inde iniusti, ac Deum nescientes, & diuitios, & potentia, & honoribus florent. Hac enim cuncta, iniustitia præmia sunt; quia & perpetua esse possunt; & per cupiditatem, violentiamq; queruntur. Iusta vero, ac sapiens, quia illa omnia, humana (vt est à Lædictum) sua bona, diuina iudicat; nec alienum quicquam concupiscit, nequem contra ius humanitatis ledat omnino, nec ullam potentiam, honoremue desiderat, ne cui faciat iniuriam. Scit enim cunctos ab eodem Deo, & eadem conditione generatos, iure fraternitatis esse cōiunctos. Sed & suo contentus, & paruo; quia fragilitatis sua membra, amplius querit, quam vnde vitam sustentet; & ex eo qd; quod haberit, impertit etiam non habenti, quia plusq; pietas\* etiam summa virtus est. Accedit, quod voluntate caducas, virtuosasq; contemnit, quarum causa opes appetiuntur, quoniam cōtinens est, ac libidinum victor. Idemq; simoris, atque insolentia gerens, non extollit se alius, ne

autem

erigit superbum caput; sed placidus, & concors, & comis, & planus est, quia conditionem suam nouit. Cum ergo iniuriam nulli faciat; nec aliena cupiat; nec sua quoque, si vi auferantur, defendat, cum sciat etiam illatam iniuriam moderate ferre, quia virtute præditus est: necesse est, iustum hominem subiectum esse iniusto, & cōtumelij affici ab insidente sapientem; vt & ille peccet, quia iniustus est; & hic in seruiturem abeat, quia iustus est. Si quis autem volet scire plenius, cur malos, & iniustos, Dei, potentes, beatos, & diuites fieri finat; pios contra humiles, miseros, inopes esse patiatur: sumat eū Seneca librū, cui titulus est, Quare boni viris multa mala accident, cū sit prouidezia, in quo ille multa, nō plane imperitia seculari, sed sapienter, ac pene diuinitus elocutus est. Deus, inquit, homines pro liberis habet; sed corruptos, et virtuosos, luxuriosē, ac delicate patitur vivere, quia non putat emēdatione sua dignos. Bonos autē, quos diligit, castigat sepius, & assiduis laboribus ad usum virtutis exercet; nec eos caducis, ac mortalibus boni corrūpi, ac depravari sinit. Vnde\* nemini mirū debet videri, si pro nostris saepe delictis castigamur à Deo. Im̄d vero, cū vexamur, ac premimur, tū maxime gratias agimus indulgentissimo patri; quod corruptelā nostram nō patitur lōgius procedere; sed plagiis, ac verberibus emēdat. Ex quo intelligimus, esse nos Deo curæ; quibus quoniā peccamus, irascitur. Nam cū posset populo suo & opes, & regnū largiri, sicut dederat ante Iudeis; quorū nos successores, ac posteri sumus: iccirco cū voluit sub aliena dictione, atq; imperio degere, ne rerū prosperarum felicitate corruptus, in luxuria laberetur, ac Dei præcepta contineyet; sicut illi maiores nostri, qui saepe terrenis, ac fragilibus his bonis eneruerat, aberrarunt à disciplina; & legi vincula ruperūt. prouidit ergo, quatenus cultoribus suis præstaret quietē, si mā data feruissent; & ramen eos emendaret, si præceptis non

obtemperassent. Itaque ne tam corrumperetur otio, quam patres eorum licentia; premi eos voluit ab iis, in quorum manibus eos collocauit; vt & labantes confirmet; & corrueat, ad fortitudinem reparat; & fidem experiat, ac tentet. Quomodo enim potest Imperator militum suorum probare virtutem, nisi habuerit hostem? Et illi tamen aduersarius exurget inuito; quia mortal is est, & vinci potest. Deo autem quia repugnari non potest, ipse aduersarios nominis suo excusat; non qui contra ipsum Deum pugnat, sed contra milites eius; vt deuotionem, ac fidem suorum pressura. vel probet, vel corroboraret, donec\* pressura et verberibus defluente corrigat disciplinam. Est et alia causa, cur aduersarios nos persecutiones fieri sinat; vt Dei populus augeatur. Nec est difficile monstrare, cur, aut quomodo id fiat. Primum, fugantur a Deorum cultibus plurimi, odio crudelitatis, qui enim talia sacrificia non horreant? Deinde placet quibusdam virtus, ac fides ipsa. Nonnulli suspicantur, Deorum cultum non sine causa malum putari a tam multitudine hominibus, ut emori malint, quam id facere; quod si faciunt, ut vivant. Aliqui cupiunt scire, "quidnam sit illud bonum, quod ad mortem usque defenditur; quod omnibus, qua in hac vita, iucunda sunt, & chara, preferuntur; a quo nec bonorum, nec lucis amissio, nec dolor corporis, nec viscerum cruentamenta deterrent. Valent hanc plurimum; sed illa maxime causa nostrarum numerum semper auxerunt. Audit circumstans populus, inter ipsa tormenta dicentes, non sacrificare se lapidibus humana manu factis, sed Du viuo, qui sit in celo. Multi hoc verum esse intelligunt, & in peccatis admittunt. Deinde, ut fieri solet in rebus incertis inter se iniicem querunt, qua sit huius persecutoriae causa, multa, qua ad religionem pertinent, diuulgatae per rumorem vicissim aucupatae, discuntur: qua iubilatio sunt, placeant, necesse est. Præterea, vltio consecuta est.

quodnam.

cut semper accidit, ad credendum vehementer impellit. Nec haec quidem leuis causa est; quod immundi demonum spiritus, accepta licentia, multorum se corporibus immergunt; quibus postea electis, omnes, qui resonati fuerint, adhaerent religioni, cuius potentiam senserunt. Haec tota causa in unum collata, magnam Deo multitudinem mirabiliter acquirunt.

**Q**VIC QV I D ergo aduersum nos mali principes XXIIII moluntur, fieri ipse permittit. Et tamen iniustissimi persecutores, quibus Dei nomen contumelia, ac ludibrio fuit non se potenter impune laturos, quia indignationis aduersus nos eius, quasi ministri fuerunt. Punientur enim iudicio Dei, qui accepta potestate supra humanum modum fuerint abusi; & insultauerint etiam Deo superbius; eiusque nomen eternum, vestigia suis subiecerint, impie, nefarie, calcadum. Propterea vindicaturum se in eos celeriter pollicetur, & exterminaturum bestias malas de terra. Sed idem, quamvis populi sui vexationes & hic in praesenti soleat vindicare; tamen iubet nos expectare patienter illum caelestis iudicij diem, quo ipse pro suis quenque meritis aut honore, aut puniat. Quapropter non sperent sacrilega anima, contemptos & inultos fore, quos \*sic obterunt. Veniet veniet rabiosis, & voracibus lupis merces sua; qui iustas, & simplices animas, nullis facinoribus admissis, excruciauerunt. Nos tantummodo laboremus, ut ab hominibus nihil aliud in nobis, nisi sola iustitia puniatur. Denimus operam totis viribus, ut mereamur a Deo simul & vltionem passionis, & premium.

hic

L. COELII FIRMIANI  
LACTANTII DIVINARVM  
INSTITUTIONVM LIBER VI.

De vero cultu.

**V**OD erat officium suscepiti munus, diuino spiritu instruente, ac suffragante ipsa veritate compleuimus. Cuius afferenda, atque illustranda causam mihi & scientiam, & fide, & ipse Dominus noster imposuit: si ne quo nec sciri quicquam potest, nec explicari. Venio nū ad id, quod est summū operis huius, & maximum; vidēcam quo ritu, quoque sacrificio Deū colī oporteat. Id enim est hominī officium, in eoz solo summa rerum, & omnī beatæ vita ratio consistit: quādoquidem propterea fūlī, & inspirati ab eo sumus, non vt cœlum videremus, & soleū (quod Anaxagoras putauit) sed vt artificem solis, & cœli Deum pura, & integra mēte coleremus. Quamvis autem praecedentibus libris, pro ingenij mediocritate defendem veritatem; tamen ex ritu quoque ipso elucere vel maxime potest. Nihil enim, sancta, & singularis illa maiestas, aliud ab homine desiderat, quam solam innocentiam: quam si quis obtulerit Deo, satis pie, satis religiose litauit. Homines autem neglecta iustitia, cum sint omnibus flagitiis, ac sceleribus inquinati, religiosos se putant, si tēpla, ac aras, hostiarum sanguine cruentauerint; si focos odorati, ac veteris vini profusione madefecerint. Quin etiā sacras dapes apparet, & exquisitas epulas, quasi aliquid inde libaturis offerunt. Quicquid aspectu rarum, quicquid opere, aut odore pretiosum est, id gratum esse dīs suis nō ex aliqua diuinatis ratione, quam nesciunt, sed ex suis cupiditatib⁹ indi-

**L**IBER VI. 315  
cant; nec intelligunt, terrenū opibus Deum non indigere. Nihil enim sapiūt, nisi terram, bonaq; & mala, solius corporis sensu, & voluptate perpēdunt. Huius arbitrio, vt religionem ponderant, sic totius viuæ sua acta disponunt. Et quoniam se semel à cœli contemplatione auerterunt, sensimq; illum cœlestē corpori mancipauerunt; libidinibus frena permittunt; tanquam secum ablaturi voluptatem, quam momentū omnibus capere festinant; cum animus ministerio corporis, non corpus ministerio animi vii debeat. Idem maximum bonum iudicant opes, quas si bonis artibus assequi non possunt, malis assequuntur; fraudant; rapiunt; spoliant; infidiantur; abiurant. nihil denique moderati, aut penſi habent, dummodo auro coruscant; argento, gemitis, vestibus fulgeant; audiſſimo ventri opes ingerant; stipati familiarium gregibus, per dimotum populuū semper incedant. Sic addicti, & seruientes voluptatibus, vim, vigorēq; mentis extinguit; & cum viuere se maxime putat, ad mortem concitatisime properant. Nam sicut in secundo libro docuimus, cœli ratio in animo, terra autē in corpore est, qui bona negligunt animi, & corporis appetitū; in tenebris, ac morte versantur, que sunt terre, atque corporis; quia vita, & lumen à cœlo est, cuius quoniā expertes sunt, corpori seruiendo, longe absunt ab intellectu rerum duniuarū. Eadem in ieros ubiq; cœctas premit, sicut enim quis sit verus Deus, ita qui sit verus culius, ignorant.

**M**A C T A N T igitur opimas, ac pingues hostias Deo II. *Causa lege*  
quasi esurientis; profundant vina tanquam sifienti; accendunt lumiña velut in tenebris agenti. Quod si suspicari, aut percipere animo possent, qua sint bona illa cœlestia; quorum magnitudinem, terreno adhuc corpore obvoluta, sensu capere non possumus: iam se cum his officiū inanibus, stultiſſimos esse cognoscant. \*Vel si cœleſte lumē, quod dicimus quod.

quam. dicimus solem, cōtemplari velint; iam sentiant, quod non  
indiget lucernis eorum Deus; qui ipse in vsum hominū  
tam claram, tam candidam lucem dedit. & tamen cum  
in tam paruo circulo, qui propter longinquitatem, non am-  
plius, quam humani capitis videtur habere mensuram,  
tantum sit fulgoris, ut eum mortalium lumen acies nō  
queat contueri; & si paulisper intenderis, hebetatos oculos  
caligo, ac tenebra consequantur: quid tandem lumen,  
quid claritatis apud ipsum Deum, penes quem nulla nox  
est, esse arbitremur? qui hanc ipsam lucem sic moderatus  
est, ut neque nimio fulgore, neque calore vehementi noce-  
ret animantibus; tantumq; istarum rerum dedit ei, quant-  
um ad mortalia corpora pati possunt, aut frugum matu-  
ritas postularet. Num igitur mentis sua compos putandus  
est, qui auctori, & datori luminis, candelarum, ac cera-  
rum lumen offert pro munere? Aliud vero ille à nobis exi-  
git lumen, & quidem non sumendum, sed (ut ait poëta) li-  
quidum, atq; clarum, mentis scilicet; propter quod à poë-  
tis q̄s nūcupatur; quod exhibere nō potest, nisi qui Deum  
agnouerit. Illorum autem Di, quia terreni sunt, egeni  
luminibus, ne in tenebris sint. quorum cultores, quia cele-  
ste nihil sapiunt; etiam religiones, quibus deseruunt, ad  
terram reuocant. In ea enim lumine opus est; quia ratio  
eius, & natura tenebrosa est. Itaque dius non caelestem sen-  
sum, sed humanum potius attribuunt. idēo illis neces-  
saria, & grata credunt esse, quæ nobis; quibus aut esurien-  
tibus, opus est cibo; aut sicutientibus, potu, aut ueste, algenti-  
bus; aut cum sol decesserit, lumine, ut videre possumus.  
Nullis igitur ex rebus tam probari, & in intelligi potest;  
Deos istos, cum aliquando vixerint, mortuos esse, quam ex  
ipso ritu, qui est totus è terra. Quid enim caelesta in se bo-  
ni potest habere pecudum sanguis effusus, quo aras inqui-  
nant? nisi forte Deos existimant eo uesti, quod homines  
affer-

aspernatur attingere. Et quisquis illis hanc saginam pre-  
stiterit, quamvis ille graffator, adulter, veneficus, paricida  
sit; beatus, ac felix erit. Hunc diligunt, hunc tuentur, huic  
omnia, quæ optauerit, praestant. Merito ergo Persius hu-  
iuscemodi superstitiones suo more deridet.

- Qua tu (inquit) mercede Deorum

Emeris auriculas; pulmone, & lactibus vnciis?

Sentiebat videlicet, non carne opus esse ad placandam ca-  
lestem maiestatem, sed mente sancta, & iusto animo, &  
peccatore (vt ipse ait) quod naturali sit honestate genero-  
sum. Hac est religio caelestis, non qua constat ex rebus cor-  
ruptis, sed qua virtutibus animi, qui oritur è calo. Hic ve-  
rus est cultus; in quo mens colentis, seipsum Deo immacu-  
latam victimam sifit. Id autem ipsum quomodo conse-  
quendum, quomodo praestandum sit, docebit huius libri di-  
sputatio. Nihil enim tam praeclarum, hominique conne-  
niens potest esse, quam erudire homines ad iustitiam.  
Apud Ciceronem Catulus in Hortensio philosophiam re-  
bus omnibus preferens, malle se dicit vel vnum parvum  
de officio libellum, quam longam orationem pro seditioso  
homine Cornelio. Quæ sententia non vtique Catuli, qui  
fortasse illud nō dixit, sed Ciceronis est putanda; qui scri-  
psit. Credo vt libellos, quos de officiis erat scripturus, com-  
mendaret: in quibus ipsis, nihil esse testatur in omni phi-  
losophia melius, & fructuosius, quam præcepta vita dare.  
Quod si hoc illi faciunt, quibus non est veritas cognita;  
quanto magis nos facere debemus, qui à Deo eruditæ, &  
illuminati; possimus vera præcipere? nec tamen sic docebi-  
mus, vt quasi prima virtutis elementa tradamus, quod est  
infinitum; sed tanquam docendum suscepimus eum, qui  
apud illos iam perfectus esse videatur. Manentibus enim  
præceptis eorum, quæ solent ad probitatem recte dari, dare.  
ignota illis superstruemus, ad perficiendā, consumandamq;  
iustitiam,

iustitiam, quam non tenet. Ea vero, que possunt cum his esse communia, pretermittantur; nequid ab his videar mutari, quorum errores coarguere, atque aperire decreuerim.

- \* III Dux sunt viæ [Constantine Imp.] per quas humanam vitam progreedi necesse est; una, quæ in calumfræ altera, quæ ad inferos deprivat; quas & poëta in carminibus, & philosophi in disputationibus suis induxerunt. Evidem philosophi altera virtutum esse voluerunt, altera vitorum; et amq; quæ sit assignata virtutibus, primo adiu esse & arduam, & confragosam; in qua si quis difficultas superata, in summum eius euaserit, habere eum de cœli planum iter, lucidum, amœnumq; campum, & omnibus suorū capere fructus vberes, atq; incundos. Quia autem primi aditus difficultas deterruerit, eos in eamniorum viam labi, atque deflectere, quæ primo ingressa quasi amœna, multoq; tritior: deinde cum in eam pauli vterius processerint, amœnitatis eius speciem repente subducit: exoriri autem viam præcipitem, nunc saxis affram, nunc obductam sentibus, nuc gurgitisbus interisam, vel torrentibus rapidam, vt laborare, hærere, labi, cadere sit necesse. Quæ omnia eo proferuntur, vt appareat, in virtutibus capiendis, labores esse maximissim perceptus aut maximos fructus, & solidas, atq; incorruptas voluntatis: vicia vero quibusdam delinimenti naturalibus illicere ammos hominum; & inaniū incunditatum specie captus, ac acerbas amaritudines, misericordias perducere. Sapii post disputatio, si virtutum ipsarū formas, atq; terminos sint. Non enim didicerant, vel quæ sint, vel quid eas mercede Deo maneat; quod nos his duobus libris docebimus. Hincero, quia ignorabat, aut dubitabat, animas hominū immortales esse: virtutes, & vicia terrenis honoribus, aut penitentiæ, ergo hoc de duabus viis disputauit.

ad frugalitatem, ac luxuriam spectat. Dicunt enim humana vita cursum. T. litera esse similem; quod vñusquisque hominum, cum primum adolescentia limen attigerit, & primæ in eum locum venerit, parteis vbi se via findit in ambas; hereat nutabundus, ac nesciat in quam se partem potius inclinet. Si ducem naclus fuerit, qui dirigat ad meliora titubante, hoc est, si aut philosophiam didicerit, aut eloquentiam, aut aliquid honestæ artis, quod euadat ad bonā frugem; quod fieri sine labore maximo non potest: honestam, ac copiosam vitam, disputant, peracturum: Si vero doctorem frugalitatis non inuenierit, in sinistram viam, quæ melioris speciem mentiatur, \* incedere, id est, desidie, incidere. inertiae, luxuria se tradere; que suavia quidem videntur ad tempus, vera bona ignoranti; post autem amissa omnī dignitate, ac re familiari, in omnibus miseriis, ignorantiisque vicieturum. Ad corpus ergo, & ad hanc vitam quam in terra ducimus, fines earum viarum retulerunt. Poëta fortasse melius, qui hoc biuum apud inferos esse voluerunt. Sed in eo falluntur; quod eas vias mortuis proposuerunt. Vixque ergo vere, sed tamen vixque non recte; quia oportuit, vias ipsas ad vitam, fines earum ad mortem referri. Nos igitur melius, & verius, qui duas istas vias, cali, & inferorum esse dicimus, quia iustis immortalitas, iniusti poena aeterna proposita est. Quomodo autem vixque ista vel in calum tollant, vel ad infera præcipitent, explicabo; aperiāmque, quæ sint virtutes, quas philosophi nescierunt: tum, earum quæ sint premia; simul etiam quæ sint vicia, queue corum supplicia, monstrabo. Nam fortasse aliquis expectet, vt separatim de viciis, ac virtutibus dicam; cum de bono, aut malo differentibus nobis, etiam quod est contrarium posse intelligi. Sive enim virtutes inferas, vicia, sua sponte decedent. sive etiam vicia eximas, virtutes vltro subibunt, sic bonorum, ac malorum constituta natura est, vt se inuicem

hæc vice  
vi.n.133.

inuicem semper oppugnant, semper expellant. ita neque virtua detrahi sine virtutibus possint, nec virtutes seri sine detractione vitiorum. Has igitur vias longiter inducimus, quā à philosophis induci solent: Primum quod utriusque prepositum esse dicimus. *Ducem*, virumq; immortalem: sed alterum honoratum, qui virtutibus bonis presit; alterum damnatum, qui virtus, ac malus. autem in dexteriore tantum via ducem ponunt, neque vnum, neque perpetuum. Siquidem quemlibet doctrina bona artis inducunt, qui à desidia reuocet homines, & huius esse doceat. Sed neque ingredi faciunt in eam viam pueros, & adolescentes; videlicet quod artes discantur his atatibus. Nos autem, omnis sexus, & generu, & aetatis, in hoc celeste iter inducimus: quia Deus, qui eum dux est, immortalitatem nulli homini nato negat. Fons quoque ipsarum viarum non ita est, vt illi putarentur. Quid enim opus est. T. litera in rebus contrariis, atque uersis? Sed altera illa melior, conuersa est ad solu omni altera illa deterior, ad occasum: quoniam qui veritatem ac iustitiam sequitur, ut accepto immortalitatis prem perenni luce potierit: qui autem ab illo malo duce illis prætulerit virtus virtutibus, mendacium veritati; neque est, ad occasum, & tenebras deferatur. Describam igitur utrangs; & earum proprietates, habitusq; monstrabo.

IV. VNA est itaque virtutis, ac bonorum via, quae non in Elysios campos (vt poēta loquuntur) sed ad ipsius mundi arcem.

At laua, malorum

Exercet poena, & ad impia tartara mittit. Est enim criminoris illius, qui praus religiosis virtutis, auertit homines ab itinere caelesti, & in viam passionis inducit. Cuius via species, & figura sic est compo-

posita in aspectu, vt plana, & patens, & omni genere florrum, atque fructuum delectabilis esse videatur, in ea enim posuit omnia, que pro bonis habentur in terra; opulētiām dico, honorem, quietem, voluptatem, illecebras omnes: sed cum his pariter iniustitiam, crudelitatem, superbiam, perfidiam, libidinem, cupiditatem, discordiam, ignorantiam, mendacium, stultitiam, ceteraque vitia. Exitus autem huius vita talis est. Cum ventum fuerit ad extremum, unde iam regredi non licet; cum omni sua pulchritudine tam subito præciditur, vt non ante quis fraudem prospicere posset, quā præcipitatus in altitudinem profundam cadat. Quisquis enim præsentium bonorum specie captus, & in his consequendus, ac fruendus occupatus, non præsiderit ea, qua post mortem secutura sunt; sed q; à Deo auerterit: is vero ad inferos deiectus, in eternam damnabitur pœnam. Via vero illa caelestis, difficultis, & cliuosa proposita est, vel spinis horrentibus aspera, vel saxis extantibus impedita; vt cum summo labore, ac pedum tritu, cumq; magna cadendi solicitudine sit cuique gradendum. In hac posuit iustitiam, temperatiam, patientiam, fidem, castitatem, abstinentiam, concordiam, scienciam, veritatem, sapientiam, ceterasq; virtutes; sed simul cum his paupertatem, ignoranciam, labore, dolorem, amaritudines omnes. Quisquis enim spem suam porrexit longius, & meliora maluerit, carebit huius terra bonis; vt expeditus, ac leuis difficultate via supereret. Nec enim potest, qui se apparatu regio circundederit, aut diuitiis onerauerit, angustias illas vel ingredi, vel tenere. Vnde intelligitur, iccirco malis, & iniustis faciliter prouenire, que cupiant; quia prona, & declinata est eorum via: bonis autem, que optent, difficile procedere; quia difficult, & arduo itinere graditur. Iustus ergo, quoniam durum, asperumq; iter ingressus est, contemptus, derisus, odio fit, necesse est. Omnes enim quos cupiditas, aut volugeas pra-

cipites trahit, inuident ei, qui virtutem capere potuit; & inique ferunt, id habere aliquem, quod ipsi non habent. Erit itaque pauper, humilis, ignobilis, subiectus iniuria, tamen omnia, quae amara sunt, perferens. Et si patientiam iugem, ad summum illum gradum, finemq; perduravit, dabitur ei corona virtutis; & à Deo pro laboribus, quoniam vita propter iustitiam pertulit, immortalitate donabitur. Haec sunt viae, quas Deus humanae vita assignauit; in quibus singulis & bona ostendit, & mala, sed ordine proprie tua ro, atque conuerso. In una enim monstrauit temporalia prius mala cum aeternis bonis; qui est ordo melior: in altera, temporalia prius bona, cum aeternis malis; qui est ordo deterior: vt quicunq; praesentia mala cum iustitia delegat; maiora, & certiora consequatur bona, quam fuerit illa, que spreuit: quisquis autem praesentia bona praeponuit iustitiae; in maiora, & longiora incidat mala, quam fuerunt corporalis. illa, que fugit. Hac enim vita temporalis, quia breuius, v. n. 136. iccirco et bona eius, et mala, brevia sunt, necesse est. Illa vero spiritalis, quae huic terrena contraria est; quoniam semper iusta est; iccirco & bona eius, & mala semperna sunt. Ita fit, vt & bonis breuibus mala aeterna, & malis breuibus bona eterna succedant. Ita q; cum simul proposita sunt homini bona, & mala; considerare vnumquemq; secundum, quanto satius sit, perpetuis bonis mala brevia penit, quam pro breuibus, & caducis bonis mala perpetua sufficere. Nam sicut in hoc seculo, cum est propositum cum honestam, prius laborandum est, vt sis postmodum in aliis, esuriendum; sitiendum; aestus, frigora perferenda; humiliandum; vigilandum; periclitandum est, vt saluis pigmentibus, & domo, & re familiari, & omnibus pacis, ac videtur bonis perfici possis: sin autem praesens otium malum, quam laborem; malum tibi maximum facias, necesse est: praoccupabit enim aduersarius non resistentem; vestitus

tur agri; diripiatur domus; in prædam vxor, ac liberi venient; & tu ipse interficiere, aut capiere: qua omnia ne accidant, præsens commodum differendum est, vt maius, longiusque pariatur: Sic in omni hac vita, quia nobis aduersariorum Deus reservauit, vt possemus capere virtutem; omittenda est præsens voluptas, ne hostis opprimat; vigilandum, stationes agenda, militares expeditiones obeunda, fundendus ad ultimum crux, omnia denique amara, & \*gratiania. uiora, patienter ferenda; eo quidem promptius, quo nobis Imperator noster Deus præmia pro laboribus aeterna cōstituit. Et cum in hac terrena militia, tantum homines laboris exhaustant, vt ea sibi pariant, qua possunt eodem modo perire, quo parta sunt; certe nobis nullus labor est recusandus, quibus id acquiritur, quod nullo modo posse amittit. Voluit enim Deus, qui homines ad hanc militiam gessit, expeditos in acie stare; & intentis acriter animis, ad unius hostis insidiias, vel apertos impetus vigilare, qui nos, sic ut perit, & exercitati duces solent, variis artibus captat, præcuiusq; natura, & moribus sauciēt. Alius enim cupiditatem insatiabiliem immittit, vt opibus suis tanquam compedibus illigatos, à via veritatis excutiat. Alios inflamat ira, stimulus; vt ad nocendum potius intentos, à Dei contemplatione detorqueat. Alios immoderatis libidinibus immergit; vt voluptati, & corpori seruientes, ad virtutem respicere non possint. Aliis vero inspirat inuidia, vt suis ipsi tormentis occupati, nihil cogitent aliud, nisi eorum, quos oderint, felicitatem. Alios \*inflamat ambitionibus. Si sunt, qui ad gerendos magistratus omnē vita sua operam, curamq; conuertunt, vt fastos signent, & annis nomen imponant. Quorundam cupiditas tendit altius; non vt prouincias temporalis gladio regant; sed vi infinita, & perpetua potestate dominos se dici velint vniuersi generis humani. Quos autem pios viderit, vanis implicat religionibus, vt impios faciat.

Iis vero, qui sapientiam querunt, philosophiam in oculis impingit; vt species lucis excacet, ne quis comprehendat, et teneat veritatem. Sic hominibus obstruxit aditus omnes, & obsepserit vias, publicis letus erroribus: quos vt discimus possemus, ipsumque auctorem malorum vincere, illuminauit nos Deus, & armavit vera, caelestique virtute, de qua nunc mihi differendum est:

**V** SED prius quam singulas virtutes exponere incipiam, determinanda est ipsa virtus; quam non recte philosophi definierunt, quid esset, aut in quibus rebus; quid openi, quid habeat officij. Nomen itaque solum retinuerunt, ut vero, & rationem, & effectum perdidérunt. Quaecumque autem in definitionem virtutis solent dicere, paucis verbis colligit, & enarrat Lucilius: quos malo equidem parere, ne dum multorum sententias refello, sim longior, quam necesse est:

*Virtus Albine est, pretium persoluere verum;  
Quem inuersamur, queis vivimus rebus adesse.  
Virtus est hominis, scire id, quod queque habeat res.  
Virtus, scire, homini, rectum, utile, quid sit honestum,  
Qua bona, qua mala ite, quid inutile, turpe, in honestum.  
Virtus, querenda finem rei scire, modumq.  
Virtus, diuitius pretium persoluere posse.  
Virtus, id dare, quod re ipsa debetur honoris:  
Honestum esse, atq. inimicū hominū, morumq. malorum;  
Contra, defensorem hominum, morumq. bonorum;  
Hos magnificare, his bene velle, his vivere amicam;  
Commoda præterea patriæ sibi prima putare,  
Deinde parentum, tertia iam, postremaq. nostra.  
Ab iis definitionibus, quas poeta breuiter comprehendit,  
M. Tullius traxit officia viuendi, Panarium stoicum sequutus; eaque tribus voluminibus inclusit. Hæc autem quam*

falla

falsa sint, mox videbimus; ut appareat, quantum in nos dignatio diuina contulerit, que nobis aperuit veritatem. Virtutem esse dixit, scire, quid sit bonum, & malum; quid turpe, quid honestum; quid utile, quid minus. breuius facere potuit, si tantum bonum, ac malum diceret; quia nihil potest esse utile, vel honestum, quod non idem bonum sit; nihil inutile, ac turpe, quod non idem malum. Quod & philosophis videtur; & idem Cicero in tertio supradicti operis libro ostendit. Verum scientia non potest esse virtus; quia non est intus in nobis, sed ad nos extrinsecus venit. Quod autem transire ab altero ad alterum potest, virtus non est; quia virtus sua cuique est. Scientia igitur alieni beneficij est; quia posita est in audiendo. Virtus tota nostra est; quia posita est in voluntate faciendi bona. Sicut ergo in itinere celerando nihil prodest, viam nosse; nisi conatus, ac vires, suppedinent ambulandi: ita verò scientia suppetant, nihil prodest, si virtus propria deficiat. Nam ferè etiam y, qui peccant, & si non perfecte, tamen quid sit bonum, & malum sentiunt; & quoties aliquid improbe faciunt, peccare se sciunt, & ideo celare nituntur. Sed cum eos, boni, & mali natura non fallat, cupiditate mala vincuntur, ut peccent; quia deest illis virtus, id est cupiditas recta, & honesta faciendi. Ex hoc igitur apparet, aliud esse scientiam boni, malique; aliud virtutem; quod potest esse quia scientia sine virtute, sicut in plurimis philosophorum fuit: In quo, quoniam recte, ad culpam pertinet, non fecisse, quæ scieris, recte voluntas prava, & viuissus animus, quem excusare ignoratio non potest, punietur. Ergo sicut virtus non est, bonum, ac malum scire; ita virtus est, bonum facere; malum non facere. Et tamen scientia sic cum virtute conjuncta est, ut scientia præcedat virtutem, virtus sequatur scientiam; quia nihil prodest cognitione, nisi & actio subseseat quatur. Horatius igitur paulo melius:

*Virtus est, vitium fugere; & sapientia prima.*  
*Sed inepte, quod eam contrario terminauit, ut si dicatur.*  
*Bonum est, quod malum non est.* Cum enim quid sit virtus, nescio; ne vitium quidem quid sit, scio. Ut rursum, igitur indiget definitione; quia natura rei talis est, ut virtus aut intelligi, aut non intelligi sit necesse. Verum nos faciamus, quod ille debuit. *Virtus est, ira cohibere; cupiditate compescere; libidine refrenare.* id est enim, vitium fugere. Nam serere omnia, qua sunt iniuste, atque improbe, ab his oritur affectibus. Si enim commotionis hutus, qua ira dicitur, impetus retundatur, omnes hominum contentiones malo-sapientur; nemo insidiabitur; nemo profiliat ad nocendum. Item si cupiditas temperetur, nemo terra, marisque gravibus, nemo exercitum ducet, ut rapiat, & vastet alium ardor. Item si arbor libidinum comprimiratur, omnis etas & spiritus retinebit suam sanctitatem; nemo quicquam pulchrum aut patientur, aut faciet. Ergo vniuersa scelerata, & scelerata, his commotionibus virtute sedatis, ex homini vita moribusque tolletur. Quae sedatio commotionum, et affectuum omne. hanc habet rationem, ut omnia recta faciamus. Omnia igitur virtutis officium est, non peccare, quo profecto fuisse non potest, qui deum nescit: quoniam ignoratio eius, quod bona oriuntur, imprudentem impingat in vitia, necesse est. Itaque ut breuius, & significantius vtriusque rei summa officia determinemus; scientia est, Deum nosse; virtus, cogere, in illo sapientia, in hoc iustitia continetur.

VI. DIXI, quod erat primum, scientiam boni non est virtutem: deinde, quid sit virtus, & in quo sit. Sequitur, id quoque ipsum, quid sit bonum, & malum, nescire philosophos, breuiter ostendam; quod pene declaratum est: pro tertio, cum de summo bono disputarem. Qui autem quid esset summum, nescierant, et in ceteris bonis, malis,

que summa non sunt: errauerint, necesse est: qua non potest vero iudicio examinare, qui fontem ipsum non teneret, unde illa descendunt. Fons autem bonorum Deus est; malorum vero ille, scilicet diuini nominis semper inimicus, de quo saepe diximus. Ab his duobus principiis bona, malaque oriuntur. Quae veniunt a Deo, hanc habent rationem; ut immortalitatem parent, quod est sumnum bonum: que autem ab illo altero, id habent officium; ut calestibus auctoratum, terrenisque demersum, \*pœnam interficiant \*semiperennam; quod est summum malum. Num igitur dubium est, quin illi omnes, quid esset bonum, & malum, ignorauerint, qui nec Deum, nec aduersarium humani generis \*scierint? Itaque finem bonorum, ad corpus, & ad hanc brevem vitam retulerunt; quam scilicet solui, & occidere, necesse est: non sunt progressi viterius, sed omnia eorum precepta, et omnia, qua inducunt, bona, terra, inheret, & humis iacent; quoniam simul cum corpore, quod est terra, moriuntur, pertinet enim non ad vitam homini comparandam, sed ad querendas, vel augendas opes, honores, gloriam, potestiam; que sunt vniuersa mortalia, tascabile, quam ille, qui, vi eis sibi contingenter, laboravit. Hinc est illud:

*Virtus, quaerenda finem rei scire, modumque.*

Precipuum enim quibus modis, & quibus artibus, res familiariqua quaerenda sit; quia vident male queri solere, sed huiusmodi virtus non est proposita sapienti. Nec enim virtus est: opes querere; quarum neque inuenio, neque possessio in nostra potestate est. Itaque & quæstus, et obiectu faciliores sunt malitiae, quam bonis. Non potest ergo virtus esse in iis rebus quaerendis, in quarum coniectu, vis, ac ratio virtutis appetit; nec ad ea ipsa trahit, qua magno, ac excelso animo calcare, ac proterere gestit: neque, fas est, anima calestibus intenta bonis, ut hac fragilia sibi comparet, ab immortalibus suis operibus auocari. Sed potissimum in iis rebus comparandis,

pana.  
tempora.  
scierunt.  
vi.n.137.

*virtutis ratio consistit, quas nobis nec homo nullus, nec ipsa possit auferre. Cum hac ita se habeat; illud, quod sequitur, verum est: Virtus, diuitius pretium persoluere potest. Qui versus idem ferè significat, quod primi duo, sed neque ipse, neque quisquam philosophorum scire potuit, primum ipsum vel quale, vel quod sit. Id enim poëta, & illi omnes, quos secutus est, putauerunt, recte opibus viri, hoc est, fringere esse, non instruere coniuia sumptuose; nec largiri temeriter non effundere, in res superuacuas, aut turpes rem famam. Dicit aliquis fortasse: Quid tu negasne hanc virtutem? non equidem nego. contraria enim videar probare, si negem. Sed veram nego; quia non sit illa cetera, sed tota terrena; quandoquidem nihil efficit, nisi quod permaneat in terra. Quid sit autem recte opibus viri, & quod sit ex diuitiis fructus petendus, declarabo apertius, cum à pietatis officio loqui coepero. Iam cetera, quae sequuntur, nullo modo vera sunt. Nam improbis inimicitiis indumenta, aut honorum defensionem suscipere, potest cum malitia commune. Quidam enim probitate ficta, viam sibi aduentiam muniunt, faciuntq[ue] multa, quae boni solent, et quodam promptius, quod salendi gratia faciunt. viamq[ue] tam facile esset praestare, quam facile est simulare bonitatem. Sed q[uod]cum esse caperint propositi, ac voti sui complices, & summum potentia gradum ceperint; tum vero formulatione deposita, mores suos detegunt, rapiunt omnia, & violent, & vexant; eosq[ue] ipsos bonos, quorum causam suscepserant, inseguuntur; & gradus, per quos ascenderunt, amputant; ne quis illos contra ipsos posset imitari. Utram tamen putemus, hoc officium non nisi boni esse, ut bonorum defendat. At id suscipere, facile est implere, difficile quia in certamini, congrezioniq[ue] cõmisera, in arbitrio Dei, non posita victoria est. Et plerumque improbi & numeri, & conspiratione sunt potentiores quam boni; ut ad eos perandos,*

*perandos, non tam virtus sit, quam felicitas, necessaria. An aliquis ignorat, aliquorū melior, iastiorq[ue] pars victa sit? Hinc semper dominationes acerba in ciues extiterunt. Plena est exemplis omnis historia; sed nos contenti erimus uno. Cn. Pompeius bonorum voluit esse defensor, si quidem pro republica, pro senatu, pro libertate arma suscepit. Is tamen virtus, cum ipsa libertate occidit; & à spadonibus Aegyptiis detruncatus, insepultus abiectus est. Non est igitur virtus, aut hostem malorum esse, aut defensorem bonorum; quia virtus incertis casibus non potest esse subiecta.*

*Commoda preterea patria sibi prima putare. Sublata hominum concordia, virtus nihil est omnino. Quae sunt enim patriæ commoda, nisi alterius ciuitatis, aut gentis incommoda? Id est fines propagare, alii violenter electi; augere imperium; vestigalia facere maiora. Quae omnia non vtique virtutes, sed virtutum sunt euvalescences. In primis enim tollitur humanae societatis coniunctio, tollitur innocentia; tollitur alieni abstinentia, tollitur denique ipsa iustitia, quae disfidium generis humani ferre non potest; & vbi cunque arma fulserint, hinc eam fugari, & exterminari necesse est. Verum est enim Ciceronis illud: Qui autem ciuium rationem dicunt habendam, exteriorum negant; dirimunt hi communem generis humani societatem: qua sublata, beneficentia, liberalitas, bonditas, iustitia funditus tollitur. Nam quomodo potest iustus esse, qui nocet, qui odit, qui spoliat, qui occidit? Quae omnia faciunt, qui patria prodeesse nituntur. Id enim ipsum prodeesse, quid sit, ignorant, qui nihil putant vile, nihil commodum, nisi quod teneri manu potest; quod solum teneri non potest, quia eripi potest. Hec itaque (ut ipsi appellant) bona quisquis patriæ acquisierit, hoc est, qui euerit ciuitatibus, gentibusque deletis, ararium pecunia reser-*

serit, agros cuperit, ciues suos locupletiores fecerit; hic la-  
dibus fertur in calum; in hoc putatur summa, & perfecta  
esse virtus. Qui error non modo populi, & imperiorum, sed  
etiam philosophorum est; qui praecepta quoque dant ad ius-  
titiam; ne stultitia, ac malitia disciplina, & auditoria  
desit. Itaque cum de officiis ad rem militarem pertinen-  
tibus disputant; neque ad iustitiam, neque ad veram virtu-  
tem accommodatur illa omnis oratio, sed ad hanc vitam,  
moremque ciuilem, quem non esse iustitiam, & res indicat.  
& ipse Cicero testatus est: Sed nos, inquit, veri iuri, ga-  
manaque iustitiae solidam, et expressam effigiem nullam u-  
nemus. Umbra, & imaginibus utimur: easque ipsas virtus  
sequeremur. feruntur enim ab optimis natura, ac veritate  
exemplis. Umbra est igitur, & imago iustitiae, quam  
iustitiam putauerunt. Quid sapientiam: nonne idem con-  
fiteretur, in philosophis esse nullam? Aut cum Fabritius, pa-  
quit, fortis, aut Aristides iustus nominatur, aut ab illo  
solidinus, aut ab hoc iustitia petitur, tanquam à sapien-  
tia exemplum. Nemo enim horum sic sapiens, ut sapientem  
lumen intelligi. Nec igitur, qui sapientes habiti, & nomina-  
ta, M. Cato, & C. Lelius sapientes fuerunt: ne illi quidem  
poterint; sed ex mediiorum officiorum frequentia similius  
nem, quandam gerebant, speciemque sapienti. Si ergo & ph-  
ilosophis, ipsorum confessione, adempta sapientia est; & in  
qui iusti habitus sunt, adempta iustitia est: omnes igitur lu-  
cubrantes, descriptiones falsae sint, necesse est; quia que  
virtus vera, scire non potest, nisi iustus, ac sapiens quodcum-  
mo est, nisi quem Deus praeceptis calestibus eruditus.

VII. Nam illi omnes, qui per aliorum confessam stu-  
litiam sapientes existimantur, specie virtutis induci, ru-  
bras, & imagines apprehendunt; nihil verum, quod uti  
ratione, quoniam via illa mendax, qua fert ad occasum  
malum

multos tramites habet propter studiorum, & disciplina-  
rum varietatem; qua sunt in vita hominis dissimiles, atque  
diuersae. Nam sicut via illa sapientia habet aliquid simile  
stultitiae; quod libro præcedente monstrauimus; ita hec,  
cum sit tota stultitia, habet aliquid simile sapientia, quod  
arripiunt igitur, qui stultitiam publicam intelligent: & vi ha-  
bet virtus manifesta; sic habet aliquid, quod simile esse vi-  
deatur virtuti: ut habet apertum scelus; sic imaginem quan-  
dam speciemque iustitiae. Quomodo enim precursor eius  
via, cuius vis, & potestas omnis in fallendo est, vniuersos  
in fraudem posset inducere, nisi verisimilia hominibus ostendat?  
Deus enim, ut immortale illud arcanum eius in aperto  
esset, posuit in via sua, que homines pro malis, & turpibus  
aspernarentur, ut auersi à sapientia, & veritate, quam sine  
villo duce requirebant, in id ipsum incidenter, quod vitare,  
ac fugere cupiebant. Itaque illam perditionis, ac mortis  
viam multiplicè ostendit, vel quod multa sunt genera vi-  
ta, vel quod Dij multi, qui coluntur. Huius dux prævaricator,  
ac subdolus, ut videatur esse discrimen aliquod falsi, et  
veri, mali, ac boni. Alia ducit luxuriosos, alia eos, qui fru-  
gi appellantur, alia imperitos, alia doctos; alia inertes, alia  
strenuos; alia stultos, alia philosophos; & eos, quidem non  
uno tramite. Illas enim, qui aut voluptates, aut diuitias  
non refugiunt, ab hac publica, & celebri via modice segre-  
gat: eos autem, qui aut virtutem sequi volunt, aut contem-  
ptum rerum profitentur, per confragosa quadam pra-  
cipitia trahit. Sed tamen illa omnia itinera, qua speciem  
bonorum ostentant, non sunt alia via, sed diverticula, &  
semita; qua evidentur quidem ab illa communi dextrouer-  
sum separari; ad eandem tamen, & ad unum omnes exi-  
tum sub ipso fine referuntur. Ibi enim dux ille coniungit  
omnes; ubi opus fuerat, bonos à malis, fortis ad inertibus;  
sapientes à stultis separari; in Deorum scilicet cultu; in  
quo

quo ille vniuersos, quia sine vlo discrimine stulti sunt, uno mucrone iugulat, & precipitat in mortem. Hanc via, qua est veritatis, & sapientiae, & virtutis, & iustitiae; quorum omnium fons vius est, una via, una fons, una via, & simplex est; quid paribus animis, summa concordia unum sequantur, & colamus Deum; & angusta, quoniam paucioribus virtus data est; & ardua, quam ad bonum, quod summum, atque sublime est, cum summa difficultate, ac labore non potest perueniri.

VIII Hæc est via, quam philosophi querunt; sed ideo non inueniunt, quia in terra potius, vbi apparere non possunt, querunt. Errant ergo velut in mari magno, nec quotidianus intelligunt, quia nec viam cernunt, nec ducemur, quoniam nanque ratione hanc vitæ viam quæ oportet, quia in alto iter nauibus queritur, quæ nisi aliqui cali lumen obseruerit, incertis cursibus vagantur. Quisque autem rectum iter vitæ tenere nititur, non terram debet aspicere, sed calum, & (vt apertius loquar) non hominem sequi debet, sed Deum, non his terrestribus simulachris, sed Deo seruire caelestis, non ad corpus referre omnia, sed mentem, non huic vita dare operam, sed eterna. Itaque oculos in calum semper intendas, & solem, quæ oritur, & serues, eumq; habeas vitæ, quasi nauigij ducem, & sponte in viam pedes dirigentur; & illud caeleste lumen, quod sanis mentibus multo clarius sole est, quam hic, quem ne mortali videmus; sic reget, sic gubernabit, vt ad summam sapientiae, virtutisq; portum sine vlo errore perducatur. Suscipienda igitur Dei lex est, quæ nos ad hoc iter dirigit, illa sancta, illa caelestis, quam Marcus Tullius in libro de Rep. tertio penè diuina voce depinxit; cuius ego plura dicere, verba subieci. Est quidem vera lex, nullatio, natura congruens, diffusa in omnes, constans, semper

summum

1714

terna, quæ vocet ad officium, iubendo; vetando, à fraude deterreat: quæ tamen neque probos frustra iubet, aut restringat, nec improbos iubendo, aut vetando mouet. Huic legi nec promulgari fas est; neque derogari ex hac aliquid abrogari.

vi.n.159.

cet; neque tota abrogari potest. Nec vero aut per senatum, aut per populum solui hac lege possumus. Neque est querendus explanator, aut interpres eius alius. Nec erit alia lex Roma, alia Athenis, alia nunc, alia posthac; sed &

\*omnes gentes, & omni tempore una lex, & sempiterna, & immutabilis continebit; vñusque erit communis quasi magister, & imperator omnium Deum; ille legis huius inuentor, disceptator, iator; cui qui non parebit, ipse se fugiet, ac naturam hominis \*aspernabitur; hoc ipso luet maximas poenas, etiam si cetera supplicia, que putantur, effugerit. Quis sacramentum Dei sciens tam significanter enarrare legem Dei poscit, quam illam homo longe à veritatis notitia remotus expressit? Ego vero eos, qui vera imprudenter loquuntur, sic habendos puto, tanquam diuident spiritu aliquo insincti. Quid si vt legi sanctæ vim, rationemq; peruidit, ita illud quoque scisset, aut explicasset, in quibus præceptis lex ipsa consisteret: non philosophi functus esset officio, sed propheta. Quid quia facere ille non poterat; nobis faciendum est; quibus ipsa lex tradita est ab illo uno magistro, & imperatore omnium Deo.

Hvī s legis caput primum est, ipsum Deum nosse; ix soli obtemperare; solum colere. Non potest enim rationem hominis obtinere, qui parentem anima sua Deum nescit; quod est summum nefas. Quæ ignoratio facit, vt diis alienis seruat, quo nihil sceleratus committi potest. Hinc iam prolius est ad malitiam gradus per ignorantiam veri, ac singulari boni; quia Deus quem nosse refugit, fons est ipse bonitatis. Vel si iustitiam sequi volet Dei; diuini tamen

iuris

al.  
omni genti &  
omni tempore  
revna lex est.  
sempiterna &  
immutabilis,  
quam si conti-  
nebit vñusque  
que erit, &c.  
vi.n.140.  
aspernatus.

*iuris ignarus, gentis sua leges, tanquam verum ius amplius dicitur; quas non virtute iustitia, sed utilitas reperiit. Et enim per omnes populos diversa, & varia iura sunt conditae; nisi quodd vnaquaque gens id sibi sanxit, quod punit rebus suis virile? Quantum autem a iustitiarum utilitas, populus ipse Romanus docet; qui <sup>al.</sup> perfida. la indicendo, & legitime iniurias inferendo, semperq. na cupiendo, atque rapiendo, possessionem sibi totibus comparauit. Verum hi iustos putat, si contra legem suam faciant; quod etiam timori ascribi potest, si prestatum paenarum metu, sceleribus abstineant. Sed comulamus sane, ut id natura, vel (vt ait philosophus) sua sponte faciant quod legibus facere coguntur. Num ictoribus erunt, quia parent iustitiam hominum; qui & ipsi autorare, aut iniusti esse potuerunt? Sicut illi duodecim tabularum conditores, qui certe publica utilitati pro conditione temporum seruierunt. Aliud est igitur ciuile ius; quod per moribus vbiq. variatur: aliud est vera iustitia, quam in formem, ac simplicem proposuit omnibus Deus: quemq. ignorat, & <sup>\*</sup>ipsum Deum ignoret necesse est. Sed p*

Ipam iustitia

vi. n. 141.

*mus fieri posse, ut aliquis naturali, & ingenito bono, vni. virtutes capiat; qualem fuisse Cimonem Atheni accepimus; qui & egentibus stipem dedit; et pauperes invitauit, et nudos induit. Tamen cum illud vnu, quod est maxime deest, agnitus Dei: iam illa bona omnia superuacua sunt, & inania, ut frustra in his asequendis laborauerit. Omnis enim iustitia eius, similis <sup>\*</sup>est humano corpori capi non habenti: in quo tametsi membra omnia & loca se contentent, & figura, & habitudine; tamen quoniam dulid, quod est omnium principale, et vita, & omni sensu ret. Itaque membra illa formam tantummodo membrorum habent, vsum non habent; tam scilicet, quam caput in corpore. Cui similis est, qui cum Deum non ignoret, n*

iniqui

*iniuste. id enim solum habet, quod est summum; sed frustra, quoniam virtutibus tanquam membris eget. Itaque ut sit viuus, ac sensibile corpus, & agnitus dei necessaria est, quasi caput; et omnes virtutes, quasi corpus. ita si sit homo perfectus, ac viuus: sed tamen summa omnis in capite est, quod quamvis constare non potest sine omnibus, sine quibusdam ramen potest. Et erit quidem animal vitiosum, ac debile; sed tamen viuet; sicut & is, qui & Deum nouit, & in aliquo re peccat. Dat enim veniam peccatis Deus. Itaque sine membris aliquibus viuvi potest, sine capite nullo modo. Hac res efficit, ut philosophi, etiam si natura sine boni, tamen nihil sciant, nihil sepiant. Omnis doctrina, & virtus eorum sine capite est; quia Deum nesciunt; qui est virtus, ac doctrina caput: quem qui non agnoscit, licet videat, cæcus est, licet audiat, surdus; licet loquatur, cœligerus est. Cum vero conditorem rerum parentemq. cognoverit, tunc & videbit, & audiet, & loqueretur. Habere enim caput coepit, in quo sunt sensus omnes collocati, hoc est oculi, aures, & lingua. nam profecto is videt, qui veritatem, in qua Deus est, vel Deum, in quo veritas est, oculis cordis aspicerit: is audit, qui diuinæ voces, ac precepta vitalia peccatori suo affigit: is loquitur, qui cœlestia differens, virtutem, ac maiestatem Dei singulariter enarrat. Quare non est dubium, quin impius sit, quisquis Deum non agnoverit, omnesq. virtutes eius, quas habere, aut tenere se putat, in illa mortifera via reperiuntur, qua est tota tenebrarū. Quapropter nihil est, quod aliquis sibi gratuletur, si has inanes virtutes adeptus est: quia non tantum miser, qui bonis presentibus careat, sed etiam stultus sit, necesse est, qui labores in vita sua maximos suscipiat incassum. Nam deinde immortaliatis, quam Deus pollicetur in sua religione versantibus, cuius asequenda gratia virtus appetenda est, & quicquid malorum acciderit, perferendum, maxima erit profectio*

profecto vanitas, obsequi velle virtutibus, qua frustula  
mini calamitates afferunt, & labores. Nam si virtus  
egeſtatem, exilium, dolorem, mortemque, qua timemus  
ceteris, pati fortiter, ac subire; quid tandem in se  
haber, cur eam propter ſeipſam philofophi dicant expre-  
dam? Nimurum ſuperuaciuſ, & inanibus poenit delecta-  
tur, quibus licet agere tranquille. Si enim mortales  
animæ, ſi virtus diſſoluto corpore nihil futura eſt, quid  
gimus attributa nobis bona, quaſi aut ingratia, aut inde-  
qui diuinis muneribus perfruamur? Quæ bona vi hau-  
mus, ſcelerate, impieq; viuendum eſt; quia virtutem illam  
iustitiam paupertas ſequitur. Sanus igitur nō eſt, quin  
la ſpe maiore proposita, iis bonis, quibus ceteri viuunt  
vita, labores, & cruciatus, & miseras anteponat. Si  
tem virtus. ( vt ab hiſ rectiſime dicitur ) capereſt  
quia cōſtat, ad eam naſci hominem; ſubiffe debet ſpē  
qua maior, qua malorum, & laborum, quos perfer-  
tutis eſt, magnum afferat, praeclarumq; ſolarium. Nau-  
ter virtus, cu per ſe dura ſit, haberī pro bono potef; qu  
ſi acerbitatem ſuam maximo bono penſet. Aequem non  
ter hiſ bonis praefentibus abſtinendum eſt, quām ſi  
\*aliqua maiora propter qua tanti ſit & voluptates om-  
tere, & mala omnia luſtineret. Ea vero nulla ſunt aliq;  
in tertio docui) niſi perpetua vita. Hanc autem preſta  
qui potef; niſi Deus, qui virtutem ipsam proponit? In  
in Dei agnitione, & cultu, rerum ſumma verſatur, intu-  
eſt ſpēs omnis, ac ſalutis hominis: hic eſt ſapientia qd  
primus, vt ſciamus quis ſit nobis verus pater, eumq; ſolam  
pietate debita proſequamur; huic pareamus; huic deuoti-  
me ſeruiamus; in eo promerendo actus omnis, & cui, &  
opera collocetur.

x DIXI, quid debeatur Deo: dicam nunc, quid homi-

tribuendum ſit: quanquam id ipſum, quod homini tribue-  
ris, Deo tribuitur; quia homo Dei ſimulachrum eſt. Sed  
tamen primum officium iuſtitia eſt; cōiungi cum Deo, ſe-  
cundum, cum homine. Sed illud primum religio dicitur;  
hoc ſecundum, misericordia, vel humanitas nominatur.  
Quæ virtus propria eſt iuſtorum, & cultorum Dei; quid  
ea ſola vita communis in ſe cōtinet rationem. Deus enim,  
qui ceteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus  
ea munimentis ab incurſu, & periculo tutiora generauit.  
Hominem vero quia nudum, fragilēmque formauit, vt  
eum ſapiētia potius inſtrueret, dedit ei preter cetera hunc  
pietatis affectum, vt homo hominem tueatur, diligat, fo-  
ueat, contrāque omnia pericula & accipiat, & praetet  
auxilium. Summum igitur inter ſe hominum vinculum  
eſt humanitas: quod qui diſruperit, nefarius, & paricida  
exiſtimandus eſt. Nam ſi ab uno homine, quem Deus ſu-  
xit, omnes oriūrur, certe consanguinei ſumus; & ideo ma-  
ximum ſcelus putandum eſt odiſſe hominem vel nocen-  
tem. Propterea Deus praecepit inimicitias per nos nūquām  
faciendas, ſemper eſſe tollendas; ſcilicet vt eos, qui ſint no-  
bis inimici, neceſtitudinis admonitos mitigemus. Item ſi ab  
uno Deo inſpirati omnes, & animati ſumus, quid aliud  
quām fratres ſumus? Et quidem coniunctiores\* qui ani-  
mū, quām qui corporibus. Itaque nō errat Lucretius, cum  
dicit, Denique, caeleſti ſumus omnes ſemine oriundi:

Omnibus ille idem pater eſt.

Ergo pro belluis inimicibus ſunt habendi, qui \*hominibus homini.  
nocēnt, qui contra ius humanitatis, & ſas omne ſpoliant,  
cruciant, occidunt, exterminant. Ob hanc neceſtitudinem  
germanitatis docet nos Deus, malum nunquā facere, ſem-  
per bonum. Id autem ipſum bene facere, quid ſit, idem ipſe  
praeſcribit: praetare auxilium depreſſis, & laborantibus;  
imperti viuētum non habentibus. Deus enim, quoniam

T pius

pius est, animal nos voluit esse sociale. Itaque in aliis minibus, nos ipsos cogitare debemus. non meremur in periculo liberari, si non succurrimus: non meremur auxiliis si negamus. Ad hanc partem, philosophorum nulla præcepta sunt; quippe qui falsa virtutis specie capti, misericordiam de homine sustulerunt; & dum volunt sanare via auxerant. Et cum idem plerunque fateantur, societas humana communionem esse retinendam; ab ea plane nos inhumana sua virtutis rigore dissociant. Communia ergo etiam hic error illorum est, qui nihil cuiquam impetrandum putant. Urbis condenda originem, atque causa non vnam intulero; sed alij eos homines, qui sint extra primitus nati, cum per silvas, & campos errantes degerent vitam, nec vlo inter se sermonis, aut iuriu vinali cohererent; sed frondes, & herbam pro cubilibus fiducias, & antra pro domibus haberent; bestias, & formidib. animalibus prædae fuisse commemorant. Tum eos, qui laniati effugerant, aut laniari proximos viderant, ab initio periculi sui, ad alios homines decurrisse; praefi implorasse; & primo nutibus voluntatem suam significasse; deinde sermonis initia tentasse; ac singulis quibus nomina imponendo, paulatim loquendi perficiens nem. Cum autem multitudinem ipsam videret communias esse tutam; oppida etiā cœpisse munire; vel vt quia noctis tutam sibi facerent; vel vt incursions, atq; impunitas bestiarum non pugnando, sed obiectis ageribus arena. O ingenia hominibus indigna, que haec inceptis prærunt; miseros, atq; miserabiles, qui stultitiam suam tam memoriaq; mandauerūt. Qui cum viderent mutuū quod animalibus ingenitā esse rationē vel conueniendi, vel rationem appetēdi, vel periculi fugiendi, vel mali cauedi, vobiscula sibi, & latibula parati; homines autem ipsos emauerint non nisi exemplis admoneri, ac discere posse

quid metuere sibi, quid cauere, quid facere deberent; aut nunquam conuenturos inter se fuisse, nec loquendi rationem reperturos, nisi eos bestia comedissent. Hæc alius delira visa sunt (vt fuerunt) dixeruntq; non ferarum laniatus causam fuisse coeundi, sed ipsam potius humanitatē. itaq; inter se congregatos, quod natura hominum solitudinis fugiens, & communionis, ac societatis appetens esset. Non magna inter eos disceptatio est. Siquidem causa disparens sunt, res eadem est. Potuit igitur vtrunque, quia non repugnat; sed tamen vtrunque nullo modo verum est; quia non per omnem terrā nati sunt homines è terra tanquam ex draconis alicuius dentibus præseminati (vt poëta ferūt) sed vnius homo à Deo factus est; ab eoq; uno omnis terra humano genere completa est; eadem scilicet ratione, qua rursus post diluvium, quod certe negare nō possunt. Nulla igitur in principio facta est eiusmodi congregatio; nec vnumquam fuisse homines in terra, qui propter infantiam non loqueretur, intelliget, cui ratio non deest. Fingamus tamen illa vera esse, qua otiosi, & inepti senes fabulantur, vt eos suis potissimum sensibus, & suis rationibus refellamus. Si hac de causa sunt homines congregati, vt mutuis auxiliis imbecillitatem suam tuerentur: succurrendum est igitur homini, qui egeat auxilio. Cum enim præsidij causa homines societate cum hominibus inierint, & sanxerint: fœdus illud inter homines à principio ortus sui initiū, aut violare, aut non cōseruare, summū nefas putandū est. Nam qui se à præstido auxilio remouet; etiā ab accipiendo se remoueat, necesse est; quia nullius<sup>\*</sup> ope indigere se putat, qui alteri opera, suam denegat. Huic vero, qui se ipse dissociat, ac secernit à corpore; non ritu hominis, sed ferarum more viuēdum est. Quod fieri si nō potest; retinendū est igitur omni modo vincula societatis humana; quia homo sine homine nullo modo potest viuere. Retentio autē societatis est cōmunitas, id est

*auxilium præstare, vt possimus accipere. Sin vero (nisi alijs disputant) humanitatis ipsius causa, facta est hominum congregatio, homo certe hominem debet agnoscere. Quod si fecerunt illi rudes, & adhuc feri homines, & perierunt nondum constituta loquendi ratione: quid possumus hominibus expolitis, sermone, rerumq; omnium mercio inter se copulatis, esse faciendum; qui assueti hominibus, solidinem ferre non possunt?*

**xii. CONSERVANDA** est igitur humanitas, sibi mines recte dici velimus. Id autem ipsum conservare, manitatem, quid aliud est, quam diligere hominem, quem mo sit, & idem, quod nos sumus? Discordia igitur, dissensio nō est secundum hominis rationem. Verumq; illud Ciceronis, quod ait, hominem natura obedientem, nō nocere non posse. ergo si nocere homini, contraria ram est: prodeesse igitur homini secundum naturam, necesse est. Quod qui non facit, hominis se appellatione spoliat; quia humanitatis officium est, necessitatibus homini ac periculo subvenire. Quero igitur ab iis, qui stolidi misereri non putant esse sapienti; si homo ab aliquibus comprehensus, auxilium sibi armati homini impetrare, utrūmque succurendum putent, an minime? Non sunt impudentes, vt negent fieri oportere, quod flagitat, expositū humanitas. Item si aliquis circumueniat, ut ruina opprimatur, mergatur mari, flumine rapiat, potest hominis esse, non auxiliari? non sunt ipsi homines si potest. Nemo enim potest eiusmodi periculis non subiectus. Imò vero & hominis, & fortis viri esse debet servare peritum. Si ergo in eiusmodi casibus, qui periculum vita homini afferunt, succurrere, humanitatis concedunt: quid causa est, cur, si homo esuriat, fuit, & geat, succurrendum esse non potest? Quia cum simili-

*natura cum illis casibus fortuitis, & vnam, eandemq; humanitatem desiderat; tamen illa discernunt; quia non re ipsa vera, sed utilitate praesenti omnia metiuntur. Illos enim, quos periculo surripunt, sperant sibi gratiam relatueros. Egentes autem, quia non sperant, perire arbitrantur, quicquid eiusmodi hominibus impartiant. Hinc est illa Plauti detestanda sententia.*

*Male meretur, qui mendico dat, quod edat.*

*Nam & illud, quod dat, perit:*

*Et illi producit vitam ad miseriam.*

*At enim poëta fortasse pro persona locutus est.*

*Quid Marcus Tullius in suis officialibus libris, nōnne hoc idem suadet; non esse omnino largiendum? Sic enim dixit: Largitio, que fit ex re familiaris, fontem ipsum benignitatis exhaustit; ita \*bonitatem benignitas tollitur, qua benignitate, quo in plures vsus sis, eo minus in multos vii possis. et idem paulo post. Quid autem est stultius, quam quod libenter facias, curare, vt id diutius facere non possis? Videlice professor sapientia refrenat homines ab humanitate: monetq; vt rem familiarem diligenter custodian; malintq; arcam, quam iustitiam conservare. Quod cum intelligeret inhumanum esse, ac nefarium; mox ex alio capite, quasi actus paenitentia, sic ait: Nonnunquam tamen est largiendum, nec hoc benignitatis genus omnino repudiandum, & sape idoneis hominibus egentibus de re familiaris imperitiendum. Quid est idoneis? nempe iis, qui restituere, ac referre gratiam possint. Si nunc Cicero viueret, exclamarem profecto. Hic hic M. Tull. aberrasti à vera iustitia; eamq; uno verbo sustulisti; cum pietatis, & humanitatis officia utilitate metitus es. Non enim idoneis hominibus largiendum est, sed quantum potest, non idoneis. Id enim iuste, id pie, id humane sit, quod sine spe recipiendi feceris. Hac est vera illa, & germana iustitia, cuius solidā, & expressam*

effigiem nullam tenere vos dicitis. Ipse pluribus locis  
mas, mercenariam non esse virtutem; fateri q̄d in libidin-  
gum tuarum liberalitatem gratuitam esse, his verbis: Ne  
est dubium, quin is, quis liberalis, benignus q̄d dicitur, offici  
non fructum sequatur. Cur ergo ideoneū potius largi-  
nisi ut postea mercedem recipias? Te igitur auctor,  
praeceptore iustitiae, quisquis idoneus non erit, nuditate fa-  
fame conficeretur; nec homines copiosi, & usque ad deliu-  
abundantes subuenient ultima necessitati. Si virtus ip-  
tiam non exigit; si propter se (vt dicitur) expereda est q̄d  
iustitia matrem principem q̄d virtutum suo pretio, non  
commodo astima; ei q̄d potissimum tribue, à quo nihil sum  
Quid personas eligi? quid membra inspicis? Pro homina  
tibi habēdus est, quisquā ideo precatur, quia te homina  
puet. Abiice umbras illas, imagines q̄d iustitia, atq; ipsa  
veram, & expressam tene. largire cæcis, debilibus, claudis  
destitutis, quibus nisi largiare, moriendū est. inutiles  
eis vitam spiritu hominibus, sed utiles Deo; qui\* eos vita; qui spiritu dei  
ritum.  
vi.n.142. qui luce dignatur. Foue quantū in te est, & anima hor-  
num, ne extinguantur, humanitate sustenta. Qui suu-  
rere perituro potest, si non succurrerit, occidit. Verum  
quia neque naturam recinent; neq; præmiū in eo quod  
scīunt; dum perdere timent, perdunt; & in id, quod mo-  
me cauerit, incidunt; vt quicquid largiuntur, aut perdi-  
nō, aut ad tempus breuiissimum proficit. Nam quic-  
quam stipem misericordia negant; qui conseruare humanum  
sine damno suo volunt; patrimonia sua effundunt; via  
peritura, & fragilia sibi comparent; aut certe max-  
suis damni nihil consequantur. Quid enim dicendum  
de iis, qui populari leuitate ducti, vel magnis viribus effi-  
cturas opes exhibendis muneribus impendunt? nisi im-  
mentes, ac furiosos; qui præstant id populo, quod &  
perdant; & nemo eorum, quibus præstatur, accipiat.

Itaque ut est omnis voluptas caduca & brevis, oculorum  
maxime, & aurum; aut obliuiscuntur homines, & alte-  
rius damna pro ingratia habent; aut etiam offenduntur, si  
non est libidini vulgi satis factum: vi etiam homines stul-  
tissimi malum sibi malo comparauerint; vi si adeo placue-  
rint, nihil amplius, quam inanem fauorem paucorum q̄d die-  
rum fabulas assequuntur. Sic quotidianē leuisimorum homi-  
num patrimonia in res superuacuas prodiguntur. Num  
ergo illi sapientius, qui utiliora, & diuturniora ciuibus suis  
exhibent munera? y scilicet, qui publicis operibus extru-  
ctis, memoriam nomini suo quarunt? ne isti quidem recte  
bona sua in terram sepelunt: quia nec memoria quicquam  
mortuis conservat; nec opera eorum sempiterna sunt: siqui-  
dem aut uno tremore terra dissipantur, & corruunt; aut  
fortuito consumuntur incendio; aut hostili aliquo impetu  
diruuntur; aut certe vetustate ipsa dissoluta labuntur.  
Nil est enim (vt ait orator) opere, & manu factum,  
quod non consumat, & consumat vetustas. Ad hanc iustitiam, &  
lenitas florescit quotidie magis. Illi ergo melius, qui tribu-  
libus suis, aut clientibus largiuntur. aliquid enim præstant  
hominibus, et profundit. sed non est illa vera, et iusta largitio.  
Beneficentia enim nulla est, vbi cunque necessitas non est.  
Perit ergo quicquid gratia causa tribuitur non indigentibus,  
aut cum fœnore reddit, & beneficentia non erit. Quod est si  
gratum est iis, quibus datur, iustum tamen non est; quia, si  
non fiat, nihil mali sequitur. Num igitur certum, & ve-  
rum liberalitatis officium est, egentes, atque inutiles alere.

H A C est illa perfecta iustitia, quæ custodit humanā, xi  
de qua philosophi loquantur, societatem. Hic divisiarū ma-  
ximus, ac verissimum fructus est, non vti opibus ad propriam  
vnus voluptatem, sed ad multorum salutem; non ad pre-  
sentem suum fructum, sed ad iustitiam, quæ sola non interit.

Tenendum est igitur omnimodo, ut ab officio misericordie spes recipiendi absit omnino. Huius enim operis, & officii merces à Deo est expetenda solo: nam si ab homine exspectes, ja non humanitas erit illa, sed beneficij fæneratione potest videri bene meruisse, qui quod fecit, non alter, sed eodem sibi præstat; & tamen res eo redit, vt quod alteri quis præstiterit, nihil ab eo commodi sperans, vere sibi præsta, quia mercedem capiet à Deo. Idem Deus præcepit, vt quando cœnam parauerimus eos in conuictum adhucimus, qui reuocare non possint, & vicem reddere; vt omni actus vita nostræ non careat misericordia munere. Nata tamen quisquam interdictum sibi putet aut communiam cum amicis, aut caritate cum proximus. sed notum nobis Deus fecit, quod sit verum, & iustum opus: ita nos oportere cum proximi viuere, dummodo sciamus, illud abdominem, hoc ad Deum pertinere. Præcipua igitur virtus hospitalitas; quod philosophi quoque aiunt, sed eam damquent à vera iustitia, & ad commodium rapiunt. Rebus inquit Cicero, à Theophrasto est laudata hospitalitas; enim (vt mihi quidem videtur) valde decorum, patens hominum illustrium hospitibus illustribus. Eadem modo rursus errauit, quo tum, cum idoneis esse dicentia giendum. Non enim iusti, & sapientis viri domus illustribus debet patere, sed humilibus, & abiectis. Nam illi, ac potentes nulla re possunt indigere; quos opulentia sua & munit, & honorat. Nihil autem à viro iustificiendum est, nisi quod sit beneficium. Beneficium autem refertur, interit, atque finitur, nec enim possumus id bene integrum, cuius pretium nobis per solutum est. Ita itaque beneficis iustitia ratio versatur, qua salua, & corrupta permanerint, permanent autem non aliter, quia si præstentur hominibus iis, qui prodeſſe nullo modo sunt. At ille in recipiendis illustribus nihil spectauit ali-

nisi utilitatem; nec dissimulauit homo ingeniosus, quid ex eo commodi speraret. Ait enim quid faciat potentem apud exterorū futurum per gratiam principum, quos sibi hospitium, & amicitia inre constrinxerit. O quam multis argumentis Ciceronis inconstantia, si id agerem, redargui posset; nec tam nostris, quam suis verbis refelleretur. Idem quippe ait, vt quisque maxime ad suum communum referat quacunque agit, ita minime esse virum bonum. Idem etiam negat simplicis, & aperti hominis esse, ambire, simulare aliquid, et prætendere, aliud agere videri, cum aliud agat; præstare se alteri fingere, quod sibi præstet: sed malitiosi potius, & astuti, & fallaci, & subdoli. Quomodo ergo defenderet, quo minus ambitiosa illa hospitalitas, malitia esset? Tu mihi per omnes portas circuncurses, vt aduenientes populorum, atque urbium principes domum tuam inuites: vt per eos apud ciues eorum potentiam consequare; velisque te iustum, & humanum, & hospitalitem videvi, cum studeas utilitati tuae. Verum hoc ille non potius incaute. Quid enim minus in Ciceronem conuenit? Sed ignorantia veri iuris, prudens, ac sciens in hoc se laqueos induxit. Quod ut ei possit ignosci, testificatus est, non ad veram iustitiam, quam non teneat, præcepta se dare; sed ad umbram, imaginemq; iustitiae. Ignoscendum est igitur umbratico et imaginario præceptoris; nec ab eo veritas exigenda est, qui se nescire fateatur. Captiuorum redemptio magnum, atq; præclarum iustitiae munus est, quod idem ipse Tullius approbavit. Itaque hac benignitas, inquit, etiam reipublica est utilis, redimi è seruitute captos, locupletari tenuiores. Hanc ego consuetudinem benignitatis, largitioni munierum longe antepono. Hac est grauium hominum, atque magnorum. Proprium igitur iustorum opus est, allevare pauperes, ac redimere captiuos: cum apud iniustos, qui hoc faciant, graues, & magni appellantur. Ius enim hos inducit viam. 143.

maxime laudis est bene facere, quos nemo sperauit esse futuros. Nam qui bonū facit vel cōsanguineo, vel proximo, vel amico; aut nulla, aut certe nō magnam laude merebitur, quia facere debet, si q̄ impius, ac detestabilis, nisi fecerit id, quod ab eo & natura ipsa, & necessitudo exigit, & si facit, nō tam gloria assequendā, quam reprehēsionis vitanda gratia facit. Qui autē facit alieno, et ignoto, ut vero dignus est laude, quoniam, vt saceret, sola ductus est humanitate. Ibi ergo iustitia est, vbi ad benefaciendū necessitatis vinculum nullū est. Hoc igitur officiū benignitatis ne reponere quidem largitioni munera debuit, quod est comparans, & è duobus bonus id, quod sit melius, eligit. Illa enim Largitio hominū patrimonia sua in mare abiiciens, inanis, & leuis, & ab omni iustitia remotissima est. Itaque dici quidē munera oportet, in quibus nemo accipit, nō qui accipere nō meretur. Non minus magnū iustitia opus est, pupillos, & viudas destitutos, & auxilio indigētes tuiri, atq; defendere. quod adeo vniuersis diuina lex illa prescribit quandoquidē boni quique iudices ad officium suum iudicant perirent, vt eos naturali humanitate sonant, & uocant. ac iſdem prodeſſe nitantur. Verum hēc opera, proprietaſtra sunt, qui legē, qui verba ipsius Dei praeſipientiū auſpiciunt. Nam illi ſentiant quidem natura eſſe iuſtū, tunc eos, qui tutela carent; ſed, cur ita ſit, non perſcipiunt. Deſt enim, cuius perpetua clemētia eſt, iccirco viuas, pupillāq; defendi, ac foueri iubet, ne quis rēſpectu, ac miseratione pignorum ſuorum retardetur, quo minus mortem pro iustitia, fidei, & ſuſcipiati; ſed incūſtū anter, ac fortiter ſubeat; cum ſciat ſe caros ſuos Deo relinqueret, nec hiū vñq; praefidū defuturum. Aegros quoq; quibus defuerit, qui aſſiſat, currandos, ſouendos, & ſuſcipere, ſumma humanitatis, & magna operationis eſt, quod qui fecerit, hic viuā hōſtiam Dio acquiret, & quod alteri dederit ad iepus, ipſe à Deo ac-

piū

piet in eternum. Ultimū illud, & maximum pietatis officium eſt, peregrinorū, & pauperū ſepulſura: quod illi virtutis, iustitiae, & doctores prorsus non attigerunt. Nec enim poterat id videre, qui uitilitate omnia officia metiebantur. In ceteris enim, que ſupradicta ſunt, quamvis verum lumen non tenuerint, tamē quoniam commodi aliquid in his deprehenderunt, quaſi odore quodam veritatis retenti, propius oberrauerunt. hoc autem, quia nihil videre in eo commodi poterant, reliquerunt. Quid etiam nō defuerūt, qui ſuperuacaneam facerent ſepulſuram; nihilq; eſſe dicerent mali, iacere inhumatum, atq; abieclum. quorum impian sapientiam cum omne humanum genus reſpuit, tum diuinā voces, que id fieri iubent. Verum illi non audent dicere, id non eſſe faciendū, ſed, ſi forte non fiat, nihil eſſe incommodi. Itaq; in ea re non tam praeſipientium, quam conſolantium funguntur officio; vt ſi forte id ſapienti euenerit, ne ſe ob hoc miſerum puret. Nos autem non quid ſapienti ferendum ſit, dicimus; ſed quid facere ipſe debeat. Itaq; nō quærimus nunc, utramque tota ſepeliendi ratio ſit vtilis, nec ne: ſed hac, etiam ſi ſit inanis (vt illi existimant) tamen facienda eſt, vel ob hoc ſolum, quod apud homines bene, & humane fieri videtur. Animus enim queritur, & propositum pōderatur. Non enim patiemur, figuram, & ſigmen- ergo, tum Dei, ſeru, ac volucribus in prādam iacere; ſed reddamus id terra, vnde ortum eſt, & quamvis in homine ignoto neceſſariorum munus implebitur, in quorum locū, quia defunt, ſuccedat humanitas; & vbiq; homo deſiderabitur, ibi exigi officium noſtrum putabimus. In quo autem magis iustitia ratio conſiſtit, quam in eo, vt quod preſta- mus noſtri per affectum, preſtemus alienis per humanitatem; que eſt multo certior, iuſtiorque? que cū ſit, iam non vi.n.144. homini preſtatur, qui nihil ſentit, ſed Deo ſoli: cui cariſſimum ſacrificium eſt, opus iuſtū. Dicit aliquis forteſſe,

Si hac

*Si hac omnia fecero, nihil habeo. Quid enim si magis hominum numerus egebit, algebit, capietur, morietur; n̄ hac facientem, vel uno die patrimonio exui, sit necessitudinem' ne rem familiarem, meo, aut maiorum labore quip tam; vt iam ipsi mihi aliena misericordia viuendum fu. Quid, tu tam pūsillo animo paupertatem times? quem etiam vestri philosophi laudant; nihil hac tutius, nihil pū tranquillus esse testantur. Hoc, quod times, solicitudinā portus est. An ignoras, quot periculis, quot casibus cum his malis opibus subiaceas? Que tecum bene agem, si su tuo cruce transierint. Tu vero preda onustus incedis, & spolia geris, qua irritent animos etiam tuorum. Quid agit dubitas, bene collicare id, quod tibi forsitan eripiatur vnum latrociniū, aut existens repente proscriptio, an hostilis aliqua direptio? Quid verere, fluxum, & fragil bonum facere sempiternū; aut thesauros tuos custodi credere; vbi non sum, prædonemq; timeas, non subi nem, non tyrannum? Qui apud Deum diues est, paup esse nunquam potest. Si iustitiam tanti putas, sequentiectis oneribus, qua te premunt, libera te ipsum compatis, & catheris; vt expeditus ad Deum curras. Magna excelsi animi est, desplicere, & calcare mortalia. Sed sibi aram virtutem non capis, vt diuitias tuas in "arcam Dei conferas, vt fragilibus tibi compares firmiora, liberabo te meū. Omnia ista precepta non tibi soli dantur, sed omni populi, qui mente coniunctus est, & cohæret sicut homo unus. Si solus magnis operibus non suffici; pro virili parte operi iustitiam; sic tamen, vt quantum diuitias intercedent, tantum opere præcessas. Neque nunc suaderi tibi posse rem familiarem tuam minuas, vel exaurias; sed quia superuacua fueras impensurus, ad meliora conuertas. Vnde bestias emis, hinc captos redime, vnde feras posis, hinc pauperes ale; vnde homines ad gladium compars*

vi.n.145.

*binc innocentius mortuos sepeli. Quid prodit, perdit a nequitia bestiariorū facere locupletes, & instruere ad flagitia? Transfer ad magnum sacrificium male peritura, ut pro his veris muneribus, habeas a Deo munus aeternum. Magna est misericordia merces; cui Deus pollicetur, peccata se omnia remissurum. Si audieris, inquit, preces supplicis tui, & ego audiam tuas: si misericors laboratuum fuit, & ego in tuo labore miserebor. Si autem non respexeras, nec adiuvueris, & ego animum tuum contra te geram, vi.u.146. tuisq; te legibus indicabo.*

*Q Y O T I E S igitur rogaris; tentari te à Deo crede, xiiii an sis dignus exaudiri. Circunspice conscientiam tuam, & quantum potes, medere vulneribus; nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes. Abolentur enim, si Deo largiare, quia \*peccaueras, nam si peccaueris, fiducia largiendi peccates, non abolentur. Deus enim purgari homines a peccatis maxime cupit, ideoq; agere penitentiam iubet. Agere autem penitentiam, nihil aliud est, quam profueri, & affirmare, se vltius non peccaturum. Ignoscitur itaque ius, qui ad peccatum, imprudenter, incautèque labuntur: veniam non habet, qui sciens peccat. Nec tamen si aliquis fuerit purificatus ab omni labe peccati, temperadūm sibi ab opere largitionis existimet; quia non habeat peccata, que \*deleat. Inò vero tum magis iustitiam debet operari, cum factus est iustus; vt quod ante in medelam vulnerum fecerat, postmodum faciat in laudem gloriamque virtutis. Eo accedit, quod nemo esse sine delicto potest, quandiu indumento carnis oneratus est. Cuius infirmitas triplici modo subiacet dominio peccati, factu, dictu, cogitationibus. Per hos gradus ad summū culmen iustitia procedit. Primus est virtutis gradus, malis operibus abstinentia; secundus, etiam malis verbis; tertius,*

al.  
debet redi-  
uere.

etiam

etiam cogitatione rerum malarum. Qui primum gradus ascendit, satis iustus est; qui secundum, iam perfecte iustus; siquidem neque factus, neque sermone delinquit: qui tertium, ut vero similitudinem Dei affectus videtur. Et enim penè supra humanum modum, ne in cogitationem quidem admittere, quod sit vel factu malū, vel improbum dictu. Itaq; etiam iusti homines, qui frenare se possunt à omni opere iniusto, nonnunquam tamen ipsa fragilitate incurunt, vt vel in ira malum dicant, vel in aspectu reuelante abilium, cogitatione tacita concupiscant. Quod similes conditio non patitur, esse hominem ab omnibus purum; debet ergo largitione perpetua peccata carnis dñi spiritualis. Vnum est enim sapientis, & iusti, & \* vitalis virtus, diuitias suas in sola iustitia collocare. qua profectus egerit; licet ille Crœsum, aut Crassum diuitiis supererit pauper, hic nudus, hic medicus putandus est. Danda ergo opera, vt indumento iustitia, pietatisq; velemur, quoniam exnat nemo; quod nobis sempiternū præberet ornatum. Nam si Deorū cultores simulachra insensibilia excollit, & quid pretiosi habet, in ea conferat, quibus nec vti possunt, nec gratias agere, qui acceperint: quanto iustius est, & verius, viuetia Dei simulachra excolere, vt promerentur uentem? Que sicut vni habent quicquid acceperint, & gratias agunt, ita Deus, in cuius conspectu bonum feci, probabit, & mercedem pietatis excoluet.

XI I I I S I ergo in homine preclarum, & excellens est bona misericordia; idq; diuinis testimonitis, & bonorum, mērumq; consensu optimum iudicatur: appetet, philosophi longe absuisse ab humano bono, qui neque praceperit enī modi quicquam, neque fecerunt; sed hanc virtutem, quā homine propemodnm singularis est, pro vito semper

buerant. Libet hic interponere vnum de philosophia locum, vt illorum plenius coarguamus errores, qui miseris cordiam, cupiditatem, metum, morbos animi appellant. Conantur illi quidem virtutes à vitiis distinguere. quod est sane facillimum. Quis enim non posset liberali à prodigo separare (vt illi faciunt) aut parcum à sordido, aut quietum ab inerti, aut cautū à timido? quod hac, quae sunt bona, fines suos habeant, quos si excesserint, in vitiis labuntur; ita vt constantia, nisi pro veritate suscepta sit, sit impudentia. Item fortitudo, si nulla necessitate cogente, aut nō pro causa honesta certum periculum subierit, in temeritatem conuertetur. Libertas quoq; si alios insectetur, potius quam insectantibus resistat, contumacia est. Seueritas etiam, nisi se intra congruentes nocentia pœnas coercet, sit sua crudelitas. Itaq; dicunt eos, qui mali videantur, non sua sponte peccare, nec mala potius eligere, sed bonorum specie lapsos, incidere in mala, dum bonorum, ac malorum discrimen ignorant. Hæc quidem falsa non sunt; sed ad corpus cuncta referuntur. Nam parcum esse, aut constantem, aut cautum, aut quietum, aut fortem, aut seuerum, virtutes sunt quidem, sed huius temporaria vir. Nos autem, qui hanc vitam contēnimus, alias nobis virtutes propositas habemus, de quibus philosophi ne sufficiari quidem vlla ratione potuerūt. Itaq; & virtutes quasdam pro vitiis, & vitiis quædā pro virtutibus habuerunt. Nam stoici affectus omnes, quorum impulsu animus comovetur, ex homine tollunt, cupiditatē, letitiam, metū, mœstiriam, quorum duo priora ex bonis sunt aut futuris, aut presentibus, posteriora ex malis. Eodem modo hæc quatuor, morbos (vt dixi) vocant, non tā natura iustos, quā prævia opinione susceptos. Et iccirco eos cēsent extirpari posse radicibus, si bonorū, malorumq; opinio falsa tollatur. Si enim nihil censeat sapiens bonum, nihil malum, nec cupiditate ardecer;

ardescet; nec letitia gestiet; nec metu terrebitur, neque  
tudine contrahetur. Mox videbimus, an efficient, quae  
velint, aut quid efficient: interim, propositum arrogans,  
penè furiosum; qui se putent mederi, & eniti posse com-  
ririm, rationemq; nature.

**xv** HÆC enim naturalia esse, non voluntaria, omnia  
viventium ratio demonstrat; qua iisdem omnibus que-  
tur affectibus. Peripatetici ergo rectius, qui hac omnium  
trahi negant posse, quia nobiscum simul nata sunt, &  
naturam ostendere, quam prouidenter, & quam nece-  
saria. Deus, siue natura (sic enim dicunt) his nos armari  
sunt. etibus; quos tamen, quia vitiōsi plerūque sunt, si-  
sint, posse ab homine adhibito modo salubriter tem-  
peste tantum homini, quantum naturæ satis est, relinqui.  
Non insipiens disputatione, si (vi dixi) non ad hanc videtur  
omnia referrentur. Stoici ergo furiosi, qui ea non tem-  
pant, sed abscondunt; rebusq; à natura insitis castigant  
minem quodammodo volunt. Quod tale est, qualis in-  
linit aut metum detrahere ceruis; aut venenum anguis  
aut iram feris; aut placiditatem pecudibus. Nam quippe  
gula mutis animalibus data sunt, ea vero viuens a bo-  
simul. Quod si, vt medici dicunt, letitiae affectus in se  
est, ira in felle, libidinis in iecore, timoris in corde, sicut  
est interficere animal ipsum, quam ex corpore aliquam  
leve; quod est animantis naturam velle mutare. Sed ho-  
nes prudentes non intelligunt, cum virtutia ex bonis inven-  
lunt, etiam se virtutē tollere; cui soli locum faciunt. Na-  
si virtus est, in medio ira impetu seipsum cohibere, an  
primere; quod negare no possunt: caret ergo virtute, qui  
quis ira caret. Si virtus est, libidinem corporis conser-  
vare virtute caret, necesse est, qui libidinem, quam tempore  
non habet. Si virtus est, cupiditatem ab alieni appetitu

frenare; nullam certe virtutem potest habere, qui caret eo,  
ad quod cohibendum, virtutis vsus adhibetur. Vbi ergo  
virtutia non sunt; nec virtuti quidem locus est, sicut nec victo-  
ria quidem, vbi aduersarius nullus est. Ita sit, vt bonum si-  
ne malo esse in hac vita non possit. Affectus igitur, quasi  
vibras est naturalis animorū. Nam sicut in sentes ager,  
qui est natura fructus, exuberat; sic animus incultus vi-  
tius sua sponte inualescentibus, velut spinis obducitur. Sed  
cum verus cultor accesserit, statim cedentibus viciis fruges  
virtutis oriuntur. Deus itaque, cum hominem primum  
fingeret, mirabili prouidentia ingenerauit ei prius istas  
animi commotiones, vt posset capere virtutem, sicut terra  
culturam; posuitque materiam vitiorum, in affectibus; vir-  
tutis, in vitiis. Quæ profecto aut nulla erit, aut in vsu esse  
non poterit; si desinet ea, per quæ vis eius aut appareat, aut  
constat. Videamus nunc, idem illi, qui virtutia penitus exci-  
idunt, quid effecerint. Quatuor illos affectus, quos ex op-  
pinione bonorum, malorumq; nasci putant; quibus euulsis,  
sanandum esse animum sapientis existimant, quoniam in-  
tellegunt & natura insitos esse, & sine his nihil moueri,  
nihil agi posse; alia quadam in eorum locum, vicemque  
supponunt. vt pro cupiditate substituant voluntatem,  
quasi vero nō multo sit prestabilius, bonum cupere, quam  
malum velle. Item pro latitiae gaudium; pro metu cautio-  
nem. At in illo quarto immutandi nominis\* eius, ratiō es-  
\*deficit. Itaque agititudinem penitus, id est, mœstiam, deficit,  
dolorēisque animi sustulerunt. quod fieri nequaquam po-  
test. Quis enim posset non dolere, si patriam aut pestilen-  
tia exhauserit, aut hostis euerterit, aut tyrannus oppres-  
sor? Potest aliquis non dolere, si sublatam viderit libertate-  
tem; si proximos, si amicos, si bonos viros aut extermina-  
tos, aut crudelissime trucidatos? nisi cuius mens ita obstu-  
puerit, vt sit ei sensus omnis eruptus. Quare aut omnia

tollere debuerunt; aut implenda fuerat curta hac, & di-  
lis disputatio; id est, etiam pro aggritudine aliquid repon-  
dum; quoniam superioribus, ita ordinatis, hoc conseq-  
uerat. Ut enim praesentibus letamur bonis; sic malis ag-  
murm, ac dolcium. Si ergo letitia, quoniam vitijsam par-  
bant, nomen aliud indiderunt; sic aggritudini, quoniam  
ipsam vitijsam putabant, aliud vocabulum tribui cog-  
bat. Vnde appareat, non illius rem defuisse, sed verbum, ca-  
indigentia cum totum affectum, qui est vel maxima  
contra quam natura pateretur, auferre voluerum. Na-  
illas nominum commutationes poteram coarguere plu-  
bus; & ostendere, aut sermonis ornandi, augendij  
v. p. 147. pie gratia, multa nomina iisdem rebus\* imposua, an in  
non multum inter se illa distare. Nam & cupiditatem  
luntate incipit; & cautio a metu oritur; & letitiam  
aliud est, quam profusum gaudium. Sed putemus, na-  
volunt, esse diuersa. Nempe igitur cupiditatem esse dice-  
perseuerantem, ac perpetuam voluntatem; letitiam in-  
insolenter se efferen gaudium; metum autem, nimiam,  
excedentem modum cautionem. Ita fit, vt ex eis, que tollere  
esse censem, non tollant, sed temperent; siquidem na-  
rantummodo immutant, res ipsa manet. Eo igitur impa-  
dentes reuoluuntur, quo peripatetici ratione perueni-  
al.  
medie tempe-  
randa. ut virtus, quoniam tolli non possunt, moderanda sint. In  
errant, quia non efficiunt, quod volunt; & longo affi-  
circitu in eandem viam redeunt.

**XVI** At ego ne peripateticos quidem accessisse ad vir-  
tem-puto; qui virtus esse concedunt, sed ea mediocriter  
perant. Carendum est enim virtutis etiam mediocribus;  
potius efficiendum fuit, primum, ne virtus efficitur; nec tam  
quicquam virtiosum nasci potest; sed virtus fieri, si male-  
mur affectibus; si bene, virtutes. Deinde monstrandum

non ipsos affectus, sed eorum causas esse moderandas. Non  
est, inquit, letitia nimia gestiendum, sed modice, ac  
temperate. Hoc vero tale est, quale, si diceret, non esse cur-  
rendum concitate, sed gradientum quiete. At potest &  
qui graditur, errare; & qui currit, rectam viam tenere.  
Quid si ostendero, esse aliquid, ubi non tantum modicum,  
sed vel punctum gaudere, vitijsum sit; & aliud contra, in  
quo vel exultare letitia, minime criminosum? Quid tan-  
dem nobis ista mediocritas proderit? Quero, vtrumne sa-  
pienti letandum potent, siquid inimico suo mali videat ac-  
cidere; aut vtrumne letitiam frenare debeat, si victis hosti-  
bus, aut oppreso tyrano, libertas, & salus ciuibus parta sit?  
Nemo dubitat, quin & in illo, exiguum latari, & in hoc,  
parum letari, sit maximum crimen. Eadem de ceteris af-  
fectibus dicere licet. Sed, vt dixi, non in his moderandis  
sapientia ratio versatur, sed in causis eorum; quoniam extrin-  
secus commouentur; nec ipsis potissimum frenos imponi  
oportuit, quoniam & exigui possint in maximo crimi-  
ne, & maximi possunt esse sine crimen. Sed assignandi  
fuerunt certis temporibus, & rebus, & locis; ne virtus sint,  
quibus vti recte licet. Sicut enim recte ambulare bonum  
est, errare autem malum; sic moueri affectibus in rectum,  
bonum est, in prauum, malum. Nam si libido extra legi-  
timum torum non euagetur, licet sit vehemens, tamen  
culpa caret. Sin vero appetit alienam, licet sit mediocris,  
vitium tamen maximum est. Non est itaq; morbus irasci,  
nec cupere, nec libidine commoueri; sed iracundum esse,  
morbus est, cupidum, libidinosum. Qui enim iracundus est,  
etia cui non debet, aut cui non oportet, irascitur. Qui cupi-  
dus, etiam quod non opus est, concupiscit. Qui libidinosus,  
etia quod legisbus veratur, affectat. Omnis igitur ratio in  
eo versari debuit, ut quoniam earum rerum impetus inhibe-  
ri non potest, nec debet, quia necessario est insitus ad tuenda

officia vitæ dirigeretur potius in viam rectam, vbi etiam cursus offendere, ac periculo careat.

xvi i

SED euectus sum coarguendi studio longius; cū sit mihi propositū, ea, quæ virtua philosophi putauerunt, ostendere, non tantum virtutia non esse, verum etiā magnas esse virtutes. Ex aliis docendi gratia, sumam, quæ pertinere ad rem maxime puto. Metum, seu timorem in maximo vi-  
to ponunt, summamq; imbecillitatem esse animi putant; cui sit contraria fortitudo, quæ si in homine, locum timori esse nullum. Credit ne ergo aliquis, fieri posse, vt idem metus summa sit fortitudo? Minime. Neque enim videtur capere natura, vt aliquid in contrarium recidat. Atqui ego non arguta aliqua conclusione, vt apud Platonem Socrates facit, qui eos, quos contra disputat, cogit ea, quæ negauerant, confiteri; sed simpliciter ostendam, summum metum summam esse virtutem. Nemo dubitat, quin timidi, & imbecilli sit animi, aut dolorem metuere, aut egestatem, aut exilium, aut carcerē, aut mortem. quæ omnia quisquis non exhorruerit, fortissimus indicatur. Qui autē Deum metuit, illa vniuersa non metuit. Ad quod probandum argumentis opus non est; spectatae sunt enim, spectanturq; adhuc per orbem pœnae cultorum Dei; in quibus excruciantis noua, & inusitata tormenta excogitata sunt. Nam de mortis generibus horret animus recordari; cum immanium bestiarum, ultra ipsam mortem, carnificina seuerierit. Has tamen execrabilis corporum lacerationes felix, atque invicta patientia sine ullo gemitu pertulit. Has virtus omnibus populis, atque prouinciis, & ipsis tortoribus miraculum maximum præbuit; cum patiētia crudelitas vinceretur. Atqui hanc virtutem nihil aliud, quam metus Dei fecit. Itaque (vt dicebam) non euellendus, vt stoici, neque temperandus timor, vt peripatetici volunt;

sed

sed in veram viam dirigendus est; auferendique sunt me-  
tus, sed ita, vt is solus relinquatur, qui quoniam legitimus,  
ac verus est; solus efficit, vt possint cetera omnia non time-  
ri. Cupiditas quoque inter virtutia numeratur, sed si hac, quæ  
terrena sunt, concupiscat, virtutum est; virtus autem, si cale-  
stia. Qui enim iustitia, qui Deum, qui vitam perpetuam,  
qui lucem sempiternam, eaque omnia, quæ Deus homini  
pollicetur, consequi cupit; opes istas, & honores, & poten-  
tias, & regna ipsa contemnet. Dicit fortasse stoicus, Vol-  
luntate opus esse ad hac consequenda, non cupiditate. imd  
verò parum est velle. Multi enim volunt; sed cum dolor vi-  
sceribus accesserit, voluntas cedit, cupiditas perseverat, quæ  
si efficit, vt contemptui sint omnia, quæ à ceteris appetun-  
tur. summa virtus est; siquidem continentia mater est.  
Ideoque illud potius efficere debemus; vt affectus, quibus  
prae vii, virtutum est, dirigamus in rectum. Nam ista con-  
citations animorum iunctio currui similes sunt; in quo re-  
cte moderando summum rectoris officium est, vt viam no-  
uerit: quam si tenebit, qualibet cōcitate ierit, nō offendet.  
Si autem aberrauerit, licet placide, ac leniter eat, aut per  
confragosa rexabitur, aut per precipita labetur, aut cer-  
te, quæ non est opus, deferetur. Sic cursus ille vita, qui af-  
fectibus, velut equis perniciibus ducitur; si viam rectam te-  
neat, fungetur officio. Metus igitur, & cupiditas, si proi-  
cientur in terram, virtutia fient; virtutes autem, si ad diuina  
referantur. Parsimoniam contra virtutis loco habent. quæ  
si studium est habendi, non potest esse virtus; quia in au-  
gendo, vel tuendis terrestribus bonis tota versatur. Nos  
autem summum bonum non referimus ad corpus; sed om-  
ne officium solius anima conseruatione meritorum. Quod si  
(vt supra docui) patrimonio minime parcendum est, vt  
humanitatem, iustitiamq; teneamus; non est virtus, frugi  
esse. quod nomen virtutis specie fallit, ac decipit. Est enim

sed frugalitas abstinentia quidem voluptatum; sed et vitium, quia ex habendi amore descendit; cum sit & voluptatibus abstinentum, & pecunia minime temperandum. Nam parcer\* parce, id est, mediocriter vti pecunia, quasi quedam puerilitas animi est aut pertimentis, ne sibi desit; aut deserrantis, posse se illam reparare; aut contemptum terrestrium non capientis. Sed ille rursus eum, qui rei familiaris sua non parcat, prodigum vocant. Nam ita liberalis distinguunt a prodigo; quod is liberalis sit, qui cibum & benemeritis, & cu[m] oportet, et quantum satis est, largiatur: prodigus vero, qui & non meritis, & cum opus non est, & sine respectu rei familiaris effundat. Quid ergo: Prodigumne dicemus eum, qui misericordia causa tribuat egentibus uitium: At qui multum refert, virumne scoriis propter libidinem largiare, an miseris propter humanitatem: utrum pecuniam tuam perductores, aleatores, lenonesque diripiant, an illam pietati, ac Deo prefetes: utrumne illa ventri, ac gula ingeras; an in thesauro iustitia reponas. Ut ergo virtus est, effundere in malam partem; sic in bonam, virtus. Si virtus est, non parcer opibus, quae possunt reparari; vt hominu[m] viu[er]e tam sustinet, quae reparari non potest: vitium \*igitur parsimonia est. Quare nihil aliud dixerim, quam insanos, qui hominem mite, ac sociale animal orbant suo nomine; qui euulsis affectibus, quibus omnis constat humanitas, ad immobilem stuporem mentis perducere volunt; dum student animum a perturbationibus liberare, & (vt ipsi dicunt) quietum, tranquillumque reddere. Quid fieri non potest, quia vis, et ratio eius in motu est; sed ne oportet quidem. quia sicut aqua semper iacens & quiescens, infalubris & magis turbida est; sic animus immotus ac torpens, inutilis est etiam sibi; nec vitam ipsam tueri poterit, quia nec faciet quicquam, nec cogitabit; cum cogitatio ipsa nihil aliud sit, quam mentis agitatio. Denique, qui haec immobilitatem animi

animi asseruit, priuare animu[m] vita voluntaria vita atque osta est, mors quieta. Quædam etiam recte pro virtutibus habet; sed earum modu[m] non tenent. Virtus est constantia; non, ut in serpentibus iniuria resistamus; his enim cedendum est; quod eis fieri debeat, mox docebo; sed ut iubentibus facere nos contra Dei legem, contraq[ue] iustitiam, nullus minis, aut supplicium terreamur, quo minus Dei iustitionem hominis iustitione preferamus. Item virtus est, morte contemnere; non ut appetamus, eamque vltro nobis inferamus; sicut philosophorum plurimi, & maximi sape fecerunt; quod est sceleratum, ac nefarium; sed ut coacti Deum relinquere, ac fidem prodere, mortem suscipere malimus; libertatemque defendamus aduersu[m] impotentium stultam, recordemque violentiam; & omnes seculi minas, atque terrores fortitudine animi provocemus. Sic ea, quæ alij timent; excelsa & insuperabilemente dolorem, mortemque calcamus. Hac est virtus; hæc calcabimus. vera constantia, in hoc tuenda, & conseruanda solo, ut nullus nos terror, nulla vis a Deo possit auertire. Vera igitur Ciceronis illa sententia est. Nemo, inquit, iustus potest esse, qui mortem, qui dolorem, qui exilium, qui egestatem timet. Item Seneca in libris moralis philosophia dicens: Hic est ille homo honestus, non apice, purpuræue, non lictorium insigni ministerio, sed nulla re minor, qui cum mortem in vicinia videt, non sic perturbatur, tanquam rem nouam viderit; qui, siue toto corpore tormenta patienda sunt, siue flamma ore recipienda est, siue extendenda per patibulum manus, non querit, quid patiatur, sed quam bene. Qui autem Deum colit, haec patitur, nec timet. Ergo iustus. Hu[m] rebus efficitur, ut neque virtutes, neque virtutum exactissimos limites nosse, aut tenere possit omnino, quisquis est a religione Dei singularis alienus.

SED omittamus philosophos, qui aut omnino nihil sciunt, xviii

preferunt. idq; ipsum pro summa scientia \* praferunt; aut qui non persciunt etiam qua sciunt; aut qui, quoniam se putant scire, qua nesciunt, inepte, arroganter q; despiunt. Nos ergo (vt ad propositum reuertamur) quibus solus à Deo verita reuelata, & cælitus missa sapientia est; faciamus, qua libet illuminator noster Deus; sustineamus inuicem, & labores huius vita mutuis adiumentis perferamus: nec tam, siquid boni operis fecerimus, gloriam captemus ex eo. monet enim Deus, operatorem iustitia non oportere esse iactantem; ne non tam mandatis cælestibus obsequendi, quam studio placendi, humanitatis officio functus esse videatur; habeatque iam pretium gloria, quod captavit; nec premium celestis illius. ac diuina mercedis accipiat. Cetera, qua obseruare cultor Dei debet, facilia sunt, illis virtutibus comprehensis; vt non mentiatur vñquam, decipiendi, aut nocendi causa. Est enim nefas, eum, qui veritati studeat, in aliqua re esse fallacem; atque ab ipsa. quam sequitur, veritate discedere. In hac iustitia, virtutumq; omnium via, nullus mendacio locus est. Itaque viator ille verus, ac iustus non dicet illud Lucilianum:

*Homini amico, ac familiari non est mentiri meum, sed etiam inimico, atque ignoto existimabit non esse mentiri suum. nec aliquando committere, vt lingua interpres animi, à sensu, et cogitatione discordet.* \* Pecuniae, si quam crediderit, non accipiat usuram; vt & beneficium sit incolume, quod succurrat necessitati; & abstineat se profus alieno. In hoc enim genere officij deler suo esse contentus, quem operat alias ne proprio quidem parcere; vt bonum faciat; plus autem accipere, quam dederit, iniustum est. Quod qui facit, insidiatur quodammodo, vt ex alterius necessitate prædetur. At iustus nunquam prætermittet, quo minus aliquid misericorditer faciat; nec inquinabit se huiusmodi quaestu; sed efficiet, vt sine ullo suo damno, id ipsum, quod

commodat.

commodat, inter bona opera numeretur. Munus non accipiat à paupere; vt siquid ipse præstiterit, ed bonum sit, quo fuerit gratuitum. Male dicenti bene dicto respōdeat, nunquam ipse male dicat; nec verbum malum procedat ex ore hominis, qui colit verbum bonum. Quin etiam caueat diligenter, nequando inimicum sua culpa faciat; & si quis extiterit tam proterius, qui bono, et iusto faciat iniuriam; clementer, ac moderate ferat; & vltionem non sibi assumat, sed iudicio Dei seruet. Innocentiam semper, & vbi que custodiat. Quod preceptum non ad hoc tantum vallet, vt ipse iniuriam non inferat; sed vt illatam sibi non vindicet. Sedet enim maximus, et equissimus iudex, speculator, ac testis omnium. Hunc homini preferat, hunc malitie de causa sua pronuntiare; cuius sententiam nemo effugere potest nec defensione cuiusquam, nec gratia. Ita sit, vt homo iustus contemptus sit omnibus: &, quia putabitur, semper ipsum defēdere nō posse, habebitur pro segni, et inerii. Qui autē fuerit vltus inimicū, hic fortis hic strenuus iudicatur; hunc colunt, hunc omnes verentur. Bonus vero ille tametsi prodesse omnibus, vel pluribus possit, illum tamen suspiciunt, qui nocere, quām qui prodesse possit. sed iustum prauitas hominum deprauare non poterit, quo minus Deo studeat obtemperare; malitique contemni, dummodo semper boni fungatur officio, malū nunquam. Cicero in iisdem illis officialibus libris: *At vero si quis voluerit, inquit, animi sui complicatam notionē euoluere, iam se ipse doceat, cum virum bonum esse, qui profit, quibus possit, noceat nemini, nisi lacesitus iniuria. O quam simplicem, verāque sententiā duorum verborū adiectione corruptit.* Quid enim opus fuerat, adiugere, nisi lacesitus iniuria? vt virtū bono viro quasi caudam turpisimam apponeret; patiētiaq; qua omnium virtutum maxima est, faceret expertem? Nocitum esse dixit bonum virum, si fuerit lacesitus; iam ex-

hoc ipso boni viri nomen amittat, necesse est, si nocet. Non minus enim mali est, referre iniuriam, quam infen-  
Nam vnde certamina inter homines, vnde pugnae, conter-  
tionesq; nascuntur; nisi quod improbitati opposita impa-  
tientia, magnas sepe cōcitat tempestates? Quid si patien-  
tiam, qua virtute nihil verius, nihil homine dignius inu-  
niri potest, improbitati opposueris, extinguerur pretium;  
tanquam si igni aquam superfuderis. Si autem prouoca-  
trix illa improbitas impatiētiam sibi comparem nacta est;  
tanquam perfusa oleo, tantum excitabit incendium, vid  
non flumen aliquid, sed effusio crux extinguat. Magis  
itaque patientia ratio est, quam sapiens homo ademis be-  
no viro. Ut enim nihil malorum fiat, hac sola efficit, qua  
si detur omnibus; nullū scelus, nulla fraus in rebus huma-  
nis erit. enim Quid ergo bono viro potest esse tam calamitu-  
sum, tamq; contrarium, quam ira, frena permittere, qua  
illum non modo boni, sed etiam hominis appellatione di-  
spolier? Siquidem nocere alteri, vt ipse verissime ait, non  
est secundum hominis naturam. Nam & pecudes, si lace-  
fas, aut calce, aut cornu repugnant: & serpentes, ac fera,  
nisi persequaris, vt occidas, negotium non exhibet; & (vt  
ad hominum exempla redeamus) imperiti quoque, & insipientes, si quando accipiunt iniuriam, caco, & irrationa-  
bili furore ducuntur; et iis, qui sibi nocent, vicem retribue-  
re conantur. In quo igitur sapiens, ac bonus vir à malo, &  
insipientibus differt; nisi quid habet iniuctam patientiam,  
qua stulti carent; nisi quid regere se, ac mitigare irā suam  
nouit; quam illi, quia virtute indigent, refrenare non pos-  
sunt? Sed videlicet hac illum res fessellit, \*quia cum de vir-  
tute, \*quareretur in quaunque contentione vinceret, pa-  
tauit esse virtutis: nec videre ullo modo potuit, hominem  
dolori, & ira succumbentem; & iis affectibus indulgerem,  
quaunque quibus debet potius reluctari; & ruentem \*quancunq; im-  
requeretur  
probitat

probitas prouocari; virtutis officium nō tenere. Qui enim  
referre iniuriam nititur; eum ipsum, à quo Iesus est, gestis  
imitari. Ita qui malum initiat, bonus esse nullo pacto  
potest. Duobus igitur verbis duas virtutes maximas bono,  
& sapienti viro, innocentiam patientiamq;, detraxit. Sed  
quia ipse caninam illam facundiam (sicut Sallustius ab  
Appio dictum refert) exercuit, voluit quoq; hominem ca-  
nino modo vinere, vt remordeat laceficius. Que retributio  
contumelie quam pernicioſa sit, & quas edere soleat stra-  
ges, vnde opportunius petetur exemplum, quam ex ipsius  
doctoris tristissimo casu; qui dū bis philosophorū praeceptis  
obtemperare gestis, ipse se perdidit? Quid si laceficius iniu-  
ria patientiam tenuisset; si dissimularet, si ferre contumeliam  
boni viri esse didicisset; nec illas nobiles orationes alieno  
titulo inscriptas, impatientia, & lenitatem, & insaniam pro-  
fundisset: nunquam capite suo rostra, in quibus ante florue-  
rat, cruentasset: nec rem publicam funditus proscriptio illa  
deleſet. Sapientis ergo, ac boni viri nō est, velle certare; ac  
se periculo cōmittere. quoniam & vincere nō est in nostra  
potestate; & est anceps omne certamen: sed est sapientis,  
atq; optimi viri, non aduersarium velle tollere; quod fieri  
sine scelere, ac periculo nō potest; sed certamen ipsum, quod  
fieri & utiliter, et iuste potest. Summa igitur virtus habe-  
da patientia est. qua vt nō careret homo iustus, voluit illum  
Deus (vt supra dictum est) pro inerte cōtemni. Nisi enim  
contumelias furcit affectus; quantum habeat fortitudinis  
in seipso cohibēdo, ignorabitur. Si autem laceficius iniuria,  
lenitatem persequi cōperit, vicius est. Si vero motum illum  
ratione compresserit; hic planè imperat sibi, & hic regere  
se potest. Quia sustentatio sui, recte patientia nominatur.  
qua vna virtus omnibus est opposita vitiis, & affectibus.  
Hec perturbatum ac fluctuantem animum ad tranquillitatem  
suam reuocat; hac mitigat; hac hominem sibi reddit.

Ergo quoniam natura repugnare impossibile est; & iniuste, ut non commoneamur omnino; prius tamen quam commotio illa proficiat ad nocendum, quoad fieri potest matutinus sapiatur. Precepit Deus non occidere solem super iram nostram, ne furoris nostri testis abscedat. Denique M. Tullius contra suum preceptum, de quo paulo ante dixi, oblationem iniuriarum in magnis laudibus posuit. Spero, inquit, Cæsar, qui obliuisci nihil soles, nisi iniurias. Quod si hoc ille faciebat, homo non à cælesti tantum, sed a publica quoque, ciuilique iustitia remotissimus: quanto magis id nos facere debemus, qui immortalitatis velamine candi-  
velut viii.n.149. datu sumus?

**XIX.** STOICIS, cum affectus ex homine, tanquam morbos conantur euellere, peripatetici se opposunt; eosq; non modo retinēt, sed etiam defendunt; nihilque in homine esse dicunt, quod non magnaratione, ac prouidentia sit immatum. Recte id quidem, si singularum rerum veros terminos scirent. Itaque hanc ipsam iram, comitem dicunt esse virtutis, tanquam nemo possit aduersus hostes fortiter dicicare, nisi fuerit ira concitatus. Quo planè ostendunt, nec quid sit virtus scire se; nec cur homini tribuerit iram Deus. Quæ si nobis ideo data est, ut ea vitam ad occididos homines; quid immanius homine; quid similius fei belluis existimandum est, quam id animal, quod ad communionem, & innocentiam Deus fecit? Tres sunt igitur affectus, qui homines in omnia facinora præcipies agunt; ira, cupiditas, libido. Propterea poëta tres furias esse dixerunt, quæ metes hominum exagitant; ira vltione desiderat; cupiditas opes; libido voluptates. Sed his omnibus Deus certos limites statuit, quos si transcederint, maioreque esse cœperint; necesse est naturam suam depravent, & in morbos, ac vitia vertatur. Qui autem sint isti limites, non

est magni laboris ostendere. Cupiditas ad ea comparanda nobis data est, quæ sunt ad vitam necessaria; libido ad sobolem propagandam; ira affectus ad coercenda peccata eorum, qui sunt in nostra potestate; id est, ut arctiore disciplina minor etas ad probitatem, iustitiamque formetur, quæ nisi metu cohibeatur; licentia pariet audaciam, quæ ad omne flagitium, & facinus euadet. Itaque ut ira viti aduersum minores, & iustum est, & necessarium; sic & aduersum pares, & perniciosum est, et impium. Impium, quod violatur humanitas, perniciosum, quod illis repugnantibus aut perdere necesse est, aut perire. Hanc autem, quam dixi, esse rationem, cur homini sit ira affectus datus; ex ipsis Dei præcepti intelligi potest; qui iubet, vti \*maledictis, & maledicis. viii.n.150.

RESTAT, ut contra \*quing, \*sensum voluptates <sup>XX</sup> dicam breuiter. nam & ipsius libri mensura iam modum <sup>iniquas</sup> sensus vii.n.151. flagitat. quæ omnes, quoniam vitiosæ, ac mortifera sunt; virtute superari, atque opprimi debent; vel (quod paulo ante

ante dicebam de affectibus) ad rationem suam reuocari, Cetera animantes præter unam voluptatem, quæ ad generandum pertinet, nullam sentiunt. Viuntur ergo sensibus ad naturæ sue necessitatem. vident, ut appetant ea, quibus opus est ad vitam tuendam. audiunt innicem, sequi dignoscunt, ut possint congregari. Quæ virtus sunt ad vitum; aut ex odore inueniunt, aut ex sapore percipiunt; inutilia respnunt, aut recusant. Edendi, ac bibendi officium ventris plenitudine metuantur. Homini vero solerissimi artificis prouidentia dedit voluptatem infinitam, & in vitium cadentem; quia proposuit ei virtutem, qui cum voluptate semper, tanquam cum domèstico hoste pugnaret. Cicero in Catone maiore: Stupra vero, inquit, omnia flagitia & adulteria, & \*onine flagitiū nullis excitari alii illecebris, nisi voluptatis. Cumq; homini sue natura, sue quis Deus nihil mère præstabilius dedit, huius diuino muneri, ac dono nihil tam inimicum, quam voluptatem. Ne enim libido dominante, temperantia locum esse; neq; in voluptatu regio virtutem posse consistere, sed è contrario Deus uicirco virtutem dedit, vt expugnaret, ac vincet voluptatem; eamq; egredientem fines sibi datus, infra prescriptum coerceret; ne hominem stauit atibus delinquit, atque captum, ditioni sua subiceret, ac sempiterna morte multaret. Voluptas oculorum varia, & multiplex est; quæ capitur ex aspectu rerum, quæ sunt in vsu hominum vel natura, vel opere delectabiles. Hanc philosophi rectissime sustulerunt. Siunt enim multo esse præclarior, & homine dignius, cælum potius, quam cælata intueri; & hoc palcherrimum opus inter nicanib; astrorum luminib; tanquam floribus adornatum, quam picta, & ficta, & gemmis distincta mirari. Sed cum diserte ad contemptum terrestrium nos exhortati sunt, et ad celi spectaculum extitauerunt; tamen spectaculo hæc publica non contem-

nunt.

nunt. Itaque his & delectantur, & libenter intersunt. Quæ, quoniam maxima sunt irritamenta vitorum; & ad corruptos animos potentissime valent; tollenda sunt nobis, quia non modo ad beatam vitam nihil conferunt, sed etiam nocent plurimum. Nam qui hominem, quamvis ob merita damnatum, in conspectu suo iugulari pro voluntate computat; conscientiam suam polluit; tam scilicet quam si homicidij, quod sit occultere, spectator, & particeps fiat. Hos tamen ludos vocant, in quibus humanus sanguis effunditur. Adeo longe ab hominibus secessit humanitas; ut cum animas hominum interficiant, ludere se opinentur, nocentiores iis omnibus quorum sanguinem voluptati habent. Quero nunc, an possint pīj, & iusti homines esse, qui constitutos sub ictu mortis, ac misericordiam deprecantes, non tantum patiuntur occidi, sed efflagitant; feruntq; ad mortem crudelia, & inhumana suffragia, nec vulneribus satiati, nec cruro contenti. quin etiā percussos, iacentesq; repeti iubent, & cadavera ictibus dissipari, ne quis illos simulata morte deludat. Irascuntur etiam pugnantibus, nisi celeriter è duobus alter occisus est; et tanquam humanum sanguinem scriant, oderunt moras. Alios illis compares dari posunt recétores, ut quamprimum oculos suos patient. Hac cōsuetudine imbuti, humanitatem perdidérunt. Itaq; non parcunt etiam innocentibus; sed exercent in omnes, quod in malorum trucidatione didicerunt. Huius igitur publici homicidij socios, & participes esse nō conuenit eos, qui iustitia viam tenere nituntur. Non enim cum occidere Deus vetat, latrocinari nos tantum prohibet; quod ne per leges quidē publicas licet; sed ea quoq; ne siant, monet, quæ apud homines pro licitu habētur. Ita neq; militare iusto licebit, cuius militia est in ipsa iustitia; neq; vero accusare quenq; criminis capitali; quia nihil distat, utrū ne ferro, in verbo potius occidas; quonia occiso ipsa prohibetur.

Itaque

Cantè lege

Itaque in hoc Dei praecepto nullam prorsus exceptionem fieri oportet, quin occidere hominem sit semper nefus, quem Deus sanctum animal esse voluit. Ergo ne illud quidem concedi aliquis existinet, vt recentes natos licet <sup>recens</sup> alludere. <sup>\*</sup> oblidere; quæ vel maxima est impietas. ad vitam enim Deus inspirat animas, non ad mortem. Verum homines, n*on* quod sit facinus, quo manus suas non polluant, rudibus adhuc, & simplicibus animis abnegant lucem non à sedam. Expectet vero aliquis, vt alieno sanguini parcant, qui non parcunt suo, sed hi sine villa controversia scelerati, & iniusti. Quid illi, quos falsa pietas cogit expondere? Non possunt innocentes existimari, qui viscera sua in padam canibus obiciunt, & quantum in ipsis est, crudelius necant, quam si strangulassent. Quis dubiter, quin impunit, qui aliena misericordia locum non tribuit? qui, etiam si contingat ei, quod voluit, vt alatur, addixit certe sanguinem suum vel ad seruitutem, vel ad lupanar. Quæ autem possint, vel soleant accidere in utroq<sub>z</sub> sexu, vel per errorem, quis non intelligit? quis ignorat? Quod vel vnius Oedipodū declarat exemplum, duplice scelere confusum. Tam igitur nefarium est, exponere, quam necare. At enim parvula facultatum angustias conqueruntur, nec se pluribus liberū educandis sufficere posse pretendunt. quasi vero aut facultates in potestate sint possidentium, aut non quotidie Deu ex diuitiis pauperes, & ex pauperibus diuites faciat. Quare si quis liberos ob pauperiem non poterit educare, satius est, vt se ab vxoris congreSSIONe contineat, quam sulteratis manibus Dei opera corruptat. Ergo si hominidum facere nullo modo licet, nec interesse omnino conditur, ne conscientiam perfundat ullus crux. siquidem populo sanguis ille prestatur. In scenis quoque nescio ansi corruptela vitiosior. Nam & comicæ fabula de stuprari virginum loquitur, aut amoribus mereetricum; & quo magis

sunt eloquentes, qui flagitia illa finixerunt, eo magis sententiarum elegantia persuadent; & facilius inherent abundantium memoria versus numerosi, & ornati. Item tragicæ historia subiiciunt oculis paricidia, & incesta regum malorum, & cothurnata scelerata demonstrant. Histrionum quoque impudicissimi motus, quid aliud nisi libidines docent, & instigant? quorum eneruata corpora, & in mulierem incessum, habitumq<sub>z</sub>, mollita, impudicas feminas in honestis gestibus mentiuntur. Quid de mimis loquar corruptelarum preferentibus disciplinam? qui docent adulteria, dū singunt; & simulatis erudiunt ad vera? Quid iuvenes, aut virgines faciat, cum hæc & fieri sine pudore, & spectari libenter ab omnibus cernunt? Admonetur vitiique, quid facere possint, & inflamantur libidine, qua appetitu maximè cōcitatatur; ac se quisq<sub>z</sub> pro sexu in illis imaginibus præfigurat; probantq<sub>z</sub> illa, dum ridet; & adharentibus virtutis, corruptiores ad cubicula reuertuntur: nec pueri modo, quos prematuris vitiis imbui non oportet, sed etiam senes, quos peccare iam non decet. Circensum quoq<sub>z</sub> ludorum ratio quid aliud habet, nisi leuitatem, vanitatem, insaniam? Tanto namq<sub>z</sub> impetu cōcitantur animi in furore, quanto illuc impetu curruntur: vt iam plus spectacula exhibeant, qui spectādi gratia veniunt, cum exclamare, & efferi, & exilire cōperint. Vitanda ergo spectacula omnia; non solum nequid vitorum pectoribus infidat, quæ sedata, & pacifica esse debent; sed ne cuius nos voluptatis consuetudo deliniat; & à Deo, atq<sub>z</sub> à bonis operibus auertat. Nā ludorum celebrationes, Deorum festa sunt: siquidē ob natales eorum, vel templorum nouorum dedicationes sunt constituti. Et primitus quidem venationes, quæ vocantur munera, Saturno attributa sunt; ludi autem scenici Libero; circenses Neptuno. Paulatim verò & ceteris Dīs, idem honos tribui cœpit: singulique ludi numinibus eorum

consecrati sunt; sicut Sisinnius Capito in libris spectaculo-  
rum docet. Si quis igitur spectaculis interest, ad quæd-  
gionis gratia conueretur; discessit à Dei cultu, & ad deu-  
se contulit; quorum natales, & festa celebravit.

**xxi** **A U R I V M** voluptas ex vocum, & cantuum suau-  
tate percipitur; quæ scilicet tam virtuosa est, quam oblecta-  
tio illa, de qua diximus, oculorum. **Q**uis enim nō luxuri-  
sum, ac nequā putet eum, qui scenicas artes domi habeat.  
**A**tqui nihil refert, utrum ne luxuria solus domi, an in  
populo exercetas in theatro. Sed iam de spectaculis diuersis  
est, restat vnum, quod est nobis expugnandum; ne capiane-  
tis, quæ ad sensum intimum penetrant. Nam illa omnia,  
quæ verbis carent, id est aëris, & neruorū suaves soni, pe-  
sunt facile cōtemni; quia nō adherent, nec scribi possunt.  
**C**armē autē cōpositum, & oratio cum suauitate decipit  
capit mentes, & quō voluerit impellit. Inde homines lu-  
rati cū ad Dei religionem accesserint, si non fuerint a  
aliquo \*imperito doctore fundati minus credunt. Aſſum  
enim dulcibus, & politis sive orationibus, sive carminibus  
diuinarum literarum simplicem, cōmunemq; sermonem p-  
fordido aspernat. Id enim querūt, quod sensum demul-  
ceat. Persuadet autem quicquid suaue est, & animo pro-  
tus, dum delectat, infidet. Num igitur Deus & mentis  
vocis, & lingua artifex diserte loqui non potest? Imō vnu-  
summa prouidētia carere suco voluit ea, que diuina sunt,  
ut omnes intelligerent, que ipſe omnibus loquebatur. Ego  
qui veritati studet, qui nō vult se ipſe decipere, abſci-  
micas, ac noxiis voluptates, que animam sibi \*vinci-  
corpus cibi dulces: præferat vera falsis, eterna breuita-  
tēlia iucundus, nihil aspectu gratum sit, nisi quod pie, gen-  
iuste fieri videas; nihil auditu suaue, nisi quod alii anima  
meliorēm q; te reddit. Maximeq; hic sensus non est ad  
subiiciunt

perito  
v. n. 152.

stium detorquendus; qui nobis ideo datus est, vt doctrinam  
Dei percipere possemus. Itaq; si voluptas est, audire can-  
tus, & carmina; Dei laudes canere & audire, iucundum  
sit. Hac est voluptas vera, qua comes, & sociæ virtutis est.  
Hac est non caduca, & brevis, vt illæ, quas appetunt, qui  
corpori, vt pecudes seruiunt; sed perpetua, & sine villa in-  
termisiōne delectans. Cuius terminos si quis excederit, ni-  
bilq; aliud ex voluptate petterit, nisi ipsam voluptatē; hic  
mortem meditat, quia sicut vita perpetua in virtute est,  
ita mors in voluptate. Qui enim temporalia maluerit, ca-  
rebit eternis; qui terrena protulerit, cœlestia nō habebit.

**xxii** **A D** voluptates autem saporis, & odoris, qui duo sen-  
sus ad solum corpus pertinet; nihil est, quod à nobis dispu-  
tetur; nisi forte quis exigit, vt dicamus, turpe esse sapienti,  
ac bono, si ventri, & gula seruiat; si vnguentis oblitus, ac  
floribus coronatus incedat; \*quod qui facit, veiq; insipies, que  
ineptus, & nihili est, & quem ne odor quidem virtutis at-  
tigerit. Fortasse quispiam dixerit; Cur ergo illa facta sunt,  
nisi vt ijs fruatur? At enim iam sepe dictum est, virtutem  
nullam fuisse futuram, nisi haberet quæ oppimeret. Itaq;  
fecit omnia Deus ad instruendum certamen rerum dua-  
rum. Ergo illecebra ista voluptati arma sunt illius, cuius  
opus vnum est, expugnare virtutem, iustitiamq; ab \*om-  
nibus excludere. His blandimenti, & suavitatisibus titillat  
animus. Scit enim, quia mortis est fabricatrix voluptas.  
Nam sicut Deus hominem ad vitam nō nisi per virtutem,  
ac laborem vocat, ita ille ad mortem per delicias, ac volu-  
ptates. & sicut ad verum bonum per fallacia mala, sic ad  
verum malum per fallacia bona peruenit. Cauenda sunt  
igitur obiectamenta ista, tanquam laquei, & plaga; ne  
suauitudinem mollicie capti, sub diuisionem mortis cū ipso  
corpo redigatur, cui nos mancipauimus.

**xxiii.** VENIO nūc ad eam, quæ percipitur ex talius  
ptatem, qui sensus est quidem totius corporū. Sed ego  
de ornamentis, aut vestibus, sed de sola libidine diuina  
mibi puto, quæ maximè coērcēda est, quia maximè nos  
Cūm excogitasset Deus duorum sexū rationem, atque  
īs, vt se inuicem appeterent, & coniunctione gaudere  
Itaq; ardenterissimā cupiditatē cunctorum animatuum  
poribus admiscerunt, vt in hos affectus audiōissimē rueret  
eaq; ratione propagari, & multiplicari genera posse.  
Qua cupiditas, et appetentia, in homine vehementior,  
acrior inuenitur; vel quia hominū multitudinē voluntate  
maiorem, vel quoniam virtutem soli homini dedit; nō laus,  
& gloria in coērcēdīs voluptatibus, & abstinentiā.  
Scit ergo aduersarius ille noster, quanta sit vi huic  
cupidatis, quam quidam necessitatem dicere maluerūt;  
arrecto, & bono ad malū, & prauū transfert. Illiciatur  
desideria immittit; vt aliena contumulent, quibus habeant  
propria, sine delicto licet. Objicitq; oculis irritabiles  
mas, suggestiq; fomenta; & uitriūs pabulum subministrum  
intimis visceribus stimulos omnes cōturbat, & temouet,  
& naturalem illum incitat, atque inflamat  
dorem; donec irretutum hominem, implicatumq; laetitia.  
Ac ne quis effet, qui pænarum metu abstineret alieni  
naria quoq; constituit; & pudorem infeliciū mulierē  
publicauit, vt ludibrio haberet tam eos, qui faciunt, quæ  
quas pati, necesse est. His obscenitatibus animas ad fati  
tatem genitas, velut in cœni guryite demersit, pudicitia  
v. n. 152. tinxit, \* pudicitiam flagravit. Idē etiā mares maribus  
institutum, miscuit; & nefandos coitus contra naturam, contr  
stitutam Dei machinatus est. sic imbuīt homines, & induit ad nefas omnes. Quid enim potest esse sanctum in  
statu imbecillam, & præsidio indigētem, libidini sub  
populādam, fœdādamq; substrauerint? Nō potest ha

pro magnitudine sceleris enarrari. Nihil amplius istos appellare possum, quām impios, & paricidas; quibus non sufficit sexus à Deo datus, nisi & suum profane, ac petulanter illudant. Hac tamen apud illos leuia, & quasi honesta sunt. Quid dicam de ijs, qui abominandam non libidinē, sed insaniam potius exercent? Piget dicere, sed quid his fore credamus, quos non piget facere? & tamen dicendum est, quia fit. De istū loquor, quorum tēterrīma libido, & execrabilis furor ne capiti quidē parcit. Quibus hoc verbi, aut qua indignatione tantum nefas prosequar? vincit officium lingue, sceleris magnitudo. Cum igitur libido hac edat opera, & hæ facinora designet; armandi aduersus eā virtute maxima sumus. Quisquis affectus illos frenare nō potest, cohibeat eos intra præscriptum legitimi tori; vt & illud, quod auidē expetit, assequatur, & tamen in peccatum non incidat. Nam quid sibi homines perditū volunt? Nempe honesta opera voluptas sequitur. si ipsam per se appetunt; iusta, & legitima frui, licet. Quod si aliqua necessitas prohibebit; tum verò maxima adhibenda virtus erit, vt cupiditati continentia reluetur. Nec tantum alienis toris, quæ attingere non licet; verum etiam publicis, vulgatisq; corporibus abstinentiū, Deus pracepit, docetq; nos, cūm duo inter se corpora fuerint copulata, vnum corpus efficere. Ita qui se cœno immerserit, cœno sit oblitus necesse est: & corpus quidem cito ablui potest; mens autem contagione impudici corporis inquinata nō potest, nisi & longo tempore, & multis bonis operibus, ab ea, quæ inbaserit, colluvione purgari. Oportet ergo sibi quēq; \* præponere, duorum sexū coniunctionem generandi causa datam esse viuentibus, eamq; legem his affectibus positam, vt successionem pareat. Sicut autē dedit nobis oculos Deus, non vt spectemus, voluptatiq; capiamus; sed vt videamus, propter eos actus, qui pertinent ad vita necessitatem: ita

proponere.

genitalem corporis partem, quod nomen ipsum docet. <sup>q[ui] dicitur</sup>  
 Cui la alia causa, nisi efficienda sobolis accepimus. \* Huius domini  
 nae legi summa deuotione parendum est, sicut omnes quis  
 discipulos Dei profitebuntur, ita morati, & instruuntur  
 imperare sibi possint. Nam qui voluptatibus indulgent, quae  
 libidinis obsequuntur, iij animam suam corpori manipulari  
 morteque condementur; quia se corpori addixerunt, non  
 haber mors potestatem. Vnusquisque igitur, quantum posse  
 test, formet se ad verecundiam, pudorem colat, castitatem  
 conscientia, & mente tueatur: nec tantum legibus pri  
 cis parcat; sed sit supra omnes leges, qui legem Dei sequi  
 ad tur. Quibus bonis si affueuerit, iam pudebit eum inter  
 teriora descendere: modo placeant recta, & honesta, &  
 melioribus iucundiora sunt, quam prava, & in honestis super  
 ioribus. Nondum omnia castitatis officia executu sunt,  
 quam non modo Deus intra priuatos parietes, sed etiam  
 terminauit prescripto lectuli \*terminat; vt cum quis habeat uxori  
 nequam \*neque seruam, neque liberam habere in super velu, se  
 matrimonio fidem feruet. Non enim, sicut iuri publicatio  
 est, sola mulier adultera est, qua habet aliud; man  
 autem, etiam si plures habeat, a crimine adulterii solum  
 est. Sed diuina lex ita duos in matrimonium, quod est  
 corpus unum, pari iure coniungit, vt adulteri habent  
 quisquis \*compaginem corporis in diversa distractent. Ne  
 ob aliam causam Deus, cum ceteras animantes sump  
 factu, maribus repugnare voluit; solam omnium mul  
 rem, patientem viri fecit, scilicet ne feminis repugna  
 bus, libido cogeres viros aliud appetere; eod[em] facto, con  
 titus gloriam non tenerent. Sed neque mulier virtutem pu  
 dicitie caperet, si peccare non posset. Nam qui mutu  
 mal pudicum esse dixerit, quod suscepto factu mari  
 gnari? Quod ideo facit, quia necesse est, in dolore, aliquo  
 periculis penitus, si admiserit. Nulla igitur laus est, non

cere, quod facere non possis. Ideo autem pudicitia in homine  
 laudatur; quia non naturalis est, sed voluntaria. Seruanda  
 igitur fides ab utroque alteri est; immo exemplo continen  
 tie, docenda vxori, vt se castè gerat. Iniquum est enim, vt  
 id exigas, quod praestare ipse non possis. Quia iniquitas ef  
 fecit profecto, vt essent adulteria, feminis agre ferentibus  
 praestare se fidem non exhibentibus mutuam caritatem.  
 Denique nulla est tam perditi pudoris adultera, quæ non  
 banc causam virtutis suis pretendat; iniuria se peccando non  
 facere, sed referre. Quod optimè Quintil. expressit: Ho  
 mo, inquit, neque alieni matrimonij abstinens, neque sui cu  
 stos; quæ inter se natura connexa sunt. Nam neque maritus  
 circa corrumpendas aliorum coniuges occupatus, potest va  
 care domesticæ sanctitatis; & vxor, cum in tale incidit ma  
 trimonium, ex exemplo ipso incitata, aut imitari se putat, aut  
 vindicare. Cauendum igitur, ne occasione virtus nostra in  
 temperantia demus; sed assuecant iniucem mores duorum;  
 & iugum paribus animis ferant. Nos ipsis in altero cogi  
 temus. Nam fere in hoc iustitia summa consistit, vt non fa  
 cias alteri, quicquid ipse ab altero pati nolis. Hæc sunt, quæ  
 ad continentiam precipiuntur à Deo. Sed tamē ne quis di  
 uina precepta circumscribere se putet posse; addantur illa, adduntur  
 vt omnis calumnia, & occasio fraudis remoueatur; adultere  
 rum esse, qui à marito \*dimissam duxerit; & eum, qui pre  
 dicta crimen adulteriū vxorem dimiserit, vt alteram ducat.  
 dissociari enim corpus, & distracti Deus noluit. Præterea  
 non tantum adulterium esse vitandum, sed eriam cogitatio  
 nem; ne quis afficiat alienam, et animo cōcupiscat: adulte  
 ram enim fieri mente, si vel imaginem voluptatis sibi ipsa  
 depinxerit. Mens est enim profecto, quæ peccat; quæ im  
 moderata libidinis fructum cogitatione complectitur. in  
 hac crimen est, in hac omne aëlictum. Nam eti[am] corpus  
 nulla sit labe maculatum; non constat tamen pudicitia.

ratio, si animus incepsus est; nec illibata castitas videri potest, ubi conscientiam cupiditas inquinavit. Nec vero aliquis existimet, difficile esse, frenos imponere voluptati, eamq; vagā, & errantem, castitatis, pudicitiaeq; limibus includere; cum propositum sit hominibus, eam vincere; et plurimi beatam, usque incorruptam corporis integritatem retinuerint; multiq; sint, qui hoc calesti genere vita felicissimē perfruuntur. Quod quidē Deus non ita fieri præput, tanquam astringat; quia generari homines oportet; sed tanquam sinat. Scit enim quam tam bis affectibus impulerit necessitatem. Si quis hoc, inquit, facere potuerit, habebit eximiam, incōparabilemq; mercedem. Quod continetia genus quasi fastigium est, omniumq; consumatio virtutum. Ad quam si quis eniti, atq; eluctari potuerit; hunc seruum dominus, hunc discipulum magister agnoscat; huc terram triumphabit; hic erit consimilis Deo, qui virtutem Dei cepit. Hæc quidem difficultia videntur; sed de eo loquimur, cui calcatis omnibus terrenis, iter in celum parauit. Nam quia virtus in Dei agnitione consistit, omnia gravia sunt, dum ignores, ubi cognoueris, facilitia per ipsas difficultates nobis excendū est, qui ad summū bonum tendimus.

**xxiiii** Nec tamen deficiat aliquis, aut de se ipse defere, aut cupiditate vicitus, aut libidine impulsus, aut errore deceptus, aut vi coactus, ad iniustitiae viam lapsus est. Potest enim reduci, ac liberari, si eum paeniteat auctorum, & meliora conuersus, satisfaciat Deo. quod fieri posse Citem non putauit; cuius hæc in Academico tertio verba sunt: *Quod si liceret ut ijs, qui in itinere deerrauiissent, sic rur deuiam secutos corrigere errorem paenitendo, felicior esse emendatio temeritatis. Licit planè. Nam si liberos nostros, cum delictorum suorum cernimus paenitere, correctos arbitramur, & abdicatos, abiectosq; rursus tamen suscip-*

*mus, souemus, amplectimur: cur desperemus, clementiam Dei patris paenitendo posse placari? Ergo idem Dominus, ac parens indulgentissimus remissurū se paenitentibus peccata promittit, & oblitteraturum omnes iniurias eius, qui iustitia denuo cœperit operari. Sicut enim nihil prodest male viuenti ante acta vita probitas; quia superuenies nequit, iustitia opera deletit: ita nihil officiunt peccata vetera correcto, quia superniens iustitia, labē vita a prioris \* abolevit. Is enim quem facti sui paenitet, errore suum abolebit pristinum intelligit. ideoq; Graci melius, & significatius iustarōvav dicunt; quam nos possumus resipiscētiam dicere. resipiscit enim, ac mentem suam quasi ab insania recipit, quem errati piget, castigatq; scipsum dementia; & confirmat animum suum ad rectius viuendum; tum illud ipsum maximè cauet, ne rursus in eosdē laqueos inducatur. Denique muta quoque animalia, cum fraude capiuntur, si aliquo se modo in fugam extricauerint, sunt postmodū cautiiora; vitantq; semper ea omnia, in quibus dolos, insidiasq; senserunt. Sic hominem paenitentia cautum, ac diligentem facit ad evitanda peccata, in que semel fraude deciderit. Nemo enim potest esse tam prudens, tam circumspectus, ut non aliquando labatur. Et iccirco Deus imbecillitatem nostram sciens, pro sua pietate aperuit homini portū salutis; ut huic necessitati, cui fragilitas nostra subiecta est, medicina paenitentiae subueniret. Ergo quicunq; aberrauerit, referat pedem, seq; quamprimum recipiat, ac reformat. Sed reuocare gradum, superasq; euadere ad auras, Hoc opus, hic labor est. Degustatis enim male iucundis voluptatibus, vix diuelli ab his possunt. faciliter recta sequentur, si earum suauitates non attigissent. Sed si eripiant se mala seruituti, condonabitur his omnis error, si errorem suū vita meliore correxerint. Nec lucrari se quisquam putet, si delicti consciū non habebit.*

habebit. scit enim ille omnia, in cuius conspectu viuimus,  
nec si viuueros homines celare possumus. Deum possi-  
mus; cui nihil absconditum, nihil potest esse secretum. quid  
qua exhorta-  
tiones suas.  
vi.n. 154. exhortationibus suis Seneca mirabiliter sententia termina-  
uit. Magnum, inquit, nescio quid, matiusque, quam cogita-  
ri potest, numen est, cui viuendo operam damus. Huc noi  
approbemus. Nam nihil prodest inclusa conscientia, pati-  
mus Deo. Quid verius dici potest ab eo, qui Deum nosse,  
quam dictum est ab homine vera religionis ignaro? nam  
& maiestatem Dei expressit, maiorem esse dicendo, quam  
ut eam cogitatio mentis humana capere posset; & ipsam  
veritatis attigit fontem, sentiendo, vitam hominum supra-  
vacuam non esse, ut Epicurei volunt, sed Deo ab hi op-  
eram viuendo dari, siquidem iuste, ac pie vixerint. Potius  
esse verus Dei cultor, si quis illi monstrasset, ac contempssi-  
set profecto Zenonem, & magistrum suum Socionem, si  
vera sapientia ducem nactus esset. Hic nos, inquit, appro-  
bemus. Cælestis prosus oratio, nisi antecederet ignoraniam  
confessio; nihil prodest inclusam habere conscientiam, pati-  
mus Deo. nullus ergo medicio, nullus dissimulationi locu-  
s est. quia parietibus oculi hominum submoventur: Dei au-  
tem diuinitas nec visceribus submoueri potest, quo minus  
totum hominem perspiciat, & norit. Idem in eiusdem opere  
primo. Quid agis inquit? quid machinaris? quid absconde?  
Castos te tuus sequitur. alii tibi peregrinatio subduxerunt,  
alium mors, alii valetudo. hæret hic, quo carere nunquam  
potes. Quid locum abditum legis, & arbitros removet? Pa-  
cas tibi contigisse, ut oculos omnium effugias demens? Qui  
tibi prodest non habere conscientiam, habeti conscientiam: Non  
minus mirabiliter de conscientia, & Deo Iullius. Memi-  
nerit, inquit, Deum se habere testem; id est (ut ego arbitrор)  
mentem suam, qua nihil homini dedit Deus pse-  
cunius. Item cum de bono, & iuste viro loqueretur. Itaque

talis vir, inquit, non modo facere, sed ne cogitare quidem  
quicquam audebit, quod non audeat prædicare. Purgemus  
igitur conscientiam, qua oculus Dei per via est; & vi ait idem,  
semper ita viuamus, ut ratione reddendam nobis arbitre-  
mur, putemusque, nos mometas omnibus non in aliquo (vt ille  
dixit) orbis terra theatro ab hominibus, sed desuper spe-  
ctari ab eo, qui & index, et testis idem futurus est, cui ratio-  
ne vita reposcet, actus suos inficiari non licebit. Ergo satius  
est aut effugere conscientiam, aut nos ipsos ultra aperi-  
re animum, & pernicitem rescissis vulneribus effundere, quibus  
nemo aliis mederi potest, nisi solus ille, qui gressum clau-  
dis, visum cæcis reddidit; maculata membra purgauit; mor-  
tuos excitauit. Ille ardore cupiditatis extinguet, extirpa-  
bit libidines; inuidiam\* distractet; iram mitigabit. Ille reddet detrahet.  
veram, & perpetuam sanitatem. Appreceda est hec omnibus  
medicina; quoniam maiori periculo vexatur anima, quam  
corpus; & quamprimū latentibus morbis adhibenda cura-  
tio est. Neque enim si utatur aliquis oculorum acie clara,  
membris omnibus integris, firmissima totius corporis valetu-  
dine; tamē eum itixerim sanum, si efficeratur ira; superbia\* tu-  
midus infletur; libidini seruiat; cupiditatibus inaydescat: superbia  
timore  
sed eum potius, qui ad alienam felicitatem non attollat oculos;  
opes non admiretur; alienam mulierem sancte videat; nihil  
omnino appetat, nihil concupiscat alienum; non inuidet  
ulli; non fastidiat quemquam; sit humilis, misericors, benefi-  
cios, mitis, humanus; pax in animo eius perpetua versetur.  
ille homo sanus, ille iustus, ille perfectus est. Quisquis igi-  
tur his omnibus preceptis cælestibus obsequerauerit; hic cul-  
tor est veri Dei; cuius sacrificia sunt, mæstetudo animi, et  
vita innocens, & actus boni. Quia omnia qui exhibet, votis  
sacrificat, quoties bonum aliquid, ac pium fecerit. deus enim  
non desiderat victimam neque muti animalis, neque mor-  
tuus, ac sanguinis, sed hominis & vite. Ad quod sacrificium  
neque

<sup>pedore</sup> neq<sub>z</sub> verbenū opus est, neq<sub>z</sub> fibris, neq<sub>z</sub> cespitibus, quo sūm  
vniq<sub>z</sub> vanissima; sed ijs, qua de intimo<sup>\*</sup> corde proferuntur.  
Itaq<sub>z</sub> in aram Dei, qua vere maxima est, & qua in corde  
hominis collocata, coquinari nō potest sanguine, iustitia  
imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia.  
Hic est verissimus ritus; hac illa lex Dei (vt à Cicerone  
dictum est) praelata, & diuina; semper qua recta, & ha-  
onestia inbet; vetat prava, & turpia, cui parētem sanctissi-  
ma, ac certissima legi, iuste, ac legitimè necesse est vivere.  
Cuius legis pauca euidem capita posui; quod sum politi-  
tus, ea me tantummodo esse dicturum, qua sumnum fa-  
stigii virtuti, & iustitia imponerent. Si quis volet causa  
omnia comprehendere; ex fonte ipso petat; vnde ad nos-  
uus iste manauit.

xxv. N v n c de sacrificio ipso paucā dicemus. Ebur, inquit  
utē lege.  
Plato, nō castū donū Deo. Quid ergo? Picta scilicet eti-  
xta pretiosa; imò vero non castum donum Deo, quicquid  
surripi, quicquid corrumpi potest. Sed sicut hoc videt, non  
oportere viventi offerre aliquid, quod sit ex mortuo corpo-  
re; cur illud non videt, nō debere incorporali corporale mu-  
nus offerri? Quāto melius Seneca, et verius? Vultis ne vor,  
inquit, Deum cogitare magnū, & placidum; & maiestu-  
te leni verendum amicum; & semper in proximo? Nō im-  
molationibus; & sanguine multo colendū; (qua enim ex  
trucidatione immerentiū, voluptas est?) sed meae pata,  
bono, honestoq<sub>z</sub> proposito. Non tēpla illi congettis in ali-  
e secrandum tudenē saxis extruenda sunt: in suo cuiq<sub>z</sub> \*cōsecrādū est  
pectore. Vesteis igitur, gēmas, & cetera, qua habentur in  
quis pretio; si quis putet Deo cara;is planē, \*quid sit Deus, ne-  
scit; cui putat voluptati esse eas res; quas etiā homo signis  
contempserit, iure laudabitur. Quid ergo castū, quid Deo  
dignū, nisi quod ipse in illa diuina lege sua poposcit? Dun  
sum;

sunt, qua offerri debeant, donum, & sacrificium; donum  
in perpetuum; sacrificium ad tempus. Verum apud istos,  
qui nullo modo ratione in diuinitatis intelligent, donum  
est, quicquid auro, argentoq<sub>z</sub> fabricatur; item quicquid  
purpura, & serico texitur. Sacrificiū est victimā, & que-  
cunque in ara cremantur. Sed vtroque non vtitur Deus;  
quia & ipse incorruptus est; & illud totum corruptibili-  
le. Itaque Deo vtrunque incorporale offerendum est, quo  
vtitur. Donum est integritas animi; sacrificium, laus, &  
bymnus. Si enim Deus non videtur, ergo his rebus coli de-  
bet, qua non videntur. Nulla igitur alia religio est vera,  
nisi qua virtute, ac iustitia cōstat. Quomodo autem Deus  
iustitia hominis vtratur, intellectu facile est. Si enim iustus  
fuerit homo, accepta immortalitate, in eternum Deo ser-  
uier. Homines autem, nō nisi ad iustitiam nasci, cum phi-  
losophi veteres, tum etiam Cic. suspicatur. differens enim  
de legibus: Sed omnium, inquit, qua in hominum doctorū  
disputatione versansur, nihil est profecto prestatibius, qua  
plane intelligi nos ad iustitiam esse natos. Id ergo solum  
Deo exhibere, atque offerre debemus; ad quod capiendum  
nos ipse generauit. Hoc autem duplex sacrificij genus,  
quām sit verissimum, Trismegistus Hermes idoneus testis  
est. qui nobiscum, id est cum prophetis, quos sequimur,  
tam verbis quām re congruit; sicq<sub>z</sub> de iustitia locurus  
est: Hoc verbum o fili adora, & cole. Cultus autem Dei  
vnus est, malum non esse. Item in illo sermone per se dicit:  
Cum exaudisset Asclepium quarentem à filio suo, vtrum  
placeret patri eius, offerri thus, & alios odores ad sacri-  
ficiū Dei; exclamauit: Bene, bene \*o mi nate \*Asclepi. Est ominare  
enim maxima impietas, tale quid de uno illo, ac singulare  
bono in animum inducere. Hac & his similia huic nō con-  
ueniunt. Omnia enim quecunque sunt, plenus est, &  
omnium minimè indigens. Nos vro gratias agentes, ado-  
remus

Asclepiades  
vi. n. 155.

remus. "Huius sacrificium sola benedictio, recte est. *Vt.*  
 vi.n.156. *enius* bo \* ergo sacrificari oportet Deo; quidem Deus verbum  
 vi.n.157. est; ut ipse confessus est. Summus igitur colendi Derrus  
 est, ex ore iusti hominis ad Deum directa laudatio: que  
 tamen ipsa ut Deo sit accepta, humilitate, & timore, &  
 deuotione maxima opus est; ne quis forte integritatem, &  
 innocentia fiduciam gerens, tumoris, & arrogantiati-  
 men incurrit, eoque facto, gratiam virtutis amittat. sed  
 ut sit Deo carus, omnique macula careat; misericordiam  
 Dei semper imploret; nihilque aliud precetur, nisi pecca-  
 tis suis veniam; sicut nulla sint. Siquid aliud desiderauerit,  
 non est opus dicto, scienti, quid velimus. Siquid ei boni  
 euenerit, gratias agat; siquid mali, satisfaciat; & illud si  
 ob peccata sua venisse fateatur: & nihil minus etiam in  
 malis gratias agat, et in bonis satisfaciat: ut id est semper  
 & stabilis, & immutabilis, & inconcussus. Nec tantum  
 hoc in templo putet sibi esse faciendum, sed & domi, & in  
 ipso etiam cubili suo. Secum denique habeat Deum sem-  
 per in corde suo consecratum; quoniam ipse est Dei tem-  
 plum. Quod si Deo patri, ac domino hac affinitate, hoc  
 obsequio, hac deuotione seruerit; consumata, & perfe-  
 cta iustitia est; quam qui tenuerit, hic ( ut ante testi-  
 sum ) Deo paruit; hic religioni, atque suo officio sa-  
 tisfecit.

L.Calij

# L. COELII FIRMIANI

## LACTANTII DIVINARVM

### INSTYTUTIONVM LIBER VII.

## De vita beata.

Ene habet; iacta sunt fundamenta, ut  
 aut eximius orator. Verum nos non  
 fundamenta solum iecimus, quae firma,  
 & idonea essent operi preferendo; sed  
 magnis, robustisq; molibus adfiscium  
 totum penè usque ad summam perduxi-  
 mus. Restat, id quod est multo facilius; vel tegere, vel or-  
 nare; sine quo tamen priora opera & inutilia sunt, & in-  
 grata. Nam quid prodest, aut falsis religionibus liberari,  
 aut intelligere veram? quid aut vanitatem falsa sapientia  
 peruidere, aut, quae sit vera cognoscere? Quid inquam pro-  
 dest callestem illam iustitiam defendere? quid cum magnis  
 difficultatibus cultum Dei tenere, quae est summa virtus;  
 nisi eum diuinum premium beatitudinis perpetuae subje-  
 quatur? de qua nobis est in hoc libro differendum; ne priora  
 omnia, irrita, & infructuosa videantur; si hoc, cuius causa  
 illa suscepimus, in incertū relinquamus: ne quis forte ar-  
 bitretur tantos labores incassum suscipi, dum corumcale-  
 sti mercede diffidit; quam Deum statuit ei, qui haec suauia  
 terra bona pro sola, nudaq; virtute contempserit. Satis & pre-  
 huic parti faciamus, cum testimonii diuinarum litera-  
 rum, tum etiam probabilibus argumentis; aque clarum  
 sit, & futura presentibus, & diuina terrenis, & perpetua  
 brevibus esse anteponenda, quoniam temporalia sunt præmia  
 vitiorum, sempiterna virtutum. Exponam igitur rationem  
 mundi; ut facile possit intelligi, quando, & quare sit effe-  
 tuus à Deo, quod Plato, qui de mūndi fabricatione differuit,

nec

cūm.  
vi.n.158.

nec scire potuit, nec explicare; quippe qui celeste mystrium, quod nō nisi prophetis, ac Deo docente discitur, ignorabat; deoq; in perpetuum dicit esse fabricatum. quod longe secus est. quoniam quicquid est solidum, ac graui corpori, vt initium cepit aliquando, ita finem capiat necesse est. Nā Aristot. cūm nō videret, quē admodum posset tanta rerum magnitudo interire; & hanc præscriptionē vellet effugere, semper ait fuisse mundū, ac semper futurum. Prorsus nihil vidit; quia quicquid est, necesse est aliquando habuerit principium; nec omnino quicquid potest esse, nisi cœperit. Nam cum terram, & aquam, & ignem disperire, consumi, extinguiq; videamus; quæ sunt vires mundi partes; intelligitur, id totum esse mortale, cuius membra sunt mortalia. Ita sit, vt natū sit, quicquid potest interire. Sed & omne, quod sub visum oculorum venit; & corporale, vt ait Plato, & solubile sit necesse est. Vnus igitur Epicurus auctore Democrito, veridicus in hac re fuit; qui ait, & orū, & aliquando esse peritum. Nec tamen rationem ullam reddere potuit; scilicet aut quibus de causis tantum hoc opus, aut quod solvatur tempore \*resolvatur. Qod quoniam nobis Deus renelavit; nec coniecturis id assequuntur, sed traditione celesti; docimmo sedulo; vt tandem studiosis veritatis appareat, ne vidisse, nec cōprehendisse philosophos veritatē, sed ita latenter odoratos, vt tamen, vnde eos odor ille sapientia tā suauis, tam incundus afflari, \*nullo modo senserint. Interim necessariū puto, admonere<sup>\*</sup> lectores; quod hac nostra, qua tradimus, præue, vicioseq; mentes aut omnino non intelligent, (hebetatur enim acies eorum terrenis cupiditatibus, quæ sensus omnes grauant, imbecillisque redditum) aut etiam si intelligent, dissimulabunt tamen, & hac via esse nolent, quia trahuntur à vitijs, & scientes malis suauent, quorum suauitate capiuntur; & virtutis viam deserunt, cuius acerbitate offendūtur. Nam qui auaritia,

nullus referit  
lecturos

& opum inexplibili quadam sibi flagrant; quia non possunt venditis, aut dilargitis, quæ amant, tenui cultu vitam degere; sine dubio malunt id esse fictum, quo desideriis suis renuntiare coguntur. Item qui libidinum stimulis iicitati (vt ait poëta) in furias, ignemq; ruunt; viisque incredibilia nos afferre dicunt; quia vulnerant aures eorum præcepta continentia; quæ illos à voluptatibus suis prohibent; quibus animam suam cum corpore adjudicauerunt. Qui vero ambitione inflati, aut amore potentie inflammati, omne studium suum ad honores acquirendo contulerunt; nec si solem quidem ipsum gestemus in manibus, fidè commodabant ei doctrina, quæ illos iubet, omni porétia, & honore contempto, humiles vivere; atque ita humiles, vt & accipere iniuriam possint, & referre nolint, si acceperint. Il sunt homines, qui contra veritatem clausis oculis<sup>\*</sup> quo- canis.  
vi.n.159.

quomodo latrant. Qui autem sani erunt, id est, non ita vitiis immergi, vt insanabiles sint; & credent his; & libenter accident; & quacunque dicimus, aperta, plana, simplicia, & quod maxime opus est, vera, & inexpugnabilia illis uidebuntur. Nemo virtuti fauet, nisi qui sequi potest; sequi autem, non facile est omnibus. ï possunt, quos paupertas, & rerum indigentia exercuit, & capaces virtutis effecit. Nam si virtus est tolerantia malorum; non capiunt ergo virtutē, qui semper in bonis fuerunt; quia mala neq; excepti sunt, neq; ferre possunt, assuetudine, ac desiderio bonorum, quæ sola nouerunt. Eo fit, vt pauperes, & humiles Deo credant facilius, qui sunt expediti; quam diuites, qui sunt impedimentis plurimi implicati; imd vero catenati, & compediti seruiunt ad nutum dominae cupiditatis; quæ illos inextricabilibus vinculis irretiuit; nec possunt in ex-lum aspicere, quoniam mens eorum in terra prona, humiliq; defixa est. Virtutis autē via nō capit magna onera portantes. Angustus admodū tristes est, per quē iustitia hominē deduc-

deducit in calum. Hunc tenere non potest, nisi qui fuerit expeditus, & nudus. Nam isti locupletes multis, & monetibus sarcinis onerati, per viam mortis incedunt; quæ latissima est; quoniam late perditio dominatur. His acerbæ generatae, sunt, his \*venena, quæ Deus ad iustitiam\* præcepit; quæ nos Dei magisterio de virtute, ac veritate differimus. Quibus si repugnare audebunt, necesse est, hostes se esse vniuersitatis, iustitiaq; fateantur. Aggrediar nunc, quod superest, ut finis operi possit imponi. Id autem superest, ut de induit Dei differamus; quod tum constituetur, cum dominus mister redierit in terræ; ut vnicuiq; pro merito aut premio persoluat, aut pœna. Itaq; ut in quarto libro de primo aduentu eius diximus; sic in hoc secundum referamus aduenatum, quem Iudaï quoq; & confitetur, & sperant, sed frustra; quoniam necesse est, ad eos consolando reuerteretur, ad quos conuocando prius venerat: nam qui violauerint in pie humilem, sentient in potestate victore, eaq; omnia, que legunt, & nō intelligunt, Deo\* repensante patientur; quippe qui peccatis omnibus inquinasti, et insuper sancto erueri perfusi, ab illo ipso, cui nefandas manus intulerunt, sint ad aeterna supplicia destinati. sed erit nobis contra Iudeos separandus. <sup>reputanda</sup> materia; in qua illos erroris, & sceleris \*conincemus.

**I**I N V N C ignaros veritatis instruamus. Dispositione summi Dei sic ordinatum: vt iniustum hoc seculum, decus so temporum spatio, terminum sumat; extinctaq; protima omni malitia, & piorum animis ad beatam vitam reuatu: quietum, tranquillum, pacificum, aureum denique (v. posita. vocant) seculum Deo ipso regnante florescat. In primis, causa errorum, omnium philosophis hec fuit; quod divitionem mundi, qua totam sapientiam continet, non comprehendebant. Ea vera sensu proprio, & interna intelligitur, non potest comprehendi. quod illi sine doctore per seipsi faci-

facere voluerunt, itaq; in varias, sibiq; sape contrarias sententias inciderūt, ex quibus exitum non haberet; & in eodem luto (sicut comicus ait) hastauerunt; scilicet assumptionibus eorum nō respondēte ratione; cum assumpſissent quidem vera, sed quæ affirmari, probariq; nō possent sine scientia veritatis, rerumq; celestium; quæ (vt sepe iam dixi) nō potest esse in homine, nisi Deo docente percepta. Nam si potest homo intelligere diuina, potest & facere. nam intelligere, est quasi è vestigio subsequi. Non potest autem facere, quæ Deus, quia mortali corpore induitus est: ergo nec intelligere quidem potest, quæ fecit Deus. Quod autem fieri posuit, ex immensitate rerum, atq; operum diuinorum, facile est vnicuiq; metiri. Nam si mundum cū omnibus, quæ sunt in eo, contemplari velis; intelliges profecto, quantum Dei opus humanis operibus antestet. Ita quantum inter opera diuina, & humana intereat; tantum distare inter Dei, hominisq; sapientiam necesse est. Nam quia Deus incorruptus, atq; immortalis est, et ideo perfectus, quia semperiterus est; sapientia quoque eius perinde, ut ipse, perfecta est. nec obstat illi quicquam potest; quia nulli rei Deus ipse subiectus est. Homo autem quia subiectus est passioni; subiecta est & sapientia eius errori. & sicut homini vitam multæ res impedit, quo minus possit esse perpetua; ita sapientiam quoq; eius multis rebus impediri necesse est, quo minus in perspicieâ penitus veritate, perfecta sit. Ergo nulla est humana sapientia, si per se ad notionem veri, scientiaq; nitatur; quoniam mens hominis cum fragili corpore illigata, et in tenebroso domicilio inclusa, neq; liberius euagari, neq; clarius perspicere veritatē potest; cuius notio diuina conditionis est. Deo enim soli opera sua nota sunt. Homo autem nō cogitando, aut disputando asequi eā potest; sed discendo, & audiendo ab eo, qui scire solus potest, & docere. Ideo M. T. Ul. sententiam Socratis de Platone transferens dicen-

tis, venisse tempus, ut ipse migraret ē vita; illos autē, apud quos causam suam perorabat, agere vitam: Vtrum melius sit, inquit, Dī immortales sciunt; hominem arbitror scire neminem. Quare necesse est, omnes philosophia sedū, alienas esse à veritate; quia homines errant, qui eas confituerunt; nec nullum fundatum, aut firmitatem possunt habere, qua nullis diuinarum vocum fulciuntur oracula.

111 ET quoniam de philosophorum erroribus loquimur; Stoici naturam in duas partes dividunt; unam, qua efficiat; alteram, qua se ad faciendum tractabilem præbat. In illa prima esse vim sentiendi; in hac materiam; nec alterum sine altero esse posse. Quomodo potest idem esse, quod tractat, & quod tractatur? Siquis dicat idem esse figurum, quod lumen; aut lumen idem esse, quod figurum; nonne aperte insanire videatur? At isti uno nomine duas res diversissimas comprehendunt, Deum, et mundum, artificem, & opus; dicuntque, alterum sine altero ministratus. hil posse; tanquam natura sit Deus mūdo permisus. Nam interdum sic confundunt; vt sit Deus ipse mens mundi, & mundus sit corpus Dei. Quasi vero simul esse coperni mundus, & Deus; ac nō ipse mundum fecerit; quod & ipsi fatentur alias, cum hominum causa prædicant esse fabricatum; & sine mundo esse, si velit, possit. siquidem Deus diuina & aeterna mens dicatur corpore soluta, & libera cuius vim, maiestatemq; quoniam intelligere non poterant; miscuerunt eum mundo, id est, operi suo. Vnde illud Virgilianum:

— Totamq; infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.  
Vbi est ergo illud, quod iidem ipsi aiunt; & factum est diuina prouidentia, & regi? Si enim fecit mundū; sicut in fine mundo. Si regit; non vtique sicut mens corpus regi-

sed tanquam dominus domum, nautum gubernator, auriga currum. Nec tamen miseri sunt ius rebus, quas regunt. Nam si hæc omnia, que uidemus, Dei membra sunt, iam insensibilis ab his cōstituitur Deus; quoniam membra sensu carent; & mortali, quoniam uidemus membra esse mortalia. Possum enumerare, quoties repentinis quassat & motibus vel biauerint terræ, vel descendenter in abruptum; deciderint, quoties demersæ fluctibus & vrbes, & insula abierint in profundum; frugiferos campos paludes inundauerint; flumina, & stagna siccauerint; montes etiam vel deciderint abrupti, vel planis fuerint adæquati; plurimas regiones, & multorum fundamenta montium, latens, et internus ignis \*absunit. Et hoc parum est, si membris suis non parcit absumptis. Deus, nisi etiam homini liceat aliquid in Dei corpus: maria extinxuntur; montes exciduntur; & ad eruendas opes, interiora terræ viscera effodiuntur. Quid quod ne arari quidem sine laceratione diuini corporis potest? vt iam scelerati, & impū simus, qui Dei membra violamus. Patitur ergo vexari corpus suum Deus; & debilitè sè vel ipse facere, vel ab homine fieri finit? nisi forte diuinus ille sensus, qui mundo, & omnibus mundi partibus permisus est, primam terræ faciē reliquit, ac se in imia demersit; nequid doloris de residual laceratione sentiret. Quid si hoc vanū, & absurdum est; tam igitur ipsi eguerunt; quem hæc indigent sensu; qui non perspexerunt, diuinum quidē spiritum esse vbique diffusum; eaq; omnia contineri; non tamen ita, vt Deus ipse, qui est incorruptus, grauibus, & corruptilibus elementis misceatur. Illud ergo rectius; quod à Platone sumpserunt, à Deo factum esse mundum; & eiusdem prouidentia gubernari. Oportebat igitur & Platone, & eos, qui idem senserunt, docere, atq; explicare, quæ causa, quæ ratio fuerit rati operis fabricādi; quare hoc, ant cuius gratia fecerit. At iūdem stoici, hominū, inquietū, causa mun-

dus effectus est. Audio. Sed Epicurus ignorat, ipsos homines quare, aut quis effecerit. Nam Lucretius, cum dicunt mundum non esse à Diis constitutum, sic ait:

Dicere porro hominum causa voluisse parare  
Præclarum mundi naturam. Deinde intulit:  
Desipere est. quid enim immortalibus, atque beatis  
Gratia nostra queat largirier emolumenit,  
Ut nostra quicquam causa gerere aggrediantur?

Et merito. Illi enim nullam rationem afferabant, cur humanum genus vel creatum, vel constitutum esset à Deo. Nostrum hoc officium est; sacramentum mundi, & honestatis exponere; cuius illi expertes, sacrarium veritatem attingere, nec videre potuerunt. Ergo (vt paulo ante dabant) cum assumpissent id, quod erat verum, id est, mundum à Deo hominum causa esse factum; tamen, quoniam eos in consequentibus ratio defecit, nō potuerunt defendere id, quod assumpserant. Deniq; Plato, ne Dei opus indecillum, & ruinosum faceret; in eternum dixit esse mundum. Si hominum causa factus est, et ita factus est, nō eternus; cur ergo ipsi, quorum causa factus est, non sunt omnipotenti? Si mortales, propter quos factus est; ergo & mortalibus, atq; solubilis. Neg; enim pluris est ipsa, quam quorum gratia factus est. Quid si ei ratio quadraret, intelligeret peritum esse, quia factus est; nec posse in eternum manere, nisi quod tangi non potest. Qui autem negat hominem causam factum, hic nullam ratione tenet. Si enim dicit ipsum fabricatorem sua causa tantum hac opera esse mundum; cur ergo nos nati sumus? Cur mundo ipso fruimus? Quid sibi vult humani generis, ceterorumq; animantium fictio? Cur aliena cōmoda intercipimus? Cur denique gemur, minūimur, interimus? Quid habet rationis ipsa natura? quid perpetua successio? Nimis rū videre non voluit; & suis variis imaginibus tanquam sigilla cōsig-

quibus se oblectaret; & nihilominus tamē si ita esset, cur eae haberet animantes, præcipueq; hominem; cuius imperio cuncta subiecit. Qui autem dicunt semper fruisse mundum; omitto illud, quid esse ipsum sine aliquo principio non potest, vnde se extricare nequeunt; sed hoc dico: si mundus semper fuit, nullam potest habere rationem.<sup>4</sup> Qui enim potuit in eo ratio moliri, quod nūquam sumpfit exordium? Nam prius, quām fiat aliquid, aut struatur; opus est consilio, ut disponi possit, quemadmodum fiat; nec incipi quicquam potest, sine prouisione rationis. Itaq; omne opus ratio præcedit. Non habet ergo rationem, quod factum non est. Atqui mundus rationem habet, qua & constat, & regitur. ergo factus est, si factus est, & resoluetur. Reddant ergo isti rationem, si possunt; cur aut factus in principio sit, aut postea resoluatur. Quod quia docere non poterat Epicurus, sive Democritus, sua spōce natum esse dixit, seminibus inter se pafsum coeūtibus; quibus iterum resolutis, dissidium, atque interitum securum. Corripuit ergo, quod recte visiderat; & totam rationem penitus ignorantia rationis euerit; rededit q; mundum, & omnia, quae in eo geruntur, ad similitudinem cuiusdam vanissimi somni; siquidem rebus humanis ratio nulla subsistat. Cum vero mundum, omnesq; partes eius, videamus quemadmodum mirabilis ratio gubernet; cum cali temperatio, & equalis in ipsa varietate cursus astrorum, luminūque caelestium, temporum constans ac mira descriptio, terrarum varia fœcunditas, plana camporum munimenta, & aggeres montium, viriditas, vberitasq; siluarum, fontium saluberrima eruptio, fluminum opportuna inundatio, maris opulēta, & copiosa interfusio, ventorū diuesa, & virilis aspiratio, ceteraq; omnia ratione summa cōfert: quis tā cacus est, ut existimes sine causa esse facta, in quibus mira dispositio prouidentissima rationis elucet? Si ergo sine causa nec est, nec sit omnino quicquam

quicquam; & prouidentia summi Dei, ex dispositionen-  
rum; & virtus, ex magnitudine; & potestas, ex guber-  
tione manifesta est: hebetes ergo, & insani, qui prouiden-  
tiam non esse dixerunt: non improbam rem si Deos inci-  
co non esse dicent, vt vnum dicent: cum autem ideo, n  
nullum; qui eos delirasse non putat, ipse delirat.

1111 SED de prouidentia satis in primo libro diximus, qu  
si est, vt appareat, ex mirabilitate operum suorum, nece-  
st, etiam hominem, ceterasq; animantes eadem prouiden-  
tia creauerit. Videamus ergo, quæ ratio fuerit singulis  
generis humani; quoniam constat, id quod stoici aium, ho-  
minum causa mundum esse fabricatum. quanquam in hu-  
ipso non mediocriter peccant, quod non hominius causati-  
cunt, sed hominum. Unius enim singularis appellationis  
comprehendit humanum genus. Sed hoc ideo, qui  
ignorant vnum hominem à Deo esse formatum, putant  
homines in omnibus terris, & agris, tanquam fungosq;  
generatos. At Hermes non ignorauit hominem & a Deo,  
& ad Dei similitudinem factum. sed redeo ad propositum.  
Nihil est (vt opinor) quod sit propter seipsum factum: si  
quicquid omnino sit, ad usum aliquę fieri necesse est. Quis  
est enim uel tam ineptus, vel tam oriosus, vt aggredians  
aliquid facere frustra, ex quo nullam utilitatem, nullum  
commodium speret? Qui domum edificat, nō ideo edifica,  
vt tantummodo domus sit, sed vt in ea posit habitari. Qui  
nauem fabricat, non ideo insumit operam, ut tantum nau-  
is appareat, sed vt in ea nauigetur. Item qui vas aliquę  
instituit, ac format, non propterea id facit, vt tantum si-  
cisse videatur, sed vt vas illud effectū, capiat aliquid nef-  
sariū. Similiter cetera, quæcumq; sunt, non vtq; in sup-  
nacū, sed ad usum aliquos uiteis laborantur. Mundus ig-  
v.i.n.160. tur à deo factus est, non vtq; propter ipsum\* mundusq;

enim aut calore solis, aut lumine, aut aspiratione ventorū,  
aut humore imbrum, aut alimonia frugū, cum sensu ca-  
reat, indiget. Sed ne illud quidem dici potest, quod Deus  
propter seipsum fecerit mundum; quoniam potest esse sine  
mundo, sicut fuit ante; et iu omnibus, quae in eo sunt, quæq;  
generantur. Deus ipse non uitur. Apparet ergo, animan-  
tium causa mundum esse constructum; quoniam rebus iis,  
quibus coſtat, animantes fruuntur, que vt viuere, vt con-  
stare possent, omnia his necessaria tēporibus certis submi-  
nistranter. Rursum ceteras animantes hominis causa esse  
fictas, ex eo clarū est, quod homini seruiunt, et tutela eius,  
atq; usib; data sunt; quoniam sue terrene sunt, sue aqua-  
tiles, non sentiunt mundi rationem, sicut homo. Responde-  
dum est hoc loco philosophis, maximeq; Ciceroni, qui ait:  
Cur Deus omnia nostri causa cum faceret, tantā vim na-  
tricum; viperarumq; fecerit? cur tā multa pestifera terra,  
marisq; diffuserit? Ingens ad disputandum locus, sed vt in  
transcursu breuiter stringēdus est. Quoniam homo ex rebus  
diuersis, ac repugnantibus configuratus est; animo, & corpo-  
re, id est calo, atq; terra, tenui, & comprehensibili, & eterno,  
ac tēporali, sensibili, atq; bruto; luce p̄edito, atq; tenebro-  
so; ipsa ratio, ac necessitas exigebat, et bona homini propo-  
ni, & mala; bona, quibus vtatur; mala, que vitet, & ca-  
ueat. Fccirco enim data est illi sapientia, vt cognita bono-  
rum, malorumq; natura, & in appetendis bonis, & malis  
declinādis vim sue rationis exerceat. Nam ceteris anima-  
libus quia sapientia non data est; et munita indumentis na-  
turalibus, & armata sunt. homini autem pro his omnibus,  
quod erat p̄cipuū, rationē solam dedit. Itaq; nudum for-  
mauit, & inermem, vt cum sapientia & muniret, & tege-  
ret. Munitamenta, & ornatum eius non foris, sed intus, non  
in corpore, sed in corde coſtituit. Nisi ergo essent mala, quæ  
caueret, quæ à bonis, ut libusq; distingueret, nou esset ei sa-  
pientia  
b 5

pietia necessaria. Sciat ergo M. Tull. aut ideo datum  
mini esse rationem, ut & pisces caperet v̄sus sui graui  
natrices, viperasq; vitaret salutis sua causa; aut icu  
bona, malaq; propria, quia sapientiam acceperat; cuius  
omnis in discernendis bonis, malisq; versatur. Magna  
tur, & recta, & admirabilis est vis, & ratio, & potest  
hominis; propter quem mundum ipsum, et vniuersa, que  
tribuit. cunque sunt, Deus fecit; tantumq; illi honorū habuit  
eum præficaret vniuersis; quoniam solus poterat Deo  
mirari. Optime igitur Asclepiades noster de prouida  
tia summi Dei differens, in eo libro, quem scripsit ad me.  
Atque ideo, inquit, merito quis arbitretur, proximum  
locum diuinam prouidentiam dedisse ei, qui potuerit intel  
ligere ordinationem suam. Nam sol iste est; quis eum videt,  
vt intelligat, quia sol est, & quantum gratia affi  
cieris institutus; hoc cælum est; quis id sufficit? tenet ab  
quis eam colit? hoc pelagus; quis nauigat? hic ignis;  
quis eo vittur? Instituit ergo summus Deus non propria  
se, quia nihil eget, sed propter hominem, qui bina  
gruentur viceretur.

V

R E D D A M V S nuncrationem, quare hominem ipsu  
sum feceris. quod si philosophi scissent, aut defendissent illa,  
qua vera inueniant, aut in maximis errores non in  
dissent. Hac enim summa, hic cardo rerum est, quem qui  
non tenuerit, veritas illi omnis elabitur. Hoc est denique,  
quod efficiat illius non quadrare rationem. qua illis si assul  
fisset; si sacramētum hominis omnes cognouissent: nunquam  
disputationes eorum, et omnem philosophiam de transfor  
so Academia iugulasset. Sicut ergo mundum non propria  
se Deus fecit, quia commodis eius non indiget, sed propria  
hominem, qui eo vittur: ita ipsum hominem proprius.  
Quia vittas Deo in homine, inquit Epicurus, ut cum pu

pter se facevet? Scilicet vt esset qui opera eius intelligeret,  
qui prouidentiam disponendi, rationem faciendi, virtutem  
consumandi & sensu admirari, & voce proloqui posset.  
Quorum omnium summa hec est, vt Deum colat. Is  
enim colit, qui hæc intelligit: is artificem omnium rerum,  
is verum patrem suum debita veneratione prosequitur,  
qui virtutem maiestatis eius de suorum operum inuentio  
ne, inceptione, perfectione metitur. Quod planius argu  
mentum proferri potest, & mundū hominis, & hominem  
sua causa Deum fecisse, quam quod ex omnibus animati  
bus solus ita formatus est, vt oculi eius ad cælū directi, fa  
cies ad deum spectas, vultus cum suo parente cōmuni sit,  
vt videaturq; hominē Deus, quasi porrecta manu allucia  
tum ex humo, ad contemplationē sui excitasse. Quid ergo,  
inquit, Deo cultus homini confert, beato, & nulla re indi  
gentia vel si tantum honoris homini habuit, ut ipsius causa  
mundum fabricaret, vi instrueret eum sapientia, vt domi  
num viventium faceret, eumq; diligenter tanquam filium;  
cur mortalem, fragilemq; constituit? cur omnibus malis,  
quem diligebat, obiecit? cum oporteret & beatum esse ho  
minem, tanquam coniunctum, & proximum Deo; et per  
petuum, sicut est ipse; ad quæ coledum, & coniēplandum  
figuratus est. Quanquā hæc fere in prioribus libris sparsim  
docuimus: tamen, quoniam proprie id materia nunc exi  
git, quia de vita beatæ differere propositum est, explicanda  
sunt ista diligenter, & plenius; vt dispositio Dei, & opus,  
voluntasq; noscatur. Cum posset semper spiritibus suis im  
mortali bus innumerabilis animas procreare, sicut angelos  
genuit, quibus immortalitas sine ullo malorum periculo, ac  
metu constat: excogitauit tamen inenarrabile opus, quem  
admodum infinitam multitudinem crearet animalium, quas  
primo fragilibus et imbecillis corporibus illigatas, cōstitue  
ret inter bonū, malūq; medianas; vt constantibus ex vtrisq;  
naturis

naturis virtutem proponeret; ne immortalitatem delicassequerentur, ac molliter; sed ad illud eterna vita iustibile præmium summa cum difficultate, ac magnitudine peruenirent. Ergo ut eas grauibus, & nesciis membris indueret, quoniam consistere in medio inanis poterant, ponderibus, & grauitate corporis deorsum patente, sedem illis, ac domicilium primo condendam decreuit. Itaque ineffabili virtute, ac potentia præstans mundi opera molitus est, suspensis in altitudinem levius elementis, & grauibus in ima depresso; & celestia firmavit; & terrena constituit. Non est necesse nunc exequigula, quoniam in secundo libro vniuersa executi sunt moderationes. Lumen igitur posuit in calo, quorum \*moderationes claritas, \*claritates, & motus aptissime ad utilitates viuentium temperatus est. Terra autem, quam sedem voluit efficit, cunditatem varia gignendi, ac proferendi dedit; vt venter frugum, & herbarum, viuentium pro natura, & cuiusque generis, cuique generi alimoniam administraret. Tum perficuntur omnibus, quæ ad conditionem mūdi pertinebant, hominem finxit ex ipsa terra, quam illi à principio in habitaculum preparauit. id est spiritum suum terreno corpore induit, & inuoluit, vt & cōpactus ex rebus diuersis, ac repugnabim, bonū, ac malū caperet: & sicut terra ipsa secundat ad fruges pariēdas; ita corpus hominis, quod assumptum est terra, generandi copiam, facultatemq; procreanda seboli accepit: vt quoniam fragili materia formatus, in aeternum manere nō poterat; peracto temporalis vita spatio cedens, & illud, quod fragile, atq; imbecillum gerebat, perpetua successione renouaret. Cur igitur eum mortalem finxit, & fragilem, cum illius causa mundum adificasset? Primum vt infinita via animarum gigneretur, omnemq; terrā multitudine oppleret: deinde vt proponeret homini virtutem, id est toleratiā malorum, ac laborum, per quam possit

præmium

præmiū immortalitatis adipisci. Nam quia homo ex duabus rebus constat, corpore, atq; anima, quorum alterū terrenum est, alterū cœlestē, dua vita homini attributa sunt; una temporalis, que corpori assignatur; altera sempiterna, que anima subiacet. Illam nascendo accepimus; hanc assequimur laborando; ne immortalitas homini (vt ante diximus) sine villa difficultate constaret. Illa terrena est, sicut corpus; & ideo finitur. hæc vero cœlestis, sicut anima; & ideo terminum non habet. Illam primam nescientes acceperimus, hanc secundam scientes. virtuti enim, non natura datur; quia voluit nos Deus vitam nobis in vita comparare. Iccirco hanc presentē dedit, vt illam veram, & perpetuam aut vitiis amictamus, aut virtute mereamur. In hac corporali non est summum bonum: quoniam sicut necessitate diuina nobis data est; ita rursum diuina necessitate solvitur. Ita quod finem habet, summum bonum non habet. In illa vero spirituali, quam per nos ipsi acquirimus, summum bonum continetur: quia nec malū potest habere, nec finem. \*cuius rei argumentum, \*natura, ratio & natura corporis cui præbet. Cetera namq; animalia in humum vergunt, quia terrena sunt, nec capiunt immortalitatem, que de calo est. Homo autem rectus in calū spectat; quia proposita illi est immortalitas, nec tamē venit, nisi tribuatur homini à deo. Nam nihil interesset inter iustum, & iniustum; siquidē omnis homo natus, immortalis fieret. ergo immortalitas non sequela naturæ, sed merces, præmiūq; virtutis est. Deniq; homo non statim, quam natus est, rectus ingreditur; sed quadrupes primo; quia ratio corporis, & huius præsentis vita cōtinuit est nobis cum mutis animalibus: post deinde confirmatis viribus erigitur, & lingua eius in eloquio solvit; & mutū animal esse definit. Quæ ratio docet, mortalē nasci hominem; postea vero mortalem fieri, cum cōperit ex Deo vivere, id est iustitiam sequi; quæ continetur in

in Dei cultu; cū excitauerit hominē Deus ad appetitū ac sui. Quod tū fit, cū homo caelesti lauacro purificatur ponit infantiam cum omni labe vita prioris; et incremento diuini vigoris accepto fit homo perfectus, ac plenus. Et quia virtutē proposuit homini Deus; sicut anima, & impōtō sociata sunt; tamen contraria sunt, & impugnāti iniuriantur. Animī bona, mala sunt corporis; id est, opū fuga, voluptas interdictio, doloris, mortis, & contemptus. Item corporū in mala sunt animi; hoc est cupiditas, et libido, quibus appetuntur, & suavitates variarū voluptatū, quibus uatus animus extinguitur. Ideo necesse est, insitū, & spiritum in omnibus malis esse; quoniam malorum visītrū est in tuto: iniustos autē in diuitiis, in honore, in potestate. Ne enim bona corporalia, et terrena sunt. Illi autē terrenam agunt, nec assequi immortalitatē queunt, quia se lupitatis dederunt, quae sunt virtutis inimica. Ille vita hæc temporalis illi eterna debet esse subiecta, scilicet corpus anima. Quisquis ergo anima vita maluerit, ut corporis contenerat, necesse est; nec aliter enī ad summū poterit, nisi, quae sunt imā, despicerit. Qui autem corporalitatem fuerit amplexus, & cupiditates suas in terrā ducit, illa superiorē vitā consequi non potest. Sed qui mandibene vivere in aeternū, male viuet ad tempus, et afficitur in nībus molestius, et laboribus, quādū fuerit in terra, ut beatitudinem diuinū, et caeleste solatū. Et qui maluerit bene vivere ad tempus, male viuet in aeternū. dānabitur enim sententia Dei ad aeternā pœnā, quia caelestibus bonis terrena precepit. Propterea igitur coli se Deus expertit, & honorandus homine tanquam pater, ut virtutē, ac sapientiam teneat, quia sola immortalitatē parit. Nam quia nullus aliud prætersum donare eā potest, quia solum possider pieratē bonum, qui Deum honorauerit, hoc \* afficitur premio, ut sit aeternum beatus, sit apud Deum, & cum Deo semper.

qua  
afficit.  
vii.n.162.

N V N C totam rationem breui circumscriptione signe-  
mus. iccirco mundus factus est, vt nascimur: ideo nasci-  
mūr, vt agnoscamus factorem mundi, ac nostri Deum: ideo  
agnoscimus, vt colamus: ideo colimus, vt immortalitatem  
pro laborum mercede capiamus, quoniam maximū labo-  
ribus cultus Dei constat: ideo præmio immortalitatē affi-  
cimur, vt similes angelis effici, summo patri, ac Domino  
in perpetuum seruamus, & simus aeternum Deo regnum.  
Hoc summa rerum est, hoc arcanum Dei, hoc mysterium  
mundi. à quo sunt alieni, qui sequentes presentem volu-  
pratem terrestribus, & fragilibus se bonis addixerunt, &  
animas ad caelestia genitas, suavitatibus mortiferis, tan-  
quam luto; cœnōne demiserunt. Queramus nunc vici-  
sim, an in cultu Deorum ratio vlla subsistat. qui si multi  
sunt, si ideo tantum ab hominibus coluntur, vt præstene  
illis opes, victorias, honores, & quae alia non nisi ad præ-  
sens valent; si sine causa gignimur; si in hominibus procre-  
andis prouidentia nulla versatur; si casu nobis metipīs, ac  
voluptati nostrae gratia nascimur; si nihil post mortem su-  
mus: quid potest esse tam superuacuum, tam inane, tam  
vanum, quam humana res, \* est, quam mundus ipse? qui,  
cum sit incredibili magnitudine, \* tam mirabiliter cō-  
structus, tamē rebus ineptis vacet. Cur enim ventorū spiri-  
tus citēt nubes? cur emicēt fulgura? tonitrua mugiant? im-  
bres cadat? vt fruges terra producat? vt varios fœtus alat?  
Cur deniq; omnia natura rerū laboret, nequid desit earum  
rerū, quibus vita hominū sustinetur, si est inanis, si ad nihili  
interimus, si nihil est in nobis maioris emolumēti Deo?  
Quod si est dictū nefas, nec putandum est fieri posse, vt nō ob  
aliquā maximā rationē fuerit constitutū, quod videas ma-  
ximā rationē cōstare: quae potest esse ratio in his erroribus  
prauarū religionū, & in hac persuasione philosophorū, qua  
putant animas interire? Profecto nulla. Quid enim habet  
dicere,

dicere, cur dī hominibus tam diligenter suis quecumque poribus exhibeant? An ut illis far, & merum demū, odorem thuris, & sanguinem pecudum: qua neque immatibus grata esse possunt, quia sunt fragilia; neq; vñus expertibus corporum, quia hac ad vsum corporalium sunt. Et tamen si ea desiderarent, sibi ipsi possent exhibere cum vellent. Siue igitur intereunt anima; siue in aeternis manent: quam rationem continet cultus Deorum; aut à quod mundus constitutus est: cur, aut quando, aut quoniam, quoniam homines, aut quamobrem procreari: cur nascimur, tereunt, succedunt, renouantur? Quid dī ex cultibus rerum affsequuntur, qui post mortem nihil futuri sunt? quid præstant? quid pollicentur? quid minantur aucto- minibus, aut diu dignum? Vel si manent anima post mortem; quid de his faciunt, facturū sunt? quid illi opus thesauro animarum? ipsi illi ex quo fonte oriuntur? quomodo, aut quare, aut unde multi sunt? Ita sit, ut si ab rerum summa, quā superiorius comprehendimus, aberramus omnis ratio intereat, & ad nihilum omnia revoluamur.

VII QVAM summam quia philosophi non comprehen- runt; nec veritatem comprehendere potuerunt, quamvis fere, quibus summa ipsa constat, & viderint, & explau- uerint, sed diuersi, ac diuersē illa omnia protulerunt, nō a consequētia. necentes nec causas rerum, nec consequētias, nec rati- ones; vt summam illam, quae continent vniuersa, & compre- gerent, & implerent. Facile est autem docere, pene vniuersam veritatem per philosophorum sectas esse diuisam. Nam enim sic philosophia nos euertimus, vt academicis solē, quibus ad omnia restōdere propositum est; quod est potius lunari, & illudere. sed docemus, nullā sectam fuisse diuinam, nec philosophorum quenquam tam inanem, quod non videris aliquid ex vero. Sed dum contradicendi studi-

insaniunt, dum sua etiam falsa defendunt; aliorum etiam vera subuerunt: non tantum elapsa illis veritas est, quam sē querere simulabant; sed ipsi eam potissimum suo vitio perdiderunt. Quod si exitisset aliquis, qui veritatem sparsum per singulos, per sectas q; diffusam colligeret in unum, ac redigeret in corpus, & prosector nō dissentiret a nobis. Sed hoc nemo facere, nisi veri peritus, ac sciens, potest. Verum autem non nisi eius scire est, qui sit doctus a Deo. Neque enim potest aliter repudiare quae falsa sunt, eligere, ac probare quae vera, sed si vel casu id efficeret, certissime philosopharetur. & quāvis non posset diuinus testimonis illa de- fendere; tamē scip̄ta veritas illustraret suo lumine. Quare incredibilis est error illorū, qui, cum aliquam sectam proba- uerint, eiq; se addixerint; ceteras damnant tanquā falsas, & inanes, armantq; se ad præliandum, nec, quid defendere debeant, scientes, nec quid refutare; incurvantq; passim sine delectu omnia, quae afferunt quicunq; dissentunt. Ob has eorum perinacifissimas contentiones nulla exitit philosophia, quae ad verum proprius accederet. nam particula- tum veritas ab his tota comprehensa est. Factum esse mun- dum a Deo, dixit Plato. Idem prophetæ loquuntur: idemq; ex Sibyllæ carminibus appetit. Errant igitur qui vel omnia sua sponte nata esse dixerunt, vel minutis feminibus conglobatis: quoniam tanta res, tam ornata, tam magna neque disponi, neque fieri, neque ordinari sine aliquo pru- dentissimo auctore potuit; & ea ipsa ratio, qua constare, ac regi omnia sentiuntur, solertia mente artificem con- fitetur. Hominum causa mundum, & omnia, quae in eo sunt, esse facta, stoici loquuntur. idē nos diuina literæ docēt. Errauit ergo Democritus, qui vermiculorū modo putauit effusos esse de terra nullo auctore, nullaque ratione. Cur enim formatus sit homo, diuini sacramenti est, quod quia ille scire non poterat, humana vitam deduxit ad nihilum.

*Ad virtutem capessendam nasci homines, Aristoteles  
seruit. idem nos monemur, ac discimus à prophetis. Falso  
igitur Aristippus, qui hominē voluptati, hoc est malorum,  
quam pecudem subiungauit. Immortales esse animas Pro-  
recedes, & Plato disputauerunt. hac vero propriaetate  
nostra religione doctrina. Ergo Dicaearchus cum Demo-  
to errauit, qui perire cum corpore, ac dissolui argumentum  
est. Esse inferos Zenon stoicus docuit, & sedes piorum  
impys esse discretas; et illos quidem quietas, ac delectabiles  
incolere regiones; hos vero luere penas in tenebris locis;  
atque in cœni voraginibus horrendis. idem nobis proponit  
palam faciunt. Ergo Epicurus errauit, qui poëtarum id est  
figmentum putauit; & illas inferorum penas, que senti-  
tur, in hac esse vita interpretatus est. Totam igitur veniu-  
rem, & omne diuina religionis arcanum philosophi am-  
gerunt. Sed alius refellentibus defendere id, quod inueni-  
rant, nequierunt; quia singulis ratio non quadravit; mihi  
ea, que vera senserant, in summam redigere potuerunt,  
sicut superius nos fecimus.*

VIII VNUM est igitur summum bonum immortalitas  
quam capienda & formati à principio, & nati sumus. Il-  
hanc tendimus; hanc spectat humana natura; ad hanc in  
prouechia virtus, quod bonum quia comprehendimus; super  
argumenta ut de ipsa immortalitate dicamus. Platonis doc-  
menta, quamvis ad rē multum cōferant, tamen parum  
bent firmitatis ad probandā, & implendam veritatem quan-  
iam nec ratione totius mysterij magni consumauerat, n  
unquamq; collegarat; nec summū bonū cōprehenderat. Ne  
licet verū de anima immortalitate sentire; tamē nō illa  
illa tanquā de summo bono differebat. Nos igitur certius  
dicere bus signis \* eligere possumus veritatem, qui eā nō anticipis-  
spicione collegimus, sed diuina traditione cognouimus. Pla-

*to autem sic argūmentatus est, immortale esse quicquid per  
seipsum & sentit, & semper mouetur. quod enim princi-  
pium mortis nō habet, nec finē habiturū; quia \*dēseri \*a se  
metipso nō potest. quod argūmentum etiam mutus animali-  
bus eternitatē daret, nisi adiectione sapientia disgreueret.*

*Ad id igitur, ut effugeret hanc communitem, fieri non  
posse, quin sit immortalis animus humanus, cuius miranda  
soleria inueniendi, & celeritas cogitandi, & facilitas per-  
cipiendi, atq; discendi, & memoria præteriorum, & pro-  
videntia futurorum, & artium plerung; innumerabilium  
scientia, qua cetera careant animantes, diuina, & caelestis  
apparatur; quia & origo animi, qui tanta capiat, tanta cō-  
tineat, nulla reperiatur in terra; siquidem ex concretione  
terrena nihil habeat admistum: sed necesse \*esse in terram  
resolui, quod est in homine pōderosum, & dissolubile: quod  
autē tenue, atq; subtile; id verò esse inuidiuū, ac domicilio  
corporis velut carcere liberatum, ad cœlum, et ad naturam  
suam peruolare. Hac fere Platonis collecta breuiter, qua  
apud ipsum late, copiofēq; explicantur. In eadem sententia  
fuit etiā Pythagoras antea, eiusq; preceptor Pherecydes;  
quem Cicero tradit primū de eternitate animarū dispu-  
tuisse. Qui omnes licet eloquentia excellerent, tamē in hac  
duntaxat contentione non minus auctoritatis habuerunt,  
qui contra hanc sententiam disserabant; Dicaearchus pri-  
mo, deinde Democritus, postremo Epicurus. adeo ut res ip-  
sa, de qua inter se pugnabant, in dubium vocaretur. deni-  
que & Tullius expositus horum omnium de immortalitate,  
ac morte sententiis nescire se quid sit verum pronuntia-  
uit. Harum, inquit, sententiarum que vera sit, Deus aliquis  
viderit. Et quis alibi: Quoniam utraq;, inquit, earum  
sententiarum doctissimos habuit auctores; nec, quid certi  
sit, diuinari potest. Verū nobis diuinatione opus non est;  
quibus veritatem diuinitas ipsa patetfecit.*

al.  
desiderati  
scipio.  
vi.n.163.

**I X** His itaque argumentis, que nec Plato, nec ullus alius  
inuenit, animarum aeternitas probari, ac perspicere potest,  
qua nos breviter colligemus; quoniam properat oratio ad  
narrandum iudicium Dei maximū, quod in terra propin-  
quante seculorum fine celebrabitur. Ante omnia, quoniam  
Deus ab homine videri non potest; ne quis tamē ex ipso  
putaret Deum non esse, quia mortalibus oculis non videtur;  
inter cetera institutorum suorum miracula, scilicet  
etiam multa, quorum vis quidem apparet, substantiam tu-  
men non videtur, sicut est vox, odor, ventus; vt harum in-  
rum argumento, & exemplo, etiam Deum, licet sub oculis  
non venire, de sua tamen vi, & effectu, & operibus cer-  
neremus. Quid voce clarius? aut vento fortius? aut odore  
violentius? Hac tamen, cum per aërem feruntur, ad ser-  
vum nostrum veniunt, & eos potentia sua impellunt; na-  
cernuntur acie luminum, sed alius corporis partibus in-  
tiuntur: Similiter Deus non aspectu nobis, aliōne fragili  
sensu comprehendendus est, sed mentis oculis intuendu-  
cum opera eius preclara, et miranda videamus. Nam illi,  
qui nullum omnino Deum esse dixerunt; non modo philo-  
sophos, sed ne homines quidem fuisse dixerim, qui minus  
simillimi ex solo corpore constiterunt, nihil cernentes an-  
imo, sed ad sensum corporis cuncta referentes, qui nihil pa-  
tabant esse, nisi quod oculis cōtuebantur. & quia videbant  
aut bonis accidere aduersa, aut malis prospera; fortiusq[ue]  
ri omnia crediderunt; & natura mundum, non prouidu-  
constitutum. Hinc iam prolapsi sunt ad deliramenta, que  
talem sententiam necessario sequebantur. Quid si est Du-  
& incorporalis, & inuisibilis, & aeternus, ergo non interire  
interire animam credibile est, quia non videtur, postquam  
vi. n. 154. recessit à corpore; quoniam constat esse aliqua \* sentientia  
vigens, quod non veniat sub aspectum. At enim difficile est  
animo comprehendere, quemadmodum posse animam re-

nere sensum sine iis partibus corporis, in quibus inest offi-  
cium sentiendi. Quid de Deo? num facile est comprehen-  
dere quē admodum vigeat sine corpore? Quid si Deos esse  
credunt; qui si sunt, viique sunt expertes corporum: necesse  
est, humanas animas eadē ratione subsistere; quoniam ex  
ipsa ratione, ac prouidentia intelligitur esse quadam in ho-  
mīne, ac Deo similitudo. Denique illud argumentum,  
quod etiā M. Tull. vidit, satis firmū est: ex eo aeternitatem  
anime posse dignosci, quia nullum sit aliud animal, quod  
habeat notitiam aliquam Dei; religioq[ue] sit penē sola, que  
hominem discernat à mutis. que cum in hominem solum  
cadat; profecto testatur, id affectare nos, id desiderare, id  
colere, quid nobis familiare, quid proximum sit futurum.  
An aliquis, cum ceterarum animantium, naturam cōside-  
raverit, quas pronis corporibus abiectas, in terramq[ue] pro-  
stratas summi Dei prouidentia effecit, vt ex hoc intelligi  
possit, nihil eas rationis habere cum calo; potest non intelli-  
gere, solum ex omnibus caelesti, ac diuinum animal esse ho-  
minem, cuius corpus ab humo excitatum, vultus sublimis,  
status \* erectus originem suam querit, & quasi contempta rectus.  
humilitate terrae ad altum nititur, quia sentit summū bo-  
num in summo sibi esse querendum, memorq[ue] conditionis  
sue, qua Deus illum fecit eximium, ad artificem suum spe-  
ctat? Quam speculationem Trismegistus θεοπίαν rectissime  
nominavit: qua in mutis animalibus nulla est. Cum au-  
tem sapiētia, qua soli homini data est, nihil aliud sit, quam  
notitia Dei; appareat, animam non interire, neque dissolui,  
sed manere in sempiternum, quia Deum, qui sempiternus  
est, & querit; & diligit, ipsa cogente natura, sentiens vel  
unde orta sit, vel quid reuersura. Præterea non exiguum  
immortalitatis argumentum est, quod homo solus caelesti  
elemento vitetur. Nam cū rerum natura his duobus ele-  
mentis, qua repugnantia sibi, atque inimica sunt, constet,

igne, & aqua, quorum alterū cālo, alterū terra asperbit; ceteræ animantes, quia terrena, mortalesq; sunt, temeritatem & graui vtuntur elemēto; homo solus ignem in yſu habet, quod est elementū leue, sublime, cælestē. Ea vero, qua perderosa sunt, ad mortē deprimunt; & que lenia sunt, ad tam subleuant; quia vita in summo est, mors in imo. Et lux esse sine igne nō potest, sic vita sine luce. Ignis igniū mentū est lucis, ac vita. vnde apparet, hominē, qui conturbatur, immortale sortitum esse coditionē; quia id illi famula re est, quod facit vitam. Virtus quoq; soli homini datur, que non. gno arguento est, immortales esse animas.<sup>t</sup> quod nec secundū naturā, si anima extinguitur, huic enim prestat vita nocet. Nā vita ista terrena, quā cōmūnem cum manu animalibus ducimus, & voluptatē expedit, cuius fructus variis, ac suauibus delectatur; et dolore fugit, cuius affectus naturā viuentiū acerbis sensibus ludit, & ad mortem perducere mititur; quae dissoluit animantē. Si ergo virtus prohibet iis bonis hominē, quae naturaliter appetuntur, sustinenda mala impellit, quae naturaliter fugiuntur. malum est virtus, & inimica naturæ; stultusq; inducit, necesse est, qui eam sequitur, quoniam seipso ludatur, & gienda bona præsentia, et appetendo oque mala sine fructu amplioris. Nam cum liceat nobis iucundissimis voluptatibus, nōnne sensu carere videamus, si malum humilitate, in cœlestate, in contemptu, in ignominia re, aut ne vivere quidem, sed dolere cruciari, & mori? quibus malis nihil amplius assequamur, quo posit voluptus omissa pensari? Si autem virtus malum nō est, faciliter, quod voluptates vitiosas, turpesq; contemnit, & ritter; quod nec dolorem, nec mortem timet, vt officium puet: ergo maius aliquod bonū assequatur necesse est, quae sunt illa, quae spernit. At vero morte suscepta, quod vnum bonum sperari potest, nisi "eternitatis".

TRANSEAMVS nunc vicissim ad ea, quæ virtutis repugnat; vt etiam ex his immortalis anima colligatur. Virtus omnia temporalia sunt, ad præsens enim commouetur. ira impetus, recepta vltione \*sedantur. libidinis, voleptatis corporis, finis est. cupiditatē autē satietas earum rerum, quas expetit, aut aliorum affectuum commotiones interimūt. ambitio, postquam honores, quos voluit, adeptā est, consenescit. item cetera virtus consistere, ac permanere non possunt; sed ipso fructu, quem expetunt, finiuntur. Recedunt ergo, & redeunt. Virtus autem sine illa intermissione perpetua est; nec descendere ab eo potest, qui eā semel cepit. Nam si habeat interuallum, si aliquando ea carere possumus; \*redeunt protinus virtus, que virtutem semper impugnant. Non est igitur comprehensa, si deserit, si aliquando secedit. Cum verò sibi domicilium stabile collocauit; in omni actū versari eam, necesse est. nec potest fideliiter depellere virtus, & fugare; nisi peccatum, quod insedit, perpetua statione munierit. Ipsa ergo virtus perpetuitas indicat, humanū animū, si virtutē ceperit, permanere: quia et virtus perpetua est; et solus animus humanus virtutē capit. Quoniam igitur contraria sunt virtus virtuti: omnis ratio diuersa, & contraria sit, necesse est: quia virtus commotiones, & perturbationes animi sunt; virtus ē contrario lenitudo, & tranquillitas animi est: quia virtus temporalia, & brevia sunt; virtus perpetua, & constans, & par sibi semper: quia virtutum fructus, id est, voluptates, & aque, ut ipsa, breues, temporalesq; sunt. Virtus ergo fructus, ac præmium sempiternum est, quia virtutum commodum in præsenti est, virtus igitur in futuro. Ita sit, vt in hac vita virtutis præmium nullum sit; quia virtus adhuc ipsa est. Nam sicut virtus, cūm in actū suo finiuntur, voluptas, & præmia eorum sequuntur: ita virtus cum finita est, merces eius insequitur. Virtus autem nusquam nisi morte finitur;

quoniam & in morte suscipienda summum eius officium est. Ergo præmium virtutis post mortem est. Denique Cicerio in Tusculanis, quāuis dubitanter, tamen sensit, summum homini bonum non nisi post mortem contingere. Fidenti animo, inquit, si ita res feret, gradietur ad mortem, in qua aut sumnum bonum, aut nullum malum esse agnouimus. Mors igitur non extinguit hominem, sed ad præmium virtutis admittit. Qui autem se (vt ait idem) vitiis, ac sceleribus contaminauerit, voluptatiq; seruici; is vero damnatus eternam luet penam; quam diu in huius secundam mortem nominant; qua est & perpetua, & grauissimis cruciatis plena. Nam sicuti due vita propositæ sunt homini; quarum altera est anima, altera corporis: ita & mortes due propositæ sunt; una pertinens ad corpus, qua cunctos secundum naturam fungi necesse est; altera pertinens ad animam, quæ scelere acquiritur, virtute vitatur: & vt vita hac temporalis est, certosq; terminos habet, quia corporis est; sic & mors æque temporalis est, certumq; habet finem, quia corpus attingit.

**x i** IMPL ETIS igitur temporibus, quæ Deus mortis suæ tenuit, terminabitur ipsa mors. Et quia temporalem vitam temporali mors sequitur, consequens est, vt resurgent animæ ad vitam perennem; quia finem mors temporali accipit. Rursum, sicut vita animi sempiterna est, in qua diuinos, & ineloquibiles immortalitatibus sua fructus capi: ita & mors eius perpetua sit, necesse est, in qua perennes patas, & infinita tormenta pro peccatis suis pèdet. Ergo in uero conditione res posita est, vt qui beati sunt in hac vita corporali, atq; terrena, semper miseri sint futuri; quia iā boni, quæ maluerunt, potiti sunt; quod iū evenit, qui deos adorant, ac Deū negligunt. Deinde qui iustitia sequentes, in hac vita miseri fuerint, et contēpti, et inopes, et ob ipsam iustitiam cōcūlēt, et iniurias sape vexati, quia nee alter virtus

neri potest, semper beati sunt futuri; vt quia mala iam pertulerunt, etiam bonis fruantur, quod bis utiq; cōtingit, qui cōtemptis terrestribus diis, & fragilibus bonis, cœlestē reliquie Dei sequuntur; cuius bona, sicut ipse, qui tribuit, semper terna sunt. Quid opera corporis, atq; animi? nō ne indicat esse anima mortis expertem? Nā corpus, quia ipsum fragile est, atq; mortale, quæcumq; opera molitur, aquæ caducia sunt. Nihil enim Tullius ait esse, quod sit manibus humanis laboratum, quod nō aliquando ad interitum redigatur, vel iniuria hominū vel ipsa consecatrice rerum omnium vetustate. At vero animi opera videmus eterna. Nā quicunque contemptui presentium studentes, in memoriam monumenta ingeniiorū, factorumq; magnorum reliquerūt; iij plane mentu, ac virtutis sua nomē indelibile questierūt. Ergo si opera corporis ideo mortalia sunt, quia ipsum mortale est; sequitur vt anima ex eo immortalis appareat, quia videmus opera eius non esse mortalia. Eodem modo desideria quoque corporis, animi q; declarant, alterū esse mortale, alterum sempiternum. Corpus enim \*non nisi tempore nihil

& ratio, & effectus apparet, eterna sunt, quia nullū impatiuntur extrinsecus. Corpus autem si ideo mortale, quia visui pariter, & tactui subiacet; ergo & anima, circa immortalis est, quia nec tangi potest, nec videbitur.

**X I I.** N V N C argumenta eorum, qui contra<sup>\*</sup> dixerunt, ut differunt fellamus; quae Lucret. tertio libro executus est. Quoniam cum corpore, inquit, anima nascitur; cum corpore interita necesse est. At non est par virtusq<sub>z</sub> ratio. Solidum enim, & comprehensibile corpus est, & oculus, & manu videtur, & tangitur: anima verò tenuis, & tactum, visumq<sub>z</sub> fugient. Corpus ex terra factum, atq<sub>z</sub> solidatum est: anima nihil concreti, nihil terreni ponderis habet, ut Plato diffrebat. Nec enim tantā posset habere solertia, & tam ruitantam celeritatē, nisi origine traheret ē calo. Corpus igitur quoniam factum ex ponderoso, & corruptibili elemen-  
to, & tangibile est, & visible, corrumpitur, atq<sub>z</sub> occidit, ut vim repellere potest, quia sub aspectum, & sub ictum ruit. Anima autē, quia tenuitate sua omnem tactum fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo quamvis inter se in iuncta, & sociata nascantur, & alterum, quod est de interna cōcretione formatum, quasi vasculū sit alterius, quod est à caelesti subtilitate deductū: cūm vis aliqua virgine screuerit, quæ discretio mors vocatur, tum virgine, inutra suā redit: quod ex terra fuis, in terrā solutus: quod ex caelesti spiritu, id cōstat, ac viget semper; quoniam diuinus spiritus sempiternus est. Deniq<sub>z</sub> idem Lucret. oblitus quā assereret, & quod dogma defenderet, hos versus posuit:

Cedit item retro, de terra quod fuit ante,

In terram; sed quod missum est ex aetheris orbi,

Id rursus cali fulgentia templa receptor.

Quod eius non erat dicere; qui perire animas cum corporibus differebat. sed virtus est veritate; & imprudētus

vera surrepsit. Praterea id ipsum, quo colligit, dissolui animam, hoc est simul cum corpore interire, quoniam simul nascantur; & falsum est, & in contrarium cōuerit potest. Non enim simul interit; sed anima discedente, integrū per dies multos manet; et plerūq<sub>z</sub> medicatum, diutissimē durat. Nam si vt simul nascantur, simul interirent; non discederet repente anima, corpusq<sub>z</sub> desereret; sed uno temporis punto utrumque pariter dissiparetur, & tam celeriter etiam corpus, adhuc spiritu in eo manente, deliquesceret, ac periret, quam celeriter anima secedit; immo vero dissoluto corpore anima vanesceret, velut humor fracto vase diffusus. Nam si terrenuī, & fragile corpus post secussum anima nō statim diffliuit, in terrāq<sub>z</sub> tabescit, ex qua illi origo est: ergo anima, quæ fragilis nō est, in eternum manet; quoniam origo eius eterna est. Quoniam crescit, inquit, sensus in pueris, & in iuuenib[us] riget, et in senib[us] diminuitur; appareat esse mortale. Primū non est idē mens, & anima. aliud est enim, quo viuimus, aliud, quo cogitamus. nā dormientium mens, nō anima spiratur, & in furiosis mens extinguitur, anima manet; et ideo nō exanimis, sed demētes vocatur. Mens ergo, id est intelligentia, vel augetur, vel minuitur pro atate. Anima in statu suo semper est, & ex quo tempore spirādi accipit facultatē; eadē v[er]sq[ue] ad ultimū durat; donec emissa corporis claustro, ad sedē suā reuolet. Deinde quod anima quāvis à Deo sit inspirata; tamē quia tenebroso domicilio terrena carnis inclusa est, scientia non habet, quæ est diuinitatis. Audit igitur, ac discit omnia; & sapientia discendo, & audiendo capit, & senectus nō minuit sapientiam, sed auget; si tamē iuuenilis atas virtute decursa est. Sed si nimis senectus fregerit membra; non est anima vitium, si visus euauit, si lingua torpuit, si auditus obscuruit; sed corporis. At enim memoria<sup>\*</sup> defecit, quidam, si labētis domiciliū ruina premitur mens, et præterita obliu-

*obliuiscitur, non aliter futura diuina, quam si carcerem quo cohieretur, effugerit? Verum eadem, inquit, dolor, & luctu obnoxia est, & ebrietate dementit, unde fragilis, & mortalis apparel. Iccirco igitur virtus, & sapientia melioraria est, ut & moror, qui contrahitur indigna patienti, ac vidēdo, fortitudine repellatur, & voluptas nō modoprandi, sed etiam rerum ceterarum abstinentia supererit, nā si carcat virtute, si voluptatibus dedita molliatur, mortis fiet obnoxia; quoniam & virtus, ut docimus, immaterialitas est fabricatrix, & voluptas mortis. Mors autem, sicut ostendi, non funditus perimit, ac delet, sed atterit cruciatibus. Nam interire prorsus anima non potest, quoniam ex Dei spiritu, qui aeternus est, originem cepit. Anima, inquit, etiam morbum corporis sentit, & oblationem sui patitur: & sicut agrescit, ita etiam saepe sentitur. Hoc est ergo, cur maximē virtus adhibenda sit, ne vbi corporis dolore frangatur, & oblinionem sui non anima, sed mens patiatur. Que quoniam certa corporū regiae conficit, cum eam pariem vīs aliqua morbi vitiauerit, mutetur loco, et quasi conquassata, sēde sua emigrat, redundat scilicet, cum medela, & sanitas domiciliū suum reformauerit. Nam quia iuncta est anima cum corpore, si virtute careat, contagio eius agrescit, & imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem, cum autē dissociata fuerit a corpore, rigebit ipsa per se; nec vlla iam fragilitati conditione tentabitur, quia indumentum fragile proicit. Sicut oculus, inquit, evulsus à corpore, ac separatus nihil potest videre, ita & anima separata nihil sentire; quia & ipsa pars est corporis. Falsum hoc, & dissimile est, anima enim nō pars corporis; sed in corpore est. Sic ut id, quod vaſe continetur, vasis pars non est; nec ea, qua in domo sunt, partes domus esse dicuntur: ita nec anima pars est corporis, quia corpus vel vas anima est, vel receptaculum. Jam illud*

*argumentum multo magis inane est, quo ait anima, quia vi non citius emitatur ex corpore, mortalem videri; sed pa latim se ex omnibus membris explicit, à summis pedibus incipiens: tanquam, si esset aeterna, uno temporis momento erumperet, quod fit in ipsis, qui ferro intereunt. quos autem moribus interimit, spiritum diutius exhalant, & paulatim frigescientibus membris anima efflatur. quae cum materia sanguinis continueatur, sicut lumen oleo; ea materia febrium calore consumpta, necesse est membrorum summa quæc, frigescere; quoniam vene exiliores in extrema corporis porrigitur, & extremiti, ac tenuiores rivi deficiente vena fontis arescant. Nec tamen, quia sensus corporis deficit, anima sensum extingui, & occidere putandum est. Non enim anima corpore deficiente, sed corpus anima de cedente putrescit, quia sensum omnem trahit secum. Cum autem præsens anima sensum suum tribuat corpori, & vivere id efficiat, fieri nō potest, vt nō ipsa per se & vivat, & sentiat; quoniam ipsa est & sensus, et vita. Nā quod ait, Quod si immortali noſtri foret mens,*

*Non tam se moriens dissolui conquereretur,*  
*Sed magis ire foras, veste mī, relinquere, vt anguis,*  
*Gauderet. Evidēt nunquam vidi, qui se quereretur in morte dissolui, sed ille fortasse Epicureū aliquē viderat, etiam dum moritur, philosophantē, ac de suis dissolutione in extremo spiritu differentē. Quomodo sciri potest, utrum dissolui se sentiat, an corpore liberari, cum in exitu lingua mateſcat? Nam dum sentit, & loqui potest; nō dum disſolutus est: vbi dissolutus est; iam nec sentire, nec loqui potest. ita queri de dissolutione aut nōdum potest, aut iam nō potest. At enim nō prius quam dissoluatur, intelligit se dissolutum iri. Quid, quod videmus plerosq; morientium non dissolui conquerentes (vt ait) sed exire se, & proficiē, & ambulare testantes, idq; aut gestu significat, aut, si adhuc possunt,*

possunt, & voce pronuntiant? Vnde apparet, non dissolutionē fieri, sed separationē, qua declarat animā permanere. Cetera Epicurei dogmatis argumēta Pythagorae repugnāt, differēti, migrare animas de corporibus retusitate, & morte confectis, & insinuare se nouis, ac recens natūrā easdē semper renasci modo in homine, modo in pecude, modo in bestia, modo in volucre; & hac ratione immortalia esse, quid saxe variorū, ac dissimilium corporū domiciliū inveniunt. Quae sententia deliri hominis quoniam ridicula, & mīmo dignior, quam schola fuit, ne refelli quidem seriolabuit. quod qui facit, videtur vereri ne quis id credit. Purereunda sunt igitur nobis ea, quae pro falso contra falsū differebantur. scītū est, ea refutasse; qua contra verū dīputata sunt.

XIII. DECLARAVI, vt opinor, animā non esse solitatem, supereft, citare testes, quorum auctoritate argumentū fermentur. Neq; nunc prophetas in testimoniū vocat, quorum ratio & diuinatio in hoc solo posita est, vt ad cultum Dei, & ad immortalitatem ab eo accipiendā cura hominē doceant: sed eos potius, quibus istos, qui respiciunt veritatē, credere sit necesse. Hermes naturā hominū defensib; vt doceret quē admodum effet à Deo factū, hanc rulit. ἡ τὸ αὐτὸν ἀμφοτέρων φύσεων τῆς τε ἀδιάντητῆς θυντῆς μίαν ἐποίει φύσιν ἀνθεώτας, τὸν δὲ τὸν οὐκ ἀδιάντον, τὴν δὲ θυντὴν τονίσας, ἡ πύρων φύσεων τηλοῦ δέσιας ἡ ἀδιάντου φύσεων, ἡ τῆς θυντῆς, ἡ μετεργοῦ κατεντατο, ἵνα ὅπαν ἀπαντα, ἀπαντα ἡ θυντή. Sed hunc fortasse aliquis in numero philosophorū cōputat, quāuis in deos relatus Mercurij nomine ab Aegyptiis hominēt, nec plus ei auctoritatē tribuat, quam Platonis, et Pythagora. Maius igitur testimoniū requiramus. Potius quidā consuluit Apollinem Milestā, utrum ne maneat anima post mortem, an resoluatur, & respondit his versibus.

Ἄντη μὲν μέχει δεσμοῖς πρὸς σῶμα κρατεῖ<sup>τ</sup>  
φαστὰ νοέσαι τὸν θυνταῖς ἀλγηθόσιν εἴη  
ηνίκα, εἰνάλυσον βροτέων μετὰ σῶμα μαρτυθὲν  
ἀκίλεος εὐενταί εἰς αἰδέρεια προσεῖται  
εἰλικρινές. οὐ μέντοι δ' εἰς πάμπαν αἰτηπίσ.  
φατόρων. γάρ τὸ τέτον δίταξε προνοια.

Quid carmina Sibyllina? Non'ne hoc ita esse declarat, cū fore aliquando denuntiant, vt à Deo de viuis, ac mortuis iudicetur? quorum exempla paulo post inferemus. Falsa est ergo Democriti, & Epicuri, & Dicaearchi de animā dissolutione sententia, qui profecto non auderent de interitu animalium mago aliquo præsente differere, qui sciret, certis carminibus cieri ab inferis animas, et adesse, et præbere se humanis oculis videntas, & loqui, & futura prædicere: & si auderent, re ipsa & documentis præsentibus vincerentur. Sed quia non peruidebant animā rationē, quae tā subtilis est, vt oculos humana mētis effugiat, interire dixerunt. Quid Aristoxenus, qui negavit omnino ullam esse animā, etiam cūm vivit in corpore? sed sicut in fidibus ex intentione neruorum effici concordem sonum, atq; cantū, quē musici harmoniam vocant, ita in corporibus ex compage viscerum, ac vigore membrorum vim sentiendi existere, quo nihil dici deliri potest. Verū ille oculos quidem habuit incolumes, cor tamen cæcum, qui vivere se, & habere mentem, qua idipsum cogitauerat, non videbat. Sed pleriq; hoc philosophis accidit, vt putaret omnino nō esse, quicquid oculis non appetat, cūm mentis acies multo clarior debet esse, quam corporis, ad ea perspicienda, quorum vī, ac ratio sentitur potius, quam videtur.

Quoniam de immortalitate diximus animā, sequitur XIII. vt doceamus, quatenus homini, & quando tribuatur; vt in hoc quoq; prauitatis, ac stultitiae sue perspiciat errores.

qui

qui mortales quosdam decretis, placitisq; mortaliūd  
esse factos opinantur, vel quod artes inuenient, vel que  
vsum quarundam frugum docuerant, vel quod visitatio  
hominum prodiderat, vel quod immanes bestias intere-  
rānt. Quae merita quam longe ab immortalitate sem-  
sint, & docuimus in prioribus libris, & nunc docelim  
vt appareat solam esse iustitiam, qua vitam boni pate-  
eternam; & solum Deum, qui eterna vita premium la-  
giatur. Nam illi, qui suis meritis immortales facili es-  
cuntur; quia nec iustitia, nec uita in his vera virtus sumit  
immortalitatem sibi, sed mortem peccatis, ac libidinū  
quaesierunt; nec cælestē præmium, sed inferna supplicia  
meruerunt, qua pendent simul cum ijs omnibus, qui re-  
coluerunt. cuius iudicij propinquare tempus ostendit,  
& iusti merces digna soluat; & pena merita impo-  
irrogetur. Plato, & multi alijs philosophorum, cum igno-  
rarent originem rerum, supremumq; illud tempus, q  
mundus esset effectus; multa millia seculorum fluxisse  
xerunt, ex quo hic pulcherrimus mundi extiterit ornave-  
secuti Chaldei, qui (vt Cic. tradidit in lib. de  
u. n. 166. u. natione primo) quadringenta, septuaginta milia anni  
rum monumentis comprehensa se habere delirant. in quia se posse argui non putabant, liberum sibi credenda  
esse, mentiri. Nos autem, quos diuina litera ad scientia  
veritatis erudiunt, principium mundi, finemque cognoscimus.  
de quo nunc in fine operis differemus; quoniam a  
principio in secundo libro explicauimus. Sciant igitur phi-  
losophi, qui ab exordio mundi seculorum milia enumera-  
nondum sextum milleimum annum esse conclusum, q  
numero expleto, consumationem fieri necesse est, &  
manarum rerum statum in melius reformari. cuius rea-  
gumentum prius est enarrandum, quo ratio elucida  
Mundum Deus, & hoc rerum natura admirabile op-

<sup>+</sup>  
Cantè lege.

(sicut arcans sacra scripture continetur) sex dierum spā-  
tio consumauit, diemq; septimum, quo ab operibus suis re-  
quieuerat, sanxit. Hic est autem dies sabbati; qui lingua  
Hebreorum à numero nomine accepit; vnde septenarius nu-  
merus legitimus, ac plenus est. Nam & dies septem sunt,  
quibus per vicem reuolutis, orbes conficiuntur annorum; et  
septem stellæ, quæ non occidunt; & septem sydera, quæ vo-  
cantur errantia; quorum diffares cursus, & in aequalis mo-  
tus rerum, ac temporū varietates efficere credantur. Ergo  
quoniam sex diebus cuncta Dei opera perfecta sunt; per se-  
cula sex, id est annorum sex millia manere in hoc statu  
mundum necesse est. Dies enim magnus Dei mille annorū  
circulo terminatur, sicut indicat propheta, qui dicit: Ante  
oculos tuos Domine mille anni, tanquam dies unus. Et \*ut <sup>secus v. 2.</sup>  
Deus sex illos dies in tantis rebus fabricādū laborauit; ita  
& religio eius, & veritas in hū sex millibus annorum la-  
borare necesse est, malitia prævalente, ac dominante. Et  
rursus, quoniam perfectis operibus requieuit die septimo,  
eumq; benedixit; necesse est, vt in fine sexti millesimi anni  
malitia omnis aboleatur ē terra, & regnet per annos mille  
iustitia; sitq; tranquillitas, & requies à laboribus, quos  
mundus iamdiu \*percessus est. Verū quatenus id eue-  
niat, ordine suo explicabo. Sape diximus minora, & exi-  
guia magnorum figuræ, & premonstrationes esse; & hūc  
diem nostrum, qui ortu solis, occasuq; finitur, diei magni  
speciem gerere, quem circuitus annorum mille determinat.  
Eodem modo etiam figuratio terreni hominis cælesti po-  
puli præferebat in posterum fidionē. Nam sicut perfectis  
omnibus, qua in vsum hominis molitus est Deus, ipsum  
hominem sexto die ultimum fecit, eumq; induxit in hunc  
mundum, tanquā in domum iam diligenter instructā; ita  
nunc sexto die magno verus homo verbo Dei singitur; id est  
sanctus populus doctrina, & præceptis Dei ad iustitiam  
ad figura-

figuratur. Et sicut tunc mortalis, atq; imperfectus est eternus fictus est, ut mille annis in hoc mundo viueret; quia nunc ex hoc terrestri seculo perfectus homo fingitur, ut viuiscat a Deo, in hoc eadem mundo per annos mille dominetur. Quomodo autē consumatio futura sit, & qualis exitus humanis rebus impendeat, si quis diuinis literas fuerit scrutatus, inueniet. Sed & secularium prophetarum cōgruentes cum caelestibus voces, sine rerum, & occasum post breve tempus annuntiant, describentes quasi fatigati, & labentu mundi ultimam senectutē. Quae verò à propheta, & vaticinis futura esse dicantur; prius quam superuenient extrema illa conclusio, collecta ex omnibus, & coacta subnectam.

**xv.** E S T in arcanis sanctarum literarum, transcendens in Aegyptum cogente inopia rei frumentariae principum Hebraeorum cum omni domo, et cognatione. Cuius postea cum diutius in Aegypto cōmorantes, in magnam gentem creuissent, & graui, atq; intolerando seruitiū iugo permanerent; percussit Aegyptum Deus insanabili plaga, & populum suum liberauit, traductum medio mari cum discisis fluctibus, & in utrāque partem dimotis; per secum populus graderetur. Conatusq; rex Aegyptiorum prosequi insequi, cōente in statum suum pelago, cum omnibus suis interceptus est. Quod facinus tam clarum, tamq; mirabile, quāvis ad præsens virtutem Dei hominibus ostenderet; tamē præsignificatio & figura, maioris rei fuit, quia Deus idē in extrema temporum consummatione facturus est, liberabit enim plebem suā de graui seruitute mundi. sed quoniam tunc vna plebs Dei, & apud unam gentem sunt, Aegyptus tunc sola percussa est. Nūc autē, quia Dei populus ex omnibus linguis congregatus, apud oēs gentes com-ratur, & ab his dominantibus premitur; necesse est, unius sas nationes, id est orbē totū caelestibus plagiis verberari, in iustitia.

iustus, & cultor Dei populus liberetur. Et sicut tunc signa facta sunt, quibus futura clades Aegypti ostenderetur; ita in ultimo sicut prodigia miranda per omnia elemēta mundi, quibus imminens exitus vniuersis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius seculi termino, humanarū rerum statum commutari necesse est, & in deterius nequitia inualescente prolabi: vt \*etiam nostra hac tempora, quibus iniurias, & malitia, usq; ad summum gradū crevit; in illius tamen insanabilis mali cōparatione felicia, & prope aurea possint iudicari. Ita etenim iustitia rarescit, ita impietas, & auaritia, & cupiditas, & libido crebrent, vt si qui tum forte fuerint boni, preda sint sceleratis, ac diuexētur vndeque, ab iniustis, soli autē mali opulēti sint; boni verò in omnibus contumelij, atq; in egestate iactentur. Confundetur omne ius, et leges interibit. Nihil quisquam tunc habebit; nisi aut quasitū, aut defensum manu audacia, & vī omnia possidebūt. Non fides in hominibus, non pax, non humanitas, non pudor, non veritas erit, atq; ita neque securitas, neque regimen, neque requies à malis villa. Omnis enim terra tumultuabitur: frement vbiq; bella: omnes gentes in armis erunt, & se invicem oppugnabunt. Ciuitates inter se finitima præliabuntur: & prima omniū Aegyptus ciuitatum superfitionum luet pœnas; & sanguine velut flumine operietur. Tūc peragrabit \*clades orbem, metens omnia, & tanquā messem cuncta prosterrens. Cuius vastitatis, & confusionis hac erit causa, quod Romanum nomē, quo nunc regitur orbis (borret animus dicere: sed dicam; quia futurū est) tolletur de terra; & imperium in Asiam reuertetur; ac rursus oriens dominabitur, atque occidens seruet. Nec mirum cuiquam debet videri, si regnum tanta mole fundatum, ac tantiū per totū, & tales viros auctum, tantis denique opibus confirmatum, aliquando tamen corrueat. nihil est enim humanis

*viribus laboratu*, quod non humanis & quid viribus defini posse; quoniam mortalia sunt opera mortaliū. Sic & alii prius regna, cùm diutius floruerint, nihil minus tamē cederunt. Nam & Aegyptios, & Persas, & Gracos, & Asyrios, proditum est, regimen habuisse terrarum; quibus omnibus destructis, ad Romanos quoq; rerum summa puenit. Qui quanto ceteris omnibus regnis magnitudine antestant; tanto maiore decadent lapsi; quia plus habens ponderis ad ruinam, quā sunt ceteris altiora. Non insue Seneca Romanae urbis tempora distribuit in etates. Primam enim dixit infantiam sub rege Romulo suisse; à qua & genita, & quasi educata sit Roma: deinde pueritiam ceteris regibus; à quibus & aucta sit, & disciplina pluriis, institutis q; formata: at vero, Tarquinio regnante, cùm iam quasi adulta esse cœpisset, seruitium nō tulisse; & reiecto superba dominationis iugo, maluisse legibus obtinpare, quām regibus: cūq; esset adolescentia eius sine panicī belli terminata; tum deniq; cōfirmatis viribus cœpisse iuuenescere, sublata etenim Carthagine, qua tā diu annula imperij Romani fuit, manus suas in totum orbē tem, mariq; porrexit: donec regibus cunctis, et nationibus subiugatis, cùm iam bellorum materia desiceret, viribus sua male vteretur, quibus se ipsa cōfecit. hac fuit prima eius senectus: cùm bellis lacerata ciuilibus, atq; intestino mala pressa, rursus ad regimē singularis imperij recidit, quād alteram infantiam reuoluta, amissa enim libertate, quam Bruto duce, et auctore defenderat, ita cōsenuit, tanquam sustentare se ipsa non valeret, nisi adminiculō regentium niteretur. Q uod si hac ita sunt; quid restat, nisi vt sequitur interitus senectutem? Et id futurum breui, concion prophetarum denunciant sub ambage aliorum nominum, ne facile quis intelligat. Sibylla tamen aperte interitum esse Romanū loquuntur, & quidem iudicio Dei, quid m-

men eius habuerit inuisum, & inimica iustitia, alumnū veritatis populum trucidarit. Hydaspes quoq; qui fuit Me dorum rex antiquissimus, à quo annis quoq; nomen accepit, qui nunc Hydaspes dicitur, \*admirabilis \*omniū, sub interpretatione vaticinantis pueri ad memoriam posteris tradidit, sublatum iri ex orbe imperium, nomenq; Romānum; multo ante p̄fatus, quām illa Troiana gens conderetur.

Q uo M o d o autē id futurum sit, ne quis incredibiliter arbitretur, ostendam. In primis multiplicabitur regnū, & summa rerum potestas per plurimos dissipata, & consisa, minuetur. Tunc discordia ciuilis in perpetuū serēt; nec villa requies bellis exitialibus erit, donec reges deceperiter existant, qui orbem terra, nō ad regendū, sed ad consumandum patiantur. Hi exercitibus in immensum \*co-actis, & agrorum cultibus destitutis, quod est principium euersionis, & clavis, disperdent omnia, & comminuent, et vorabunt. Tum repente aduersus eos hostis potentissimus ab extremis finibus plaga septentrionalis orientur; qui tribus ex eo numero deletis, qui tunc Asiam obtinebunt, assumerit in societatem à ceteris, ac princeps omnium consti- tuetur. Hic insuffentabili dominatione vexabit orbem; diuina, & humana miscerit; infanda dictu, & execrabilia molietur, noua consilia in pectore suo voluntab, vt propriū sibi constituat imperium; leges commutabit, suas sanctet, cōaminabit; diripet, spoliabit, occidet. Deniq; immutato nomine, atq; imperij sede translata, confusio, ac perturbatio humani generis consequetur. Tum verò detestabile, atque abominandum tempus existet, quo nulli hominum sit vita iucunda. Eruentur funditus ciuitates, atq; interib; nō modo ferro, atq; igni, verum etiam terra motibus asperdi, & elunie aquarum, & morbis frequentibus, & fame: crebra. aer enim vitiabitur, & corruptus, ac pestilens fieri, modis.

modò importunit umbris, modò inutili siccitate, <sup>magis</sup>  
frigoribus, nunc astibus nimis, nec terra homini dabit  
non étiam; nec seges quicquam, non arbor, non vitis feret. Si  
cùm in flore p̄hem maximam dederint, in fruge decipiunt.  
Fontes quoq; cum fluminibus arescent; vt ne potius quis  
suppetat: & aquæ in sanguinem, aut amaritudinem ma-  
tabuntur. Propter hæc deficient & in terra quadrupliciter  
& in aëre volucres, & in mari pisces. Prodigia quoque  
calo mirabilia mentes hominum maximo terrore confa-  
dent, & crines cometarum, & solu tenebra, & colora  
na, & cadentium syderum lapsus. Nec tamen hæc sibi  
modo fient; sed existent subito & ignota, & intus ales  
astræ. Sol in perpetuū fuscabitur, vt vix inter nocte &  
discernatur. Luna iam non tribus deficiet horū; sed pa-  
riū sanguine obfusa, meatus extraordinarios pergit; &  
non sit homini promptum, aut syderum cursus, aut rati  
temporū agnoscere. fiet enim vel astas in hyeme, vel hæc  
in aestate. Tunc annus breuiabitur; & mensis minime-  
dies in angustum coarctabitur. Stellæ verò creberemus-  
tent, vt calum omne cæcum sine ullis luminibus appa-  
Montes quoq; altissimi incident, & planis equabiliter  
mare innauigabile constituetur. Ac nequid malum hu-  
num, terræq; desit, audiatur è cælo tuba. quod hoc mis-  
Sibylla denuntiat:

σάντιξ & εγνόεν φωνὴν πολύδηνον ἀστοῦ,  
Itaq; trepidabunt omnes, & ad luctuosum illum sonum  
contremiscant. Tum verò per irā Dei aduersum homines  
qui iustitiam Dei non agnoverunt, saevet ferrum, igni  
mes, morbus; & super omnia metus semper impedit  
tunc orabant Deum, & non exaudier; optabitur morte,  
ne non veniet; nec nox quidem requiem timori dabit, mihi  
oculos somnus accedit; sed animas hominum sollicita,  
vigilia macerabit: plorabunt, & gemēt, & dentibus

dent, gratulabuntur mortuis, & viuos plangent. Hū &  
alii pluribus malis solitudo fiet in terra; et erit deformatus  
orbis, atq; desertus, quod in carminib. Sibyllinis ita dicitur:

Ἐσαι κόσμος ἀκοσμος οὐ πολυμένων ἀνθρώπων.

Ita enim conficietur humanum genus, vt vix decima pars  
hominum relinquatur; & vnde mille processerant, vix pro-  
dient centum. De cultoribus etiam Dei, due partes interie-  
bunt; & tertia, quæ fuerit probata, remanebit.

S E D planius, quomodo id eueniat, exponam. Immixta  
ante lege  
nente iam temporum cœlulatione, propheta magnus mitte-  
tur à Deo, qui conuerterat homines ad Dei agnitionem, &  
accipiat potestate mirabilia faciēdi. Vbicunque nō audierint  
eū homines, cludet calū; & abstinebit imbre; & aquā cō-  
uertet in sanguinem, & cruciabit illos sibi, ac fame. & qui-  
cunque conabitur eū ledere, procedet ignis de ore eius, atq;  
amburet illū. His prodigijs, atq; virtutibus cōuertet mul-  
tos ad Dei cultū; peractusq; operibus ipsius, alter Rex orie-  
tur ex Syria malo spiritu genitus, euerſor, ac perditor gene-  
ri humani, qui reliquias illius prioris mali cum ipso simul  
deleat. Hic pugnabit aduersus prophetā Dei, & vincet, &  
interficiet eum, & insepultū iacere patietur. Sed post diē  
tertium reuivisces, atq; inspectatibus, & mirantibus cum  
etis rapietur in calum. Rex verò ille teterrimus erit quidē  
& ipse, sed mendaciorum propheta, & seipsum constituet,  
ac vocabit Deum, & se coli iubebit vt Dei filium: & da-  
bitur ei potestas, vt faciat signa & prodigia; quibus visis  
irretiat homines, vt adorēt eum. Iubebit igne descendere de  
calo, & solem à suis cursibus stare, & imaginem loqui, et  
sicut haec sub verbo eius, quibus miraculū etiā sapientium  
plurimi allicientur ab eo. Tunc eruere templum Dei con-  
nabitur, & iustum populum persecetur: & erit pressu-  
ra, & contritio, qualis nunquam fuit à principio mundi.

Quicunq<sub>z</sub> crediderint, atq<sub>z</sub> acceſſerint ei; ſignabuntur eo tanquam pecudes. qui autem recuſauerint notam, aut in montes fugient; aut comprehenſi, exquifitū cunctis necabuntur. Idem iuſtos homines obuoluet libris prophetarum; atq<sub>z</sub> ita cremabit, & dubitur ei deflamebam terra mensibus quadraginta duobus. Id erit tempore iuſtitia proiectur, & innocentia odio erit; quoniam bonos hoſtiliter praedabuntur, non lex, aut ordo, aut disciplina feruabitur; non canos quisquam reuerebilitum officium pietatis agnoscet; non ſexus, aut infantia mifabitur. confundentur omnia, & miſcibuntur contra iura naturae. Ita quaſi vno communiq<sub>z</sub> latroni terra vniuersa vastabitur. Cum haec facta erunt, iuuuenient, & ſectatores veritatis ſegregabunt ſe à malis, & fugiunt in ſolitudines. Quo audito, impius rex inflammatuſuſ miet cum exercitu magno, & admotis omnibus copiis cundabit montem, in quo iuſti morabuntur, vi eos impingendat. Illi vero, vbi ſe clauſos vndiq<sub>z</sub>, atq<sub>z</sub> oſſefforū rint, exclamabunt ad Deum voce magna, & auxiliū leſte implorabunt; & exaudiet eos Deus; & emittat gem magnum de calo, qui eos eripiat, ac liberet, omnem impios ferro, igniq<sub>z</sub> diſperdat.

mitteret

**XVIII** HAE C ita futura eſſe, cū prophetā omnes ex spiritu, tum etiam vates ex iuſticiis demonū ceinere Hydaspes enim, quem ſuperius nominauit, deſcripta imitate ſeculi huius extremitati, pios, ac fideles à nocentibus expugnat, ait, cum ſletu, & gemitu extenſuros eſſe ad cibas manus, & imploraturos fidem Iouis, Iouem repellens ad terram, et auditurum voces hominum, atq<sub>z</sub> impiorum inſucturum. Qua omnia vera ſunt, preter vnum, quod uem dixit illa facturū, qua Deus faciet. Sed & illud ſine demonum fraude ſubtractum eſt; miſſum in ipaſ-

tunc filiu Dei, qui deletis omnibus malis pios liberet. quod Hermes tamē non diſimulauit. in eo enim libro, qui, λόγος τέλεios inſcribitur, poſt enumerationē malorum, de quibus diximus, ſubiecit haec, εἰπών διὰ ταῦτα φέρε γένη ται ἀσκητὴ τότε οὐ κύει Θεοὶ μὲν πατήρ οὐ θεός οὐ τὸ φρέσκον οὐ οὐδὲ θεοὺς θηριεργὸς ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις οὐ τῇ ἑαυτῇ βουλίσει τοῖς ποιέοις, τὸ ἀγαθὸν ἀντερέσσας τῇ ἀτάξῃ, οὐ ἀναγλεγάκεν Θεὸν τὸν πλάνων οὐ τῶν κατιτάνων οὐ τῶν μὲν ὑδρηπολῶν καταλύσας, ποτὲ δὲ τοιχὸν ὁζύτατον ἀπαγγέλους. ἐνιότε δὲ πολέμοις, οὐ λοιμοῖς ἐπιπέδοις οὐ παρηγένετο τὸ ἀρχαῖον οὐ ἀσκετάτησε τὸν ἔσωτρον κόσμον. Sibylla quoque non aliter fore ostendunt, quam ut Dei filius à ſummo patre mittatur; qui & iuſtos liberet de malis impiorum; & iniuſtos cum tyrannis ſauientibus debeat. è quibus vna ſic tradidit:

Ἔξει οὐ μακάρων ἐθέλων ἐξαλατεῖξε  
οὐ κέντης θεόθεν βαſιλεὺς πειραθεὶς ἐπ' ιδίων  
πάντας ὀλεῖ βαſιλεῖς μεγάλους οὐ φῶτας ἀρίστους  
εἰθ' εἴτος κρινεῖ Τέλος ἀφθονος ἀνθρώπουσι.

Item alia Sibylla:

οὐ τοτὲ ἀπ' ἡλιον πέμψει θεός βαſιλεῖα  
οὐ πόστας γαῖαν πάσσει πολέμοιο καίκοιο.

Et rursus alia: οὐ μετέργες δευτέρεια  
ζυγον δυσβάſακτον ἐπ' αὐχένι κείμενον ἀρεῖ  
οὐ δεσμὸς αὐθεός λύστη δεσμός τε βιαιός.

**OPPRESSO** igitur orbe terra, cū ad deſtruendam **xix** immēſarum virium tyrannidem humana opes defecerint; ſiquidem capto mundo cum magnis latronum exercitibus incubabit; diuino auxilio tanta illa calamitas indigebit. Commotus igitur Deus & periculo aſcipi, & miſeranda comploratione iuſtorum, mittet protinus liberatorem. Tunc aperietur celum medium intempeſta, & tenebroſa nocte;

Cautē lege

*vt in orbe toto lumen descendens Dei tanquam sus  
apparet. quod Sibylla his versibus locuta est:*

— ὅταπότ' ἀν τὸν

τῷρες εἰσαι σκότος θεὸς τῇ μεσῃ νυκτὶ μελαίνη,  
bac est nox, que nobis propter aduentū regis, ac Deini  
peruigilio celebratur. cuius noctis duplex ratio est, qui  
in ea & vitam tum recepit, cum passus est; & postea in  
terra regnum recepturus est. Hic est enim liberator, & u  
dex, & vltor, & rex, & Deus, quem nos Christum u  
mus, qui prius, quam descendat, hoc signum dabit. Cui  
repente gladius ē celo, ut sciant iusti ducem sanctam milia  
descensurum, et descendet comitantibus angelis in medius  
terre; & antecedet eum flamma inextinguibilis; & u  
ni angelorum tradet in manus iustorum multitudinem illar  
que montem circunsederit, et cōcidetur ab hora tertiarū  
ad vesperum; & fluet sanguis more torrentis, deleteri, &  
nibus copijs, impius solus effugiet; & peribit ab eorum  
sua. Hic est autem, qui appellatur Antichristus; sed si  
Christum mentietur; & contra verū dimicabit; & u  
ni effugiet; & bellum sepe renouabit; & sepe vincetur; den  
quarto prælio confectis omnibus impiis debellatis, & u  
ptus, tandem scelerum suorum luat pœnas. Sed & tam  
principes, ac tyranni, qui contriverunt orbem, simul cum  
eo vinciti adducentur ad regem; & increpabit eos, & iug  
uet; & exprobabit his facinora ipsorum; & damnab  
eos, ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia, &  
impietate compressa, requiescerit orbis, qui per tot seculū  
subiectus errori, ac sceleri, nefandam pertulit seruitutem.  
Non colentur vterius dī manu facti, sed à templi, & pū  
tinaribus suis decurbitata simulachra ignis dabuntur; &  
cum donis suis mirabilibus ardebunt. quod etiam Sibyl  
cum prophetis congruens futurum esse prædixit:

τρέψουσι δὲ εἰδωλα βροτοὶ καὶ τολετοὶ αὐγα.

Erythrae

*Erythrae quoque idem propoundit.*  
Ἱστα δὲ χειροποιητὰ θεῖν συμεκκαύσοντα.

POST hac aperientur inferi; & resurgent mortui; de x x  
quibus iudicium magnum idem ipse rex, ac Deus faciet;  
cui summus pater & iudicandi, & regnandi, dabit maxi  
mam potestatē. de quo iudicio, & regno apud Erythram  
Sibyllam sic inuenitur:

ὅταπότε καὶ τὸ λάζην τέλος αἰσχυνον οὐδὲ ζεοτοῖσι  
καὶ μὴ ἀφίξηνται χρόνος ἀθανάτου θεοῖο  
μέται τοῦ ἀνθρώπου μεγάλη χρόνος οὐδὲ καὶ ἀρχῆ.

Deinde apud aliam:

ταῦτα γένεται καὶ τότε μείζει γεῖα χαράσσει,  
μέτεν δὲ τὸ βῆμα θεοῦ βασιλεῖον ἀπαντει.

Et alio loco apud eandem,

ἔργον εἰλέξω γεῖας κευθύννας ἀνοίξω  
καὶ τοῦ ἀναστήσων νεκρὸς μοῖραν ἀναλύσας  
καὶ θανάτου κέντρον καὶ ὑπερον εἰς κρίσιν ἀξεῖ  
χρίσων εὐσεβεῶν καὶ δυσεβεῶν βίον ἀναγον.

Nec tamen vniuersi tunc à Deo iudicabuntur, sed ī tan  
tum, qui sunt in Dei religione versati. Nam qui Deū non  
agnouerunt; quoniam sententia de his in absolutionem fer  
ri non potest, iam iudicati, damnatiq; sunt, sanctis literis  
contestantibus, non resurrecturos impios in iudiciū. Iudi  
cabuntur ergo qui Deum scierunt; & facinora eorū, id est  
mala opera cum bonis collata ponderabuntur: vt si plura,  
& grauia fuerint bona; iustificentur ad vitam beatam; si <sup>instaque den</sup>  
autem mala superauerint, condemnentur ad pœnam. Hic vi.n.169.

fortasse dixerit quispiā Si est immortalis anima; quomodo  
paribilis inducitur, ac pœna sentiēt? Si enim nob̄ merita pu  
nietur, sentiet utiq; dolorē, atq; ita erit moriē. Si morti nō  
est obnoxia, nec dolori quidem paribilis igitur nō est. Huic  
questioni, sine arguento, à ſociis ita occurritur: Animas  
quidem

quidem in hominum permanere, nec interuentu mortis in nihilum resoluti; sed eorum, qui inest fuerunt, puri, & impatibiles, & beatas ad sedem cælestem, vnde illa origo sit, remeare; vel in casus quosdam fortunatos rapi, ubi fruatur miris voluptatibus: impios vero, quoniam se malis cupiditatibus inquinauerunt; medianam gerere immortalem, mortalemque, naturam; et habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis. cuius desideriis, ac libidinibus addicte, inelutibilem quendam fucum trahant, latè terrenam; qua cum temporis diurnitate penitus inhabent, eius natura reddi animas; ut si non extinguitibiles in toto, quoniam ex Deo sunt, tamen cruciabiles siant per corporis maculam; qua peccatis inusta, sensum doloris attribui. Quam sententiam poëta sic explicauit.

*Quin & supremo cum lumine vita reliquit,  
Non tamen omne malum miseris, nec funditus omnes  
Corporæ excedunt pestes; penitusque necesse est  
Multæ diu concreta modis inolescere miris.  
Ergo exercentur pœnæ, veterumque malorum  
Supplicia expendunt.*

Hac propemodum vera sunt.

*Anima enim, cum diuortium fecit à corpore; est, ut in  
idem poëta,*

*Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.  
quia spiritus est, & ipsa tenuitate incomprehensibili, sed  
nobis, qui sumus corporales; Deo autem, cui subiacet pœna  
omnia, comprehensibilis.*

xxi P R I M V M igitur dicimus, tantam esse Dei potestatem, ut etiam corporalia comprehendat, & quemadmodum voluerit, afficiat. Nam & angeli Dei metuum, quia castigari ab eo possunt inenarrabiliter quodam modo; & demones reformidant Deum, quia torquentur ab eo, ac puniuntur. Quid ergo mirum, si cū sint immortales anima-

tamen patibiles sint Deo? Nam cum in se nihil habeat solidum, & contractabile, à solidis, & corporalibus nullam vim pati possunt. sed quia in soli spiritibus viuunt; à solo Deo tractabiles sunt; cui virtus, ac substantia spiritualis est. Sed tamen docet nos sanctæ literæ, quemadmodum poenas impiorum sint laturi. Nam quia peccata in corporibus contraxerunt, rursus carne induentur; vt in corporibus piaculum soluant; & tamen non erit caro illa, quam Deus homini supericerit, huic terrenæ similis, sed insolubilis, ac permanens in eternum, vt sufficere posse cruciatibus, & igni semipaterno; cuius natura diuersa est ab hoc nostro, quo ad vita necessaria utimur. qui nisi alicuius materiae somite alatur, extinguitur. At ille diuinus per seipsum semper viuit, ac viget sine ullis aliamentis; nec admixtum habet fumum; sed est purus, ac liquidus, & in aqua modum fluidus. Nō enim vi aliqua sursum versus urgetur, sicut noſter; quem labes terreni corporis, quo tenerit, & fumus intermisus exilire cogit, & ad cælestem naturam cum trepidatione mobilis subuolare. Idem igitur diuinus ignis vna, eademque vi, atque potentia & creabit impios, & recreabit, & quantum est corporibus absimet, tantum reponet; ac sibi ipse eternum pabulum subministrabit. quod poëta in vulturem Tityi transtulerunt. ita sine ullo virilem corporum detritu reuirescentiū. mento aduret tantum, ac sensu doloris afficiet. Sed & iustos cum iudicauerit, etiam igni eos examinabit. Tum quorum peccata vel pondere, vel numero præualuerint, perfringentur igni, atque amburentur. quos autem plena iustitia, & maturitas virtutis incoxit, ignem illum non sentient. habent enim in se aliquid inde, quod vim flammam repellat, ac respuat. Tanta est vis innocentie, vt ab ea ignis ille refugiat innoxius; qui accepit à Deo hanc potestatem, vt impios vrat, iustis obtemperet. Nec tamen quisquam putet, animas post mortem protinus iudicari. omnes

*Cantœ lege.*

in una, communig<sub>z</sub>, custodia detinentur, donec tempus  
ueniat, quo maximus index meritorum faciat examen.  
Tum quorum fuerit probata iustitia, ij premium immor-  
talitatis accipient: quorum autem peccata, & scelerata  
detesta, non resurgent; sed cum impiis in easdem tenebris con-  
dendentur, ad certa supplicia destinati.

**xxii** FIGMENTA hac esse poëtarum quidam putant, ignorantes, unde illa poëta acceperint; ac negant haec posse. nec mirum est ita illis videri. Alter enim, quam habet, traditur a poëti, qui licet sint multo antiquiores, quam historici, & oratores, & catena genera scriptorum: tamen quia mysterium diuini sacramenti nesciebat, & eos metio resurrectionis futura obscurorum ore peruenientem vero temere, ac leuiter auditam, in modum cõmentia fabula prodiderunt. Et tamen ijdem testati sunt, in auctore se certum, sed opinionē sequi, vt Maro, qui ait: mihi fas audit a loqui. Quanvis igitur veritatis arcana parte corruerint: tamē ipsa res eo verior inuenitur, quia eum prophetis in parte consentiunt, quod nobis ad probatum rei satis est. Errori tamen eorum subest ratio nomina. Nam cum prophetæ a fidibus cōcionibus prædicarent, indicaturum esse de mortuis filiū Dei; et hac annuntiatione lateret; quoniam rectorem cali nō alium putabant esse, quam Iouem: iudicare apud inferos Iouis filium tradiderunt, sed tamen non Apollinē, aut Liberum, aut Mercuriū, qui tales putantur, sed\* Deum, qui et mortalis fuerit, et infelix, vel Minoēm, vel Aeacum, vel Radamanthū. Corruerunt igitur poëtica licentia, quod acceperant, vel opinio veritatem per diversa ora, sermonesq<sub>z</sub> varios dissipata mutauit. Nam quod peractū apud inferos mille annis, rursus ad rem restitui cecinerunt, Marone ita dicente:

H. as omnes, vbi mille rotam voluere per annos,

Leibniz

Lethæum ad flum Deus euocat agmine magno,  
Scilicet immemores supera ut connexa reuident,  
Rursus & incipiunt in corpora velle reueriri:

hac eos ratio fecellit, quod resurgent defuncti, nō post mille annos mortis sua: sed ut restituti rursus in vita mille annis cum Deo regnent. Deus enim veniet; ut orbe hoc ab omnibus labore purgato, rediuicias iustorum animas corporibus innovatis ad sempiternā beatitudinem suscitetur. Ita q<sub>z</sub> præter aquam obliuionis vera sunt catena, quam in circu finixerūt, ne quis illud opponeret. Cur ergo nō meminerunt se aliquando vivisse, aut qui fuerint, aut quæ gesserint? Sed nihilominus tamen verisimile nō putatur; & res tota velut licenter, & fabulose ficta respuitur. Nobis autem de resurrectione affirmantibus, & docentibus, animas ad alteram vitam non oblitias sui, sed in eodem sensu, ac figura esse reddituras, illud opponitur: Tot iam secula transierunt: quis vñquā vñus ab inferis resurrexerit, vt exemplo eius fieri posse credamus? At enim resurrectio fieri non potest, dominante adhuc iniustitia. Hoc enim seculo necantur homines vi, ferro, infideli, yenēis, afficiuntur iniuriis, egestate, carceribus, tormentis, procriptionibus.\* Eodem accedit, quod iustitia iniusta est; quod omnes, qui Deum sequi volunt, non tantum odio habentur, sed vexantur omnibus contumelias, & execratiūt multipli genere pœnarum; & ad impios cultus fabricatorum Deorum non ratione, aut veritate, sed nefanda corporum laceratione coguntur. Num igitur operari ad hac eadem resurgere, & reuerti homines ad vitam, in qua nulli esse nō possint: Cū ergo iusti tā viles habeantur, \*vitam facile tollantur: quid patremus futurū fuisse, si quis ab inferis rediēs vitam postliminio recepisset? Auferretur profecto ab oculis hominū, ne viso eo, vel auditō, Deos vniuersi relinquerent, & ad vnius se Dei cultum, religionēq<sub>z</sub> conuerterent. Ergo semel fieri resurrectionem necesse est,

cum

cum malū fuerit ablatum; quoniam eos, qui resurrexerint, nec mori iam ulterius, nec violari ullo modo fas est, ut humanū possint agere vitam, quorū mors resignata est. Pōētā verò, cum scirent, hoc seculū malis omnibus redundare, illuīonis amittē inducerunt; ne laborum, ac malorum memores anima reverti ad superos recusarent. vnde Virgilii.

O pater, an' ne aliquas ad calum hinc ire putandum?  
Sublimes animas, iterumq; ad tarda reverti

Corpora? qua lucis miseric tam dira cupido?  
Ignorabant enim quomodo, aut quando id fieri oportet, ita renasci eas putauerunt, et denuo ad veterū reuolvi, qd ad infantia regredi. Vnde etiam Plato de anima distin̄ ex hoc ait posse cognosci animas esse immortales, atque uinas, quod in pueris mobilia sunt ingenia, & ad peripetiam facilis; quod ea, quae discant, ita celeriter rapiant, non tunc primum discere illa videantur, sed recognoscant, arg; reminisci, in quo vir sapiēs poētis ineptissime creditur.

**xxiiii.** Non igitur renescuntur, quod fieri non potest, sed surgent, & à Deo corporibus induētur; & prioris vita, & eorumq; omnīū memorē erunt; et in bonis caelēstib; locatæ, ac fruentes iucunditate innumerabilium copiarum presenti Deo gratias agent, quod malum omne deterrit, quod eos ad regnum, vitamq; perpetuam suscitarit. Quod anastasi philosophi quoq; dicere aliquid conati sunt tam corrupte, quam poēta. Nam Pythagoras transire anima in noua corpora disputauit, sed inēpte, quod ex hominib; in pecudes, & ex pecudib; in homines, & seipsum ex Euphorbo esse reparatum. Melius Chrysippus; quē Cicero fulcire porticum stoicoru; qui in libris, quos de prouidencia scripsit, cum de innouatione mūdi loqueretur, hac intulitōtou; dē & tws ἔχοντος, διλον ὡς εἰδέντων εἰδύτων, γηγενῆ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν πεισόντων εἰληφεν-

χέρας εἰς οὐν υῦν ἐσμὲν κατασκοπεῖς χίμα.

Sed nos ab humanis ad diuinā redeamus. Sibylla dicit haec:

δύωσισον γδ ἀταν μερόπων γένεθλον. ἀλλ ὁ ταν οὐδην  
κέρδης καὶ διντῶν ἀλλην κρίσις ίννη θεᾶς αὐτῶς  
πονήσει κρίσιν ἀπεβεβητος δ' ἄμα εὐτελέστε,  
καὶ τότε διατελέας μὲν ἐπὶ ζέφον εὺ πυρὶ πέμψει.  
ὅσοι δ' εὐτελέας πάλιν ζέστος ἐπὶ γαίης  
πενημα θεῖον λόντος, πιμὴν ἄμα καὶ βίον αὐτοῖς.

Quod si non modo propheta, sed etiam vates, & poēta, & philosophi anaſtaſim mortuorum futuram esse cōſentiantur: nemo querat a nobis, quēadmodum fieri posſit. Nec enim diuinorum operū reddi potest ratio. Sed si à principio Deus hominē nescio quo inenarrabili modo instituit: credamus, ab eodem restitui veterem posſe, qui nouum fecit.

N V N C reliqua subnectam. Veniet igitur summi, & **xxxiv**  
maximi Dei filius, vt viuos, ac mortuos iudicet, testante, atque dicente Sibylla,

τάσσεις γδ γαῖας τότε διντῶν σύγχυσις ἐσαι  
αὐτῶς οἱ παντοκράτες δὲ τὸν ἄλλην βίου πάπικρινε  
ζόντων καὶ νεκρών τὸν ψυχάς καὶ κόσμον ἀπεντά.

Verum ille, cum deleuerit iniustitiam, iudicūmque maximum fecerit, ac iustos, qui à principio fuerunt, ad vitam restaurauerit, mille annis inter homines versabitur, eosq; iustissimo imperio reget. Quod alibi Sibylla vaticinans, furensque proclamat:

καὶ οὐτε δέ με μέροτες βασιλεὺς αἰώνιος ἀρχή.  
Tum qui erunt in corporibus viui, non morientur, sed per eosdem mille annos infinitam multitudinem generabunt;  
& erit soboles eorum sancta, & Deo cara. Qui autem ab inferis suscitantur, γηγενῆ πρaeerunt viuentibus velut indices. Gentes verò non extinguentur, omnino; sed quadam relinquentur in victoriā Dei; vt triumphentur a iustis, ac

Canté leḡ dy hor  
Cagut, et duo  
ſequentia.

*Subiungentur perpetuae seruituti. Sub idem tempus etiam  
princeps demonum, qui est machinator omnium malorum, catherinis vincietur, & erit in custodia mille annis  
lestis imperij, quo iustitia in orbe regnabit, nequod malum aduersus populum Dei molieratur. post cuius adver-  
tum congregabuntur iusti ex omni terra; peracto milie-  
cio, ciuitas sancta constituetur in medio terrae, in qua ip-  
conditor Deus cum iustis dominantibus cōmōderet. qua  
ciuitatem Sibylla designat, cum dicit:*

ἡ ἀστέριν, ἦν ἐποίησε δέος, ἀντὶ τοῦ ἐποίησε  
λαμπρότερον ἄρχον, ἢ ἡλίον, ἢ δὲ σελήνην.

*Tunc auferentur à mundo tenebrae ille, quibus offundita  
atq[ue] obcœcabitur celum; & luna claritudinem solis sup-  
petit, nec minuerit ulterius. Sol autem septies tanto quam  
nunc est, clarior fiet. Terra vero aperiet facundiam  
suam, & uberrimas fruges sua sponte generabit. impa-  
monium melle sudabunt: per riuos vina decurrent: e  
flumina lacte inundabunt. Mundus denique ipse gaudet,  
& omnis rerum natura lætabitur, erecta & liberalata  
minio mali, & impietas, & sceleris, & erroris. Non  
stie per hoc tempus sanguine alementur, non aues preda;  
quieta & placida erunt omnia. leones & vituli ad pse-  
pe simili stabunt: lupus ouem non rapiet: canis non ren-  
bitur: accipitres & aquila non nocebunt: infans cum sa-  
penitibus ludet. Denique tunc fient illa, qua poëta anni  
temporibus facta esse iam Saturno regnante dixerunt.  
Quorum error hinc ortus est, quid propheta futurus  
pleraque sic proferunt, & enuntiant, quasi iam peralii  
Visiones enim diuino spiritu offerebant oculis eorum  
videbat illa in conspectu suo quasi fieri, ac terminari. Quo  
xatricim eorum cum paulatim fama vulgasset; quonia  
profani a sacramento, ignorabant quatenus dicerent com-  
plete iam esse veteribus seculis illa omnia putauerunt; quia*

*utique fieri, completiq[ue] non poterant homine regnante.  
Cum vero deletis religionibus impius, & scelere comppresso,  
subiecta erit Deo terra:*

*Cedet & ipse mari vector; nec nautica pinus  
Mutabit merces, omnis seret omnia tellus.  
Non rastros patietur humus, non vinea falcem.  
Robustus quoque iam tauris iuga solvet arator.  
Tunc etiam molli flavescat campus aristæ;  
Inculpisque rubens pendebit sentibus vua;  
Et duræ quercus sudabunt roscida mella;  
Nec varios discet mentiri lana colores.  
Ipse sed in pratis aries iam suave rubent;  
Murice, iam croceo mutabit vellera luto.  
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.  
Ipse lacte domum referent distenta capella.  
Vbera, pecus magno metuent armenta Leones.*

*Quæ poëta secundum Cumæ Sibyllæ carmina prælocu-  
tus est. Erythraea vero sic ait:*

οὐδὲ λύκοι σὺν ἄρνεσ' ἐν ἔρεσιν ἀμαλλάζου. Ι.  
χόρτου γδὲ λίσσες τ' ἐσφίσσου ἀμα βόσκον. Ι.  
εργοτοι σὺν μόχοισιν ὁ μοῦνος πάσι βοσκοῖσι.  
σφραγόθετο τελέων φάγετ' ἀχυρον τέλεα φάτναις.  
σὺν βρέφεσιν τε δράκοντες ἀμάτορει κακίστον. Ι,  
Et alio loco de ubertate rerum;

καὶ τὸ τε διὸ χαρὰν μεγάλων δέος ἀνδράσι δώσει  
καὶ γῆ γῆ δένδρα λέας επεσταθρέμματα γαίας  
δώσουσιν γραπτὸν τὸν ἀλιθινὸν ἀνδράσια οἰον  
οὐρανού μέλιτος θεοῖς γλυκέως, λευκάτε γαλακτος  
καὶ σίου, δημητρίον δέ τε δέσμον βροτοῖς καλλισον εἰσάγων.

*Et alia eodem modo:*

εὐτελέσσον δὲ μόνον ἀγία λόβον πάντα τάδε οἶστε.  
νῦν μα μέλιτος ἄπο τέττας ἡδονὴ πηγῆς  
καὶ γαλατὸς ἀμφεροῖσιν φέύσῃ πάντας δικλιός.

Vivunt itaq; homines tranquillissimam vitam, & cōfissimam; & regnabant cum Deo pariter, & reges gētae  
venient à finibus terrae cum donis, ac muneribus, ut al-  
ren, & honorificent regem magnum; cuius nōmē erit pu-  
clarum, ac venerabile vniuersis nationibus, qua subi-  
erunt, & regibus, qui dominabuntur in terra.

**x x v** Hæc sunt, que à prophetis futura dicuntur, quoniam  
testimonia, & verba ponere opus non esse duxi; quoniam  
esset infinitum; nec tantam rerum multitudinem men-  
ra libri caperet, tam multis uno spirito similia dicentib;  
simulg; ne fastidium legentibus fieret, si ex omnibus colla-  
cta, & translatā congererem; præterea ut ea ipsa, quæ  
cerem, non nostris, sed alienis potissimum literis confir-  
rem, doceremque, non modo apud nos, verum etiam apud  
eos ipsos, qui nos insectantur, veritatem consignatam  
neri, quam recusant agnoscere. si quis autem diligenter  
hæc voluerit scire; ex ipso fonte hauriat; & plura, quæ  
nos in his libris complexi sumus, admirabilia reperiatur.  
Futasse quæstiam nunc requirat, quando o ista, qua diximus  
sint futura. Iam superius ostendi, completis annorum sa-  
millibus mutationem iustum fieri oportere, & iam pro-  
quare summum illum conclusionis extrema diem. De-  
gnis que predicta sunt à prophetis, licet noscere, prædi-  
runt enim signa, quibus consumatio temporum ex-  
pectanda sit nobis in singulos dies, & timenda. Quæ  
tamen compleatur hæc summa, docent ij, qui de tem-  
bus scripsierunt, colligentes ea ex literis sanctis, & ex nu-  
meris historiis, quantus sit numerus annorum ab exi-  
bundi. qui licet varient, & aliquantum numeris  
summa dissentiat; omnis tamen expectatio non amplius  
quam ducentorum videtur annorum. Etiam res ipsa  
clarat, lapsum, ruinamq; rerum brevi fore nisi quod in-

lumi vrbe Roma nihil istiusmodi videtur esse metuendum.  
At vero cum capui illud orbis occiderit, & pōm esse cō-  
perit, quod Sibylle fore aīunt: quis dubitet venisse iam fi-  
nem rebus humanis, orbisq; terrarum? Illa est enim ciuitas,  
qua adhuc sustentat omnia: precandusq; nobis, & ado-  
randus est Deus celi; si tamē statuta eius, & placita differ-  
ri possunt; ne citius, quam putemus, tyrannus ille abomi-  
nandus veniat, qui tantū facinus molitur, ac lumen illud  
effodiāt, cuius interitu mundus ipse lapsurus est. Nunc ad  
cetera exequenda redeamus, quæ deinceps secutura sunt.

**DIXIMVS** paulo ante, in principio regni sancti fo- **XXVII**  
re, ut à Deo princeps dæmonum vinciatur. Sed idem, cum  
mille anni regni, hoc est septem millia cōperint termina-  
ri; soluetur denuo, & custodia emissus exibit; atque omnes  
gentes, que tunc erunt sub ditione iustorum, concitatib; ut  
inserant bellum sanctæ ciuitati; & colligetur ex omni orbe  
terra innumerabilis populus nationū; & obsidebit, & cir-  
cundabit ciuitatem, tunc veniet nouissima ira Dei super  
gentes, & debellabit eas usq; ad vnum, ac primum concu-  
rit terram quām alidissime; & à motu eius scindentur  
montes Syria; & subsident colles in abruptum; & muri  
omnium ciuitatum corruent; et statuer Deus solem, triduo-  
ne occidat; et inflammabit eum; & descendet astus nimius,  
& adiutor magna supra perduelles, & impios populos, &  
imbras sulfuris, & grandines lapidum, & guttae ignis; &  
liquefiant spiritus eorum in calore; & corpora conteretur  
in grandine; & ipse se inuicem gladio ferient; et replebun-  
tur montes cadaveribus; & campi operientur ossibus. Po-  
pulus autē Dei tribus illis diebus sub concauū terra occul-  
tabitur; donec ira Dei aduersus gentes extremū iudicium  
terminet. Tunc exibunt iusti de latebris suis, & inuenient  
omnia cadaveribus, atq; ossibus testa. Sed & genus omni-

impiorū radicibus interibit; nec erit in hoc mundo nisi  
natio amplius, præter solā gentē Dei. tū per annos sp̄  
perpetuē iniactā erunt filii; nec excidetur de mōlē  
num. Sed arma gētium cōburentur; et iam nō erit mōlē  
sed pax, & requies sempiterna. Cum vero cōpletū sā  
mille anni, renouabitur mōdus à Deo; et calū cōpitalis  
et terra mutabitur; et trāsformabit Deus homines in  
lititudinē angelorum; & erunt candidi, sicut nix; & m  
buntur semper in cōspectu omnipotēti; & domino su  
cōscibant; & seruient in aternū. Eodem tempore su  
cunda illa, & publica omnium resurrectio, in qua em  
buntur iniusti ad cruciatū sempiternos. Si sunt quā  
facta coluerunt; qui dominū mundi, ac patrem vel i  
runt, vel abnegauerunt. Sed & dominus illorū conve  
stis suis cōprehendet, ad pœnamq; dānabit; & non  
pariter omnis turba impiorū pro suis facinoribus in  
cōctu angelorum, atq; iustorum perpetuo igni cremabū  
aternum. Hec est doctrina sanctorum prophetarum, &  
christiani sequimur: hec nostra sapientia: quā si q  
fragilia colunt, vel inanē philosophiam querunt; tam  
stultitiam vanitatemq; derident, quia non defendunt  
publice, atq; afferere nos solemus, Deo iubente, ut que  
ac silentes arcanum eius in abdito, atq; intra nostram  
scientiam tencamus; nec aduersus istos verē profane  
non discendi, sed arguendi, atque illudendi gratia  
menter Deum, ac religionem eius impugnant, p  
contentions certemus. Abscondi enim, regique mysti  
quām fidelissime oportet, maxime à nobis, qui nomē  
gerimus. Verum illi hanc taciturnitatem nostram, in  
malam conscientiam, criminantur. vnde etiam quā  
execrabilis opiniones de pudicis, & innocentibus  
& libenter his, quā finixerunt, credunt.

\* Sed omnia iam sanctissime imperator figmenta

sunt, ex quo te Deus summus, ad restituendum iustitia do  
miciliū, & ad tutelam genitrix humani excitauit. Quo  
gubernante Rōmane R. P. statum, iam cultores Dei pro  
sceleratis, ac nefaris non habemur. Iam emergente, atque  
illustrata veritate non arguimus vt iniusti, qui opera iu  
stitia facere conamur. Nemo iam nobis Dei nomen expro  
brat. Nemo irreligiosus vlerius appellatur; qui soli om  
nium religiosi sumus; quoniam contempti imaginibus  
mortuorum, viuum colimus, & verum Deum. Te proti  
denta summa diuinitatis ad fastigium principale proue  
xit; qui posses vera pietate aliorum male consulta rescī  
dere; peccata corrigerē; saluti hominum paterna clemen  
tia prouidere; ipsos deniq; malos à R. P. summouere quos  
summa pietate deiectos, in manus tuas idē Deus tradidit,  
vt esset omnibus clarum, quā sit vera maiestas. Illi enim,  
qui vi impias religiones defenderent, calefis, ac singularis  
Dei cultum tollere voluerunt; profligati iacent. tu autem,  
qui nomen eius defendis, & diligis, virtute, ac felicitate  
propollens, immortalibus tuis gloriis beatiss. frueris. Illi pœ  
nas sceleris sui & pendunt, & pepēderunt. te dextera Dei  
potens ab omnibus periculis protegit: tibi quietum, tran  
quillumq; moderamen cum summa omnium gratulatione  
largitur. Nec immerito rerum dominus, ac rector te poti  
sum delegit, per quem sanctā religionem suam instau  
ret, quoniā unus ex omnibus exitisti, qui præcipua vir  
tutis, & sanctitatis exempla præberes; quibus antiquorum  
Principium gloriam, quos tamen fama inter bonos nume  
rat, non modo aequares, sed etiam (quod est maximum)  
prætorires. Illi quidem natura fortasse tam similes iustis  
fuerunt, qui enim moderatorem universitatē Deum igno  
rat; similitudinem iustitiae assequi potest, ipsam vero non  
potest. Tu vero & morū ingenita sanctitate, & veritatis,  
& Dei agnitione in omni actu iustitia opera consumas;

Quae sunt in  
ter has stellula  
ras defunct in  
plerisque an  
tiquis codici  
bus.

Erat igitur cōgruens, ut in formando generis humani  
tu te auctore, ac ministro diuinitas viceretur. Cui nos quidem  
precibus supplicamus, ut te in primis quem tam  
cūstodem voluit esse, cūstodias: deinde inspice tibi vole-  
tatem, qua semper in amore diuini nominis perseuerari.  
Quod est omnibus salutare; & tibi ad felicitatem, &  
teris ad quietem. \*

*Quoniam* recursus propo-  
peruecti operis septem spatiis, ad metam \* prouecti sumus; supponit  
ut exhortemur omnes ad suscipiendam cum vera religione  
sapientiam; cuius vis, & officium in eo venit,  
ut contemptis terrestribus, & abiectis erroribus, que-  
bus antea tenebamur, fragilibus seruientes, & stolidis  
concupiscentes, ad aeterna cælestis thesauri præmia ducen-  
mur. qua ut capere possumus; quā primum omittenda  
huius præsentis vita illicibiles voluptates, qua anima  
minum pernicioſimam suavitate deliniunt. Quāta felicitas  
existimanda est, subtraetū his labiis terra, proficiunt  
illum aquifimū iudicem, parentemq; indulgentissimam  
pro laboribus requie, pro morte vita, pro tenebris clanculi  
pro terrenis, ac brevibus bonis aeterna, & cælestia langu-  
tur. cum qua mercede acerbitates, ac miseria, quas pati-  
timur in hoc mundo, facientes opera iustitia, & cōseri, et in-  
quari nullo modo possunt. Proinde si sapientes, si beatissimi  
volumus, cogitanda, & proponenda sunt nobis non tam  
Tarentiana illa; molendum esse usq; in pistrinū, vapula-  
dum, habenda cōpedes; sed his multo atrociora: carni-  
thene, tormenta patienda; sustinēdi dolores, mors denique  
ipsa & suscipienda est, & ferēda: cum liqueat consuetu-  
nosta, nec fragilem istam voluptatem sine pena, nivis  
retum sine diuino præmio fore. Vniuersos igitur opera-  
operam dare vel ut se quamprimum ad rectam viam dinge-  
\* ut susceptis, operatisq; virtutibus & huius vita labore  
patienter exactis, consolatorem Deum habere meream-  
vel

Pater enim noster, ac Dominus, qui condidit, firmauit q; calum, qui solem cum ceteris syderibus induxit, qui libra-  
tam magnitudine sua terram valiavit montibus, mari cir-  
cundebit, amnibusq; distinxit; & quicquid est in hoc ope-  
re mundi, conflauit, ac perfecit ē nihil; perspectis erroribus  
hominum, ducem misit, qui nobis iustitia viam panderet.  
hunc sequamur omnes; hunc audiamus; huic deuotissime  
pareamus; quoniam solus, vt ait Lucretius,

Veridicis hominum purgauit pectora dictis:

Et finem statuit \* cupedini, atq; timoris:

torpedinis

Exposuitq; bonum summum, quo tendimus omnes,

paruo

Quid foret; atq; viam monstrauit limite \* puro,

Qua possemus ad id recto contendere cursu.

Nec monstrauit tantum, sed etiam præcessit; ne quis diffi-  
cultatis gratia iter virtutis horreret. Deseratur (si fieri po-  
test) via perditionis, & fraudis; in qua mors voluptatis il-  
lecebris adoperta celatur. Et quanto quisque annis in se-  
nectutem vergentibus appropinquare cernit illum diem,  
quo sit ei ex hac vita demigrandum; cogite, quam purus  
abscedat; quam innocens ad iudicem veniat; non ut fa-  
ciunt, \* quorum cæcis mentibus, qui iam deficientibus cor-  
poris viribus, in hoc admonentur instantis ultimæ necessi-  
tatis, ut cupidius, ut ardenter hauriendis libidinibus in-  
tendant. Qua ex voragine liberet se quisque, dum licet,  
dum facultas adeat, seq; ad Deum tota mente conuertat;  
ut illū diē securus expectet, quo preses, dominusq; mundi  
Deus de singulorū factis, cogitationibusq; iudicabit: qua-  
cunque hic expetuntur, non tantū negligat, sed & fugiat;  
potioremiq; animā suam iudicet, quam bona ista fallacia;  
quoruī incerta, & caduca possesso est. migrant enim quo-  
tidie, & multo velocius exeunt, quam intrauerant; & ta-  
men, si nobis usq; ad ultimum liceat istu frui, alijs certè  
relinquenda sunt. Nihil nobiscum ferre possumus, nisi viua  
e s bene,

442 DE DIVIN. PRÆM. LIB. VII.  
bene, atque innocenter attam. Ille ad Deum copiosus, opulentus adueniet, cui astabunt continentia, misericordia, patientia, caritas, fides. Hæc est hereditas nostra, nec eripi cuiquam, nec transferri ad alterum potest. Eius est, qui hac bona parare, ac adquirere sibi velit? Venerant, qui esuriunt; ut caelesti cibo saturati, sempiternam famem ponant. veniant, qui sitiunt; vt aquam salutare de perenni, caelestiq; fonte plenissimi saucibus trahant. Hoc cibatu, atque potu Dei & cœci videbunt, & fundatim, & muti loquentur, & claudi ambulabunt, & sicut sapient, & agroti valebunt, et mortui reuiniscunt. Quis enim corruptelas terræ virtute calcauerit; hinc alter ille summus, & verax ad lucem, vitamq; perpetua suscitabit. Nemo diuitijs, nemo fascibus, nemo etiam regi potestate confidat. immortalem ista non faciunt. Nam quicunque rationem hominis abiecerit; ac praesentis statutis, in humum se ipse prostrauerit: tanquam desertor Domini, & imperatoris, & patris sui punietur. Intendamus ergo iustitiae; que nos inseparabilis comes ad Deum suum perducet; &, dum spiritus hos regit artus, infatigabili militiam Deo militemus; stationes, vigiliasq; celebremus, cōgregiamur cum hoste, quem nouimus, fortiter; vt vires, ac deuictio aduersario triumphates, premium virtutis, quod ipse promisit, à Domino consequamur.

L. Cœli.

443  
L. COELII FIRMIANI  
LACTANTII DIVINARVM  
INSTITUTIONVM AD DONA-  
TVM, LIBER VNVS:

De ira Dei.

Nimaduersti sape, Donare, plurimos existimare (quod etiam nonnulli philosophorum putauerunt) non irasci Deum, quoniam vel benefica sit tantummodo natura diuina; nec cuiquam nocere, præstantissima, atque optimæ congruat potestati; vel certè nil curet omnino, vt neque ex beneficentia eius quicquam boni perueniat ad nos, neque ex maleficentia quicquam mali. Quorum error, quia maximus est, et ad euertendum vitam humana statum spectat; coarguendus est à nobis, ne ipse fallaris, impulsus auctoritate hominum, qui se putant esse sapientes. Nec tamen nos tam arrogantes sumus, vt comprehensam nostro ingenio veritatem gloriemur: sed doctrinam Dei sequimur; qui scire solus potest, & reuelare secreta. Cuius doctrina philosophi expertes, existimauerunt naturam rerum coniectura posse deprehendi. Quod nequaquam fieri potest. quia mens hominis, tenebroso corporis domicilio circumspecta, longè à veri perspectione summota est: & vi.n. 170. hoc differt ab humanitate diuinitatis; quod humanitatis est ignoratio, diuinitatis scientia. Vnde nobis aliquo lumine opus est ad depellendas tenebras, quibus offusa est hominis cogitatio; quoniam in carne mortali agentes, nostris sensibus diuinare non possumus. Lumen autem mentis humana Deus est. quem qui cognouerit, & in pectus admiserit; illuminato corde mysterium veritatis agnoscet. remoto autem Deo, caelestiq; doctrina, omnia erroribus plena sunt. recteque Socrates, cum esset omnium

omnium philosophorum doctrinam; tamen ut ceteri argueret inficiā, qui se aliquid tenere arbitrabantur, se nihil scire, nisi vnum, quod nihil sciret. Intellexit enim doctrinam illam nihil habere in se certi, nihil veri, nec, n*ipse* putabant quidam, disimulauit ipsam doctrinam, ut alii refelleret, sed vidit ex parte aliqua veritatem, testisq*e* est etiam in iudicio (sicut traditur à Platone) quod null*est* esset humana sapientia: adeoq*ue* doctrinam, qui tum philosophi gloriabantur, contempnit, derisit, abiecit; ut id ipsa pro summa doctrina profiteretur, quod nihil scire didicisset. Si ergo nulla est sapientia humana, vt Socrates docuit, vt Plato tradidit; apparet esse diuinam, nec ulli ali*o*, quia Deo, veritatis notitiam subiacere. Deus igitur noster *solo* est, in quo sola veritas est. Ille mundi parens, & conditor rerum; qui oculis non videtur, mente vix cernitur. Cuius religio multis modis impugnari solet ab ijs, qui nequerunt sapientiam tenere potuerunt; neq*ue* magni, & califici arcani comprehendere rationem.

*II.* NAM cūm sint gradus multi, per quos ad domicilium veritatis ascenditur, non est facile cuilibet eueni ad summum. Caliginibus enim veritatis fulgore luminebus, qui stabilem gressum tenere non possunt, reculerunt in plenum. Primus autē gradus est, intelligere falsas religiones, & ab iycere impios cultus Deorum humana manu fabricato*r*um; Secundus vero, percipere animo, quod vnu sit Deus summus, cuius potestas, ac prouidentia effecerit a principiis mundū, & gubernet in posterum; Tertius, cognoscere ministerium eius, ac nuntium, quem legauit in terrā; quodcente liberati ab errore, quo implicati tenebamus, formatiq*e* ad veri Dei cultum, institutionem disceremus. ex quib*us* omnibus gradibus, vt dixi, pronus est lapsus, & faciliter inveni*n*ā, nisi pedes inconcussa stabilitate figantur. De prima gradu

gradu eos excuti videamus, qui, cūm falsa intelligentia, tamen verum non inueniunt; contemptu*q*, terrenis, fragilibusque simulachris, non ad colendum se Deum conferunt, quem ignorant; sed mundi elementa mirantes, calū, terrā, mare, solem, lunam, ceteraq*ue* astrā venerantur. Sed imperitiam horum iam coargimus in secundo diuinarū institutionū libro. De secundo vero gradu eos dicimus cadere, qui consciunt, vnum esse suum Deum. idem tamen à philosophis irretiti, & falsis argumentationibus capti, aliter de vniqa illa maiestate sentiunt, quam veritas habet; qui aut figuram negant habere villam Deum; aut ullo affectu commoueri putant; quia si omnis affectus imbecillitatis, que in Deo nulla est. De tertio vero iij precipitantur, qui cūm sciunt legatum Dei, eundemq*ue* diuini, & immortalis templi conditores, tamen aut non accipiunt eum, aut aliter accipiunt, quam fides poscit. quos ex parte iam refutauimus in quarto supradicti operis libro, & refutabimus postea diligenter, cūm respōdere ad omnes sectas cœperimus, que veritate, dum disputant, perdididerunt. Nunc vero contra eos differemus, qui de secundo gradu lapsi prava de summo Deo sentiunt. Auent enim quidam, nec gratificari eum cūquā, nec irasci, sed securum, & quietum immortalitatis sua bonis perfraui. Illi vero iram tollunt gratiam relinquunt Deo. naturam enim summa virtute praestātem, vt non maleficam sic beneficam esse debere. ita omnes philosophi de ira consentiunt, de gratia discrepant. Sed vt ad propositam materiam per ordinē descendat oratio; huiusmodi facienda nobis, & exequēda partitio est; cūm diuersa sequenda & regugnantia sint, ira, & gratia. Aut ira tribuenda est Deo, & gratia detrahēda; aut vtrung*q*, detrahendū. Aut neutrum vi. n. 171. gradus inueni*n*ā.

inueniri. Consideremus singula; vt nos ad latebras vniuersitatis, & ratio, & ordo deducat.

**I I I** **P R I M V M** illud nemo de Deo dixit vñquam, quod eum tantummodo, et gratia nō moueri. est enim uenientis Deo, vt eiusmodi potestate sit prædictus, quoniam oblitus; prodeſſe vero, ac beneſſere nequeat. Quæratio, quæſſes ſalutis hominibus proposita eſt, ſi malum tantummodo auctor eſt Deus? **Q u o d** ſi ſit: iam magilla venerabilis, non ad iudicium potestatem, cui licet ſorire, ac liberare, ſed ad tortorū, & carnificis officium defertur. Cūm autem videamus, non modo male eſſe in rebus humanis, ſed etiā bona: **vñq; si** Deus eſt auctor male eſſe alterum neceſſe eſt, qui contraria Deo faciat, & nobis bona. Si eſt; quo nomine appellandus eſt? aut cum bis, qui male faciat, malior eſt, quam ille, qui beneſſet. Nihil potest eſſe præter Deum, absurdum eſt, et vanum uitnam putare potestate, qua nihil eſt maius, nihil nocere poſſe, prodeſſe non poſſe. & ideo nemo extinxeret id dicere; quia nec rationem haberet, nec uolum potest credi. **Q u o d** quia conuenit, tranſcamus; & uarem alibi requiramus.

**I I I I** **Q V O D** ſequitur, de ſchola Epicuri eſt, ſicut in Deo non eſſe, ita nec gratianam quidem. Nam cūm puto Epicurus alienum eſſe à Deo, malum facere, atq; maledicere ex affectu iracundie plerūq; nascitur: adenim beneſcenſiam; quoniam ridebat conſequēs eſſe, vt ſihabent Deum, habeat & gratiam. Itaq; ne illi uitium contaret, etiā virtutis fecit expertem. Ex hoc, inquit, beatus incorruptus eſt, quia nihil curat, neq; habet ipſe neglegit, alteri exhibet. Deus igitur non eſt, ſi nec mouetur quod eſt propriū viuentis: nec facit aliiquid impossibilemini; quod eſt propriū Dei, ſi omnino nullam habet rationem.

etatem, nullum actum, nullam deniq; administrationē, quæ Deo digno ſit. Et quæ maior, et quæ dignior administratio deo aſſignari potest, quam mundi gubernatio, quam cura viuentium, maximiq; generis humani, cui omnia terrena ſubiecta ſunt? Quæ igitur in Deo potest eſſe beatitudo, ſi ſemper quietius, et immobileſſe torpet? ſi precantibus ſurdus, ſi coalentibus caecus? Quid tam dignum, tam propriū Deo, quam prouidentia? Sed ſi nihil curat, nihil prouideſſet, amifit omnem diuinitatem. Qui ergo totā viam, totam Deo ſubſtatiam tollit, quid aliud dicit, niſi Deum omnino nō eſſe? Deniq; M. Tullius à Poſſidonio dictum refert, id Epicurum ſenſiſſe, nullos Deos eſſe; ſed ea, quæ de dijs locutus ſit, depellenda inuidia cauſa dixiſſe: itaq; verbiſſe illum Deos relinquare, re autem ipsa tollere, quibus nullum motū, nullum tribuit officiū. **Q u o d** ſi ita eſt: quid eo fallacius? quod à ſapiente, & graui viro debet eſſe alienum. Hic vero ſi aliud ſenſiſſe, & aliud locutus eſt; quid aliud appellandus eſt, quam deceptor, bilinguis, malus, et propterea ſtultus? Sed non erat tam ueritus Epicurus, vt fallendi ſtudio iſta loqueretur; cum hac etiam ſcriptis ad eternam memoriam consignemus: ſed ignorantia veritatis errauit. **\*inductus** **confignariſſe**: ſed ignorantiā veritatis errauit. **\*inductus** **confignariſſe** enim a principio veriſimilitudine vniuersi falſa ſenſiſſe, neceſſario in ea, quæ ſequabantur, incurrit. Prima enim ſententia ſuit, iram Deo non conuenire. **Q u o d** cūm illi verū, & inexpugnabile videretur; non poterat conſequentia reſecare; quia uno affectu amputato, etiam ceteros affectus adimere Deo, neceſſitas ipſa cogebat. Ita qui nō iraſcitur, vñq; nec gratia mouetur; quod eſt ira contrarium. iam ſi nō ira in eo, nec gratia eſt; vñq; nec metus, nec latititia, nec moror, nec misericordia. Una eſt enim ratio cunctis affectibus, vna commotio; quæ in Deū cadere nō potest. **Q u o d** ſi nullus affectus in Deo eſt; quia quicquid afficitur, imbecillum eſt: ergo nec cura vñius rei, nec prouidentia eſt in eo.

Hucuſq;

Hucusq; peruenit sapientis homini disputatio, cum sequitur; obticuit. scilicet, quia nec cura sit in eo, nec prudenter; ergo nec cogitationem aliquam, nec sensum esse vultum, quo efficitur, ut non sit omnino. Ita cum guttum descedisset, in extremo gradu cōstituit; quia impeditum videbat. Sed quid prodest reticuisse, ac penitus disimulasse? Necesse est illum vel initium cadere cogitare. Dixit enim, quod noluit; quia argumentum sic ordinat ad illud, quod erat ab aliis necessario deuenire. Undeatur quo perueniatur, ira sublata, & Deo adēpta. Dicit aut nullus id credit, aut admodum pauci, & quidem sicut rati, ac mali; qui sperant peccatis suis impunitat. Quis & hoc falsum inuenitur, nec iram in Deo esse, neque iam: veniantus ad illud, quod tertio loco positum est.

**E X I S T I M A N T V R** Stoici, & alij nonnulli, quanto melius de diuinitate sensisse, qui aiunt, gratiam Deo esse, iram non esse. Favorabilis admodum, ac popularioratio; non cadere in Deum hanc animi pūfilitati, ab ullo se falso putet, qui laedi non potest; vt quietius sancta misericordia conciteretur, perturbetur, insaniat, quod terrena fragilitas. Irā enim, cōmotionem mentis est perturbationem, que sit à Deo aliena. Quod si homo quoq; qui modo sit sapiens, & grauius, ira non decat quidem, cum in animum cuiusquam incidit, velut fauna pestes tantos exciter fluctus, vt statim mentis immunitas ardeat oculi, os tremat, lingua titubet, dentes compent, alternis vultum maculet nunc suffusus rubor, nū pallor albescens) quanto magis Deū non deceat tam mutatione? Et si homo, qui habet imperium, ac potest late noceat per iram, sanguinem fundat, urbes subiungit populos deleat, prouincias ad solitudinem redigat; quando Deū, qui habeat totius generis humani, & ipsius mi-

reficit

perueniat

potest

poteſtatem, perditurum fuſſe vniuersa, ſi iraſceretur? Abesse igitur ab eo tam magnum, tam pernicioſum malum oportere. & ſi abſit ab eo ira, & concitatio, quia et defor-mis, & noxia eſt, nec cuiquam male facit: nihil aliud ſupererit; niſi vt fit lenis, tranquillus, propitius, beneficus, conſervator. Ita enim demū & cōmuni omniū pater, et optimus, et vere maximus dici poterit. quod experit diuina, caleficiū natura. Nam ſi inter homines laudabile uidetur, prodeſſe potius, quam nocere, vitaſicare, quam occidere; ſaluarē, quam perdere (nec inmerito innocentia inter virtutes numeratur) et qui hæc fecerit, diligitur, praefertur, honora-tur, benedictus omnibus, votisq; celebratur; deniq; ob merita, & beneficia Deo ſimillimus iudicatur: quanto magis ipſum Deum par est diuinis, perfectisq; virtutibus præcelle-tem, atq; ab omni terrena labe ſummotum, diuinis, et ca-lefibis beneficijs omne genus hominū promereri? Specieſe iſta, populariterq; dicuntur, & multos illiciunt ad creden- dum: ſed qui hæc ſentunt, ad veritatē quidem propius accedunt; ſed in parte labuntur, naturā rei parū conſideran-tes. Nam ſi Deus non irascitur impijs, & iniustis; nec pios vtiq; iustosq; diligit. Ergo conſtantior eſt error illorū, qui & iram ſimul, & gratiam tollunt. In rebus enim diuerſis, aut in vitramq; partē moueri neceſſe eſt, aut in neutrām. Itaq; qui bonos diligit, & malos odit: & qui malos non odit, nec bonos diligat. quia et diligere bonos, ex odio malorum venit: & malos odire, ex bonorum caritate deſcedit. Nemo eſt, qui amet vitam ſine odio mortis; nec appetat lu-cem, niſi qui tenebras fugit. Adeo natura iſta cōnexa ſunt, vt alterū ſine altero fieri nequeat. Si quis Dominus habet in familia ſeruos, bonū, ac malū; nō vtiq; aut ambos odit, aut ambos beneficijs, et honore prosequitur; quod ſi facier, & iniquus, & stultus eſt: ſed bonū & alloquitur amice, et ornat, & domui, ac familiæ, ſuisq; omnibus rebus præficit:

ſ

malum.

faciat  
superēſſo

malum vero maledictis verberibus, nuditate, fame, fisi, pedibus punit; ut & hic exemplo ceteris sit ad non peccatum, & ille ad promerendum; ut alios metus coercent, honor prouocet. Qui ergo diligit, & odit; qui odit, & diligit; sunt enim, qui diligi debant; sunt, qui odio habent; sicut is, qui diligit, consert bona in eos, quos diligunt; non odit, irrogat mala ijs, quos odio habet. quod argumentum quia verum est, dissolu nullo pacto potest. Vana ergo falsa est sententia eorum, qui alterum Deo tribuum, vid.n.173. rum detrahunt, non minus, quam illorum qui vtrum detrahunt. Sed illi, ut ostendimus, ex parte non errant, sed quod melius est ex duobus, retinent. Si vero, quo rati, veritas argumenti huius inducit, falsa omnino sententia, in maximum errorem cadunt. Non enim scopulabat eos argumentari: Quia Deus non irascitur, gratia commonetur; sed ita: Quia Deus gratia mouetur, ergo & irascitur. Si enim certum, & indubitatij sunt, non irasci Deum; tunc ad illud alterum veniri, est iniquum. Cum autem magis sit ambiguum de ira, penè manifesto de gratia, absurdum est, ex incerto certum velle subsumere; cum sit promptius, de certis incerta firmare.

VI. Hæc sunt de Deo philosophorum sententie. Nam præterea nihil quisquam dixit. Quod si hec, que dicta sunt, falsa esse deprehendimus, unum illud extreamum supponam, in quo solo posset veritas inueniri. quod à philosophi suscepimus est unquam, nec aliquando defensum; cœquens esse, ut irascatur Deus, quoniam gratia commonetur. Hac tuenda nobis, & afferenda sententia est. In enim summa omnis, & cardo religionis, pietatis, virtutis, Nam neq; honos vllus deberi potest Deo, similitudinat, colentis; nec vllus metus, si non irascitur non colet.

Cum saepe philosophi per ignorantiam veritatis à ratione descuerint, atq; in errores inciderint inextricabiles (id enim solet his eueniare, quod viatori viam nescienti, & non satenti se ignorare, ut vagatur, dum percontari obvagetur usus erubescit) illud tamen nullus philosophus afferuit unquam, nihil inter hominem, et pecude interesset: nec omnino quisquam, modo qui sapiens videri vellet, rationale animal cum mutis, & irrationalibus coequauerit: quod faciunt quidam imperiti, atq; ipsis pecudibus similes: qui cum similiam veniri, ac voluptrati se velint tradere; aiunt, eadem ratione se natos, qua vniuersa, qua spirat. quod dici ab homine nefas est. Quis enim tam indoctus est, ut nesciat? quis tam imprudens, ut non sentiat aliquid inesse in homine diuini? Nondū venio ad virtutes animi, & ingenij, quibus homini cum Deo manifesta cognatio est. Non ne ipsis corporis status, & oris figura declarat non esse nos cum mutis pecudibus aequales? Illarū natura in humā, pabulāq; prostrata est; nec habet quicquam commune cum calo, quod non intuetur. Homo autem recto statu, ore sublimi, ad contemplationem mundi excitatus, consert cū Deo vultū; et ratione ratio cognoscit. Propterea nullū est animal, ut ait Cicero, præter boninē, quod habeat aliquā notitiā Dei. Solus enim sapiētia instructus est, ut religione solus intelligat. & hec est hominis, atq; mutorū vel præcipua, vel sola distan- tia. Nam cetera, que videtur hominis esse propria, et si non sint talia in mutis, tamen similia videri possunt. Proprius homini sermo est: tamē & in illis quadam similitudo sermons. Nam & diguoscunt insuicem se vocibus; &, cum irascuntur, edunt sonum iurgio similem; &, cum se ex interallo vident, gratulandi officium voce declarant. Nobis quidem voces eorum videntur incondite, sicut illis fortasse nostra; sed ipsis, qui se intelligunt, verba sunt; denique in omni effectu certas vocis notas exprimunt, quibus ha-bitum

bitum mentis ostēdant. R̄isus quoque est homini proprie  
tate, cūm ad lusum gestiunt, aures demulcent, rictum con-  
trahunt, frontem serenant, oculos in laſciuam resolunt.  
Quid tam proprium hominī, quām ratio, & prouidentia  
futuris? At qui sunt animalia, qua latibulis sua diverso, &  
plures exitus pandant; vt siquod pérículum inciderit, s̄q;  
pateat obſſis; quod non facerent, niſi in eſſet illa intel-  
gentia, & cogitatio. Alia prouidentia in futurum:

-Vt ingentem formicæ farris aceruum  
Comportant, hyemis memores, tectoq; reponunt;  
vt apes,

Quæ patriam ſola, & certos nouere penates;  
Ventureq; hyemis memores, & ſtare laborem  
Experiuntur, & in medium quæſita reponunt.  
Longum eſt, ſi exequi velim, quæ à ſingulis generibus a  
malium fieri ſoleant humana ſolertia ſimillima. Quæ  
mutis horum omnium, quæ aſcribi homini ſolent, in\* muli que  
que deprehenditur ſimilitudo: appetit ſolam eſſerem  
nem, cuius in mutis nec veſtigium aliquod, nec vila ſuſſi-  
cio inueniri potest. Religionis eſt propria iuſtitia, qua  
nullum aliud animal attingit. Homo enim ſolus impa-  
cetera ſibi conciliata ſunt. Iuſtitia aut ē Dei cultus ſuſſi-  
bitur, quem qui non fuſcipit; hic à natura hominis alius  
vitam pecudum ſub humana ſpecie viuet, cūm vero au-  
teris animalibus hoc penè ſolo differamus, quod ſolus omni  
diuinam vim, potestatemq; ſentimus; in illis autem  
ſit intellectus Dei: certè illud fieri non potest, vt in horum  
muta plus ſapiant, vel humana natura deſpiat; cum ho-  
mini ob ſapientiam & cuncta, quæ ſpirant, & omnium  
natura ſubiecta ſit. Quare ſi ratio, ſi ius hominū hoc pu-  
cellit, & ſuperat ceteras animantes, quod ſolus nominis  
Dei capit: appetit religionem nullo modo poſſe diſſolu-

D I S S O L V I T V R autem religio, ſi credamus Epi- VIII.  
curo illa dicenti:

Omnis enim per ſe diuū natura neceſſe eſt  
Immortali euo ſumma cum pace fruatur.  
Sembata à noſtriſ rebus, ſeunctaq; longe.  
Iam priuata dolore omni, priuata pericli,  
Ipſa ſuis pollens opibus, \*nil indiga noſtri,  
Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira.

Quæ cūm dicit, verum aliquem cultum Deo putat eſſe  
tribuendum, an euertit omnem religionem? Si enim Deus  
nihil \*vñquam boni tribuit; ſi colementis obſequio nullam ciuiquam  
gratiā refert: quid tam vanum, tam ſtultum, quām tem-  
pla adiſicare, ſacrificia facere, dona conſerre, rem familia-  
rem minuere, vt nihil aſſequamur? At enim naturam ex-  
cellentem honorari oportet. Qui honos deberi potest nihil  
curanti, & ingrato? An aliqua ratione obſtricti eſſe poſ-  
ſumus ei, qui nihil habeat commune nobisſum? Deus, in-  
quiet Cicero, ſi talis eſt, vt nulla gratia, nulla hominum ca-  
ritate teneatur; valeat. Quid enim dicam, propitius ſit?  
eſſe enim propitius potest nemini. Quid contemptius dici  
potuit in Deum? Valeat, inquit; id eſt abeat, & recedat,  
quandoquidem prodeſſe nulli potest. Quid ſi negotium  
Deus nec habet, nec exhibet: cur non ergo delinquamus;  
quoties hominum conſcientiam fallere licebit, ac leges pu-  
blicas circuſcribere? Vbi cung; nobis latendi occasio arri-  
ſerit; conſulamus rei; auferamus aliena vel ſine cruore, vel  
etiam cum ſanguine; ſi preter leges nihil eſt amplius, quod  
verendum ſit. Hęc dum ſentit Epicurus religionem fundi-  
tus delet; qua ſublata, confuſo, ac perturbatio vita ſequi-  
tur. Quid ſi religio tolli non potest, vt et ſapientiam, qua  
diſtamus à bellū, & iuſtitiam retineamus, qua cōmuniſ  
vita ſi tuitor: quomodo religio ipſa ſine metu teneri, aut  
cuſtodiri potest? Quid enim non metuitur; contemnitur:

quod contemnitur, utiq<sub>z</sub> non colitur. ita sit, ut religio maiestas, & honor metu constet. metus autē non est nullus irascitur. Siue igitur gratiam Deo, siue iram virumq<sub>z</sub> detraxeris, religione tolli necesse est; sine qua hominū stultitia, scelere, immanitate compleuerit. Multe enim refrenat homines conscientia, si credamus noīspectu Dei viuere; si nō tantum quæ gerimus, videamus per, sed etiam quæ cogitamus, aut loquimur, andiam putemus. At enim prodest id credere, ut quidā putamus veritatis gratia, sed vtilitatib; quoniā leges conscientia impendeat nre nō possunt, nisi aliquis desuper terror\* impedita libenda peccata. Falsa est igitur omnis religio, ei dico conscientia nulla est. Sed à viris prudentibus vniuersa confitetur, quo rectius, innocentiusq<sub>z</sub> vivatur. Magna haec, & iuria, quam proposuimus, aliena questio est: sed quæ quamvis cessario incidit, debet \*quambreniter attingi.

**I X** CVM sententia philosophorū prioris temporibus prudenter consenserint, nec vlla esset dubitatio, quine à Deo, & ratione esset instructus, & ratione regnus primus omnium Protagoras exitit temporibus sanctis qui sibi diceret non liquere, vtrum esset aliqua diuinatio nec ne. Quæ disputatio eius adeo impia, & contraria tem, & religionem iudicata est; vt & ipsum Athenas expulerint suis finibus, & libros eius in cōcione, quibus continebantur, exsuffserint. De cuius sententia non solum disputare, quia nihil certi pronuntiavit. Post hac sententiam & auditor eius Plato, & qui de schola Platonis, tandem diuersas in partes profluxerūt, stoici, et peripateticos in eadē fuere sententia, qua priores. Postea vero Epicurus quidē esse dixit; quia necesse sit esse aliquid in deo prestant, & excimium, & beatum; prouidentiam nullā: itaq<sub>z</sub> mundum ipsum nec ratione vlla, nec an-

fabrica instrūtum; sed naturam rerum quibusdā minutis seminibus, & inseparabilibus conglobatā. Quo quid repugnantius dici posst, non video. Etenim si est Deus, utiq<sub>z</sub> prouidens est, vt Deus; nec aliter ei potest diuinitas attribui, nisi & preterita teneat, & praesentia sciatur, & futura propiciat. Cum igitur prouidentia sustulit; etiā Deū negavit esse. Cum autē Deū esse professus est; & prouidentiam simul esse concessit. Alterū enim sine altero nec esse prorsus, nec intelligi potest. Verūq<sub>z</sub> postea temporibus, quibus iam philosopha defloruerat, exiit Athenis quidam Diagoras, qui nullum esse omnino Deū diceret; ob eamq<sub>z</sub> sententiam nominatus est atheos; item Cyrenaeus Theodorus, ambo, quia nihil noui poterant reperire, omnibus iam disfisi, et inuentis, maluerunt vel contra veritatem id negare, in quo priores vniuersi sine ambiguitate consenserant. Ii sunt, qui tot seculis, & ingenis assertam, atque defensam prouidentiam calumniati sunt. Quid ergo? vtrū ne istos minutos, & inertes philosophos ratione, an verò auctoritate præstantium virorum resellemus? an potius vitroque? Sed properandum est, ne longius à materia deuageatur oratio.

**X** QVI nolunt diuina prouidentia factum esse mundū; aut principijs inter se temere coenuntibus dicunt esse concretum, aut repente natura extitisse; naturam verò, vt ait Straton, habere in se vim gignendi & minuendi; sed eā nec sensum babere vllum, nec figuram; vt intelligamus, omnia quasi sua sponte esse generata, nullo artifice, nec auctore. Vtrūq<sub>z</sub> vanū, & impossibile. Sed hoc euenit ignorantibus veritatē, vt quiduis potius excogitaret, quā id sentiat, quod ratio depositit. Primū minutā illa semina, quorū concursu fortuito totum\* coiisse mundū loquuntur; ubi, aut vnde sine, cohæsse quero. quis illa vidit vñquam? quis sensit? quis audivit?

An solus Leucippus oculos habuit: solus mentem: qui perfecto solus omnium cæcus, & excors fuit; qui ea loqueretur, qua nec eger quisquam delirare, nec dormiens posse somniare. Quatuor elementis constare omnia philosophores differebant. ille noluit, ne alienis vestigis videtur in sistere. sed ipsorum elementorum alia voluit esse primordia, qua nec videri possint nec tangi, nec vlla corporis partis tiri. Tam minutæ sunt, inquit, ut nulla sit acies sensu subtilis, qua secari, ac diuidi possint. vnde illi nomine impeditum est atomorum. Sed occurrebat ei, quod si vna esset omnibus, eademque natura, non possent res efficere diversas, sive varietate, quam inesse mundo. Dixit ergo, esse, & aspera, & rotunda, & angulata, et hamata. Quod melius fuerat tacere, quam in suis tam miserabilibus imanis, habere linguam. & quidē vereor, ne non ministrare videatur, qui hæc putet refellenda. respondet enim velut aliquid dicenti. Si leuia sunt, & rotunda, non possunt inuicem se apprehendere, ut aliquod compasciant; vt si quis milium velit in vnam coagmentationem constringere, levitudo ipsa granorum in massam comminatur. si aspera, & angulata sunt, & hamata, ut possint coherere. Diuidua ergo, & secabilia sunt. hamis immutata esse est, & angulis eminere, ut possint amputari, ita quod amputari, ac diuelli potest; & videri poterit, & neri. Hac, inquit, per inane irrequietis motibus voluntatis finat.

vi.n.175

micas  
huc, atque illuc feruntur; sicut pulueris minutias videtur in sole, cum per fenestram radios, ac lumen immiscentur. his arbores, & herbe, & fruges omnes oriuntur: ex animalia, & aqua, & ignis, & vniuersa gignuntur, rufus in eadem resoluuntur. Ferri hoc potest, quando rebus partis agitur. Ex his etiam mundus ipse constructus est. Impletum numerum perfecta insania, vi vltiori adiuta posset: sed inuenit tamen ille quid addens.

Quoniam est omne, inquit, infinitum; nec potest quicquam vacare. necesse est ergo innumerabiles esse mundos. Quæ tanta vis fuerat atomorum, ut moles tam inestimabiles extant minus conglobarentur? Ac primum requireo, quæ sit istorum seminum vel ratio, vel origo. si enim ex illis sunt omnia; ipsa igitur vnde esse dicemus, quæ natura tantam copiam ad efficiendos innumerabiles mundos subministravit? Sed cocedamus, ut impune de mudiis delirauerit: de hoc loquamur, in quo sumus, & quæ videmus. Ait, omnia ex individuis corpusculis fieri. Si hoc ita esset, nulla res vñquam sui generis semine indigeret: sine ouis alites nascerentur, ac oua sine partu; item cetera viventia sine coitu: arbores, & que dignatur è terra, propria semina non haberent; quæ nos quotidiane tractamus, et serimus. Cur ex frumento seges nasciuntur, & rursus ex segete frumentum? Denique, si atomorum coitus, & cōglobatio efficeret omnia, in aere vniuersa concrecerent, siquidē per inane atomi volitant: cur sine terra, sine radicibus, sine humore, sine semine, non herbae, non arbor, non fruges oriri. augeriq; possunt? Vnde appetat, nihil ex atomis fieri, quandoquidē unaquaq; res habet propriam, certamque naturam, suū semen, suā legē ab exordio datum. Denique, Lucretius quasi oblitus atomorum, quos asserebat, ut redargueret eos, qui dicunt ex nihilo fieri omnia, his argumentis vñsest, quæ contra ipsum valerent. sic enim dixit:

Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus

Omne genus nasci posset: nil semine egeret.

Item postea

Nil igitur fieri de nulo posse fatendum est:

nihilo

Semine quando opus est rebus: quo quaque creata

& aeris in teneras possint proferri auras.

Quis hunc putat habuisse cerebrum, cum hac diceret, nec videret sibi esse contraria? Nihil enim per atomos fieri exinde apparet, quod semen cuiusq; rei certum est; nisi forte

Et ignis, et aquæ naturam ex atomis esse credemus. Quid  
 quod durissimi rigoris materia, si ictu vehementiore col-  
 dantur, ignis excutitur? Num in ferro, aut silice atomi-  
 tent? Quis inclusit? aut cur sua sponte non emicat; aut quo-  
 modo femina ignis in materia frigidissima permane-  
 tuerunt? Omitto silicem, ac ferrum. Orbem vitreum plena-  
 aquæ si tenueris in sole, de lumine, quod ab aqua refulge,  
 ignis accenditur, etiam in durissimo frigore. Num etiam  
 credent. aqua ignem esse credendum est? at qui de sole ignis ne effici-  
 quidem accedit potest. Si cera in hanelaueris, vel si vapor  
 uis aliquid attigerit, aut crustam marmoris, aut laminas  
 paulatim per minutissimos tores aqua concrevit. Item  
 halitu terra, aut maris nebula exsilit: qua aut dispersa ba-  
 mescit quicquid texerit; aut collecta, in arduos montes  
 sublime vento rapsa, stipatur in nubem, atque, imbre mai-  
 mos deuicit. Vbi ergo dicimus liquores natos esse? num in  
 pore? num in halitu? num in voto? At qui nihil potest diffi-  
 ego re in eo, quod nec tangitur, nec videtur. Quid ergo de ani-  
 malibus loquerer, in quorum corporibus nihil sine ratione, su-  
 ordine, sine utilitate, sine specie figuratur videtur ad non  
 soleritissima, et diligenter omni partium membrorum  
 descriptio casu, ac fortuna repellat. Sed putemus, atque, et  
 ossa, et neruos, et sanguinem de atomis posse concrescere.  
 Quid sensus, cogitatio, memoria, mens, ingenium, quibus se-  
 minibus coaginentari possunt? minutissimis, inquit. Sun-  
 acinde ergo alia maiora. Quomodo igitur inseparabilia? Denique  
 vi. n. 175. ex inuisibilibus sunt, qua non videtur: cœquens est, ut ex  
 visibilibus sint qua videtur. cur igitur nemo videret si  
 consideres. ne inuisibilia qua sunt in homine cœderet, siue tractabili-  
 lia, qua veniunt sub aspectu, ratione utramque constare quia  
 non videntur? Quomodo ergo sine ratione coœntia possunt ali-  
 quid efficere rationale? Videmus enim nihil esse in omni  
 mundo, quod non habeat in se maximam, mirabilem rationem.

Quæ

Quæ quia supra hominis sensum, et ingenium est; cui re-  
 citus, quam diuinæ prouidetia tribuenda est? An simulacrum  
 hominis, et statua ratio, et ars singit; ipsum hominē de fru-  
 stis temere concurrentibus fieri putabimus? Et quid simile  
 veritat is in facto, cum summu, et excellē artificium nihil  
 aliud, nisi umbram, et extrema corporis lineamenta possit  
 imitari: nū potuit humana solertia dare operi suo aut mo-  
 rum aliquem, aut sensum? Omitto usum vidēdi, audiēdi. mitto.  
 odorādi, ceterorumq; membrorum vel apparentiū, vellaten-  
 tiū mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor ho-  
 minis, aut vocē, aut ipsam fabricare sapientiā? Quisquā ne  
 igitur sinus existimat, quod homo ratione, et consilio facere  
 non posset, id concursu atomorum paſsim coherentium per-  
 fici potuisse? Vides, in qua delirantēa inciderint, dum no-  
 lunt effectionem, cur amiq; rerum Deo dare. Concedamus  
 tamen his, ut ex atomis fiant quæ terrena sunt: num etiam  
 celestia? Deos aut̄ incorruptos, eternos, beatos esse; solisq;  
 dant immunitatem, ne concursu atomorum concreti esse  
 videantur. Si enim Deos quoque ex illis constituerint; dissipabiles fuerint, seminibus aliquando resoluti, atque in  
 naturam suam reuertentibus. Ergo si est aliquid, quod  
 atomi non efficerint: cur non cetera eodem modo intelli-  
 gamus? Sed quero, ante quam mundum primordia ista  
 generarent, cur sibi Di habitatculum non adiscuerint? generassent.  
 Videlicet, nisi atomi coiissent, celumq; secissent, adhuc Di  
 per mediū inane penderent. Quo igitur consilio, qua ratio-  
 ne de confuso aceruo se atomi congregauerint, vt ex aliis in-  
 ferius terra conglobarentur, calum desuper tenderetur,  
 tanta siderum varietate distinctum, vt nihil unquam ex-  
 cogitari possit ornatius? Tanta ergo qui videat, et talia po-  
 test existimare, nullo effectu esse consilio, nulla prouidetia,  
 nulla ratione diuina; sed ex atomis subtilibus, exiguis cōcre-  
 ta esse tata miracula? Nonne prodigio simile est aut natū  
 esse

dij  
constituerint.

recurrentibus

generassent.

terra  
conglo-  
retur,

esse hominem, qui hac diceret; aut extitisse, qui credat  
vt Democritū, qui auditor eius fuit; vel Epicurū, in quem  
vanitas omnis de Leucippi fonte profluxit. At enim (sicut  
alij dicunt) natura mundus effectus est, qua sensu, &  
figura caret. Hoc vero multo est absurdius. Si natura mun-  
dum fecit; consilio, et ratione fecerit, necesse est. ut enim fa-  
cit aliquid, qui aut voluntate faciendi habet, aut sciētiam.  
Si caret sensu, ac figura, quomodo potest ab ea fieri, quod  
& sensum habeat, & figuram? nisi forte quis arbitretur,

v.n.176. animalium fabricari tam subtile tamq; mirabilem non  
sentiente formari, animariq; potuisse; aut istam cali spe-  
ciem tam prouidentur ad vilitates viuentium tempe-  
tam, nescio quo casu, sine conditore, sine artifice, subito ex-  
titisse. Siquid est, inquit Chrysippus, quod efficieat ea, quae  
homo licet ratione sit præditus, facere non posse; id profecto  
est maius, & fortius, & sapientius homine. Homo autem

non potest facere cælestia: ergo illud, quod hac efficiet, vel  
efficerit, superat hominē arte, consilio, prudentia, potesta-  
te. Quis igitur potest esse, nisi Deus? Natura vero, que ve-  
luti matrem esse rerum putant, si mentem non habet, nihil

efficiet unquam, nihil molieretur. Vbi enim non est cogitatio,  
nec motus est ullus, nec efficacia. Si autem consilio suo vi-  
tetur ad incipientium aliquid, ratione addisponendum, aut  
ad efficiendum, virtute ad consumandum, potestate ad re-  
gendum, & continendum; cur natura potius, quam Deus

nominetur? Aut si concursus atomorum, vel carens mente  
natura ea, quæ videmus, efficit, quero, cur facere cali po-  
tuerit, urbem, aut domum non potuerit? cur montes mar-  
moris fecerit, columnas, & simulachra non fecerit: Aqui-

debuerant\*, vi.n.177. potuerāt atomi etiam ad hac efficienda concurrere; si qui-  
dem nullam positionem relinquent, quam nō experiantur.  
nam de natura, quæ mente nō habeat, nō est mitandum;  
quid hac facere oblitia sit. Quid ergo est? Vtq; Deus, cum

in nobis

inchoaret hoc opus mundi, quo nihil potest esse nec dispo-  
si-tus ad ordinem, nec aptius ad utilitatem, nec ornatus ad  
pulchritudinem, nec maius ad molē, quæ fieri ab homine non  
poterant, fecit ipse, in quibus etiā hominē ipsum; cui par-  
ticulam de sua sapientia dedit, & instruxit eum ratione,  
quantum fragilas terrena cupiebat, vt ipse sibi efficeret,  
qua\* in vsus suos essent necessaria. Si vero in huius mundi ad  
(vitæ dixerim) republica nulla prouidētia est, quæ regat;  
nullus Deus, qui administret; nec omnino sensus ullus in  
hac rerum natura pollet: vnde igitur mens humana tam  
solers, tā intelligens orta esse credetur? Si enim corpus ho-  
minis ex humo factum est, vnde homo nomen accepit: ani-  
mus ergo, qui sapit qui rector est corporis; cui mēbra obse-  
quuntur tanquam regi, & imperatori, qui nec aspici, nec  
comprehēdi potest; non potuit ad hominem nisi à sapiente  
natura peruenire. Sed sicut omne corpus mens, & animus  
gubernat; ita & mundū Deus. Nec enim verisimile est, ve-  
minora, & humilia regimen habeant, maiora, & summa  
non habeant. Deniq; M. Cicero in Tusculanis, Et in cōso-  
latione animorū, inquit, nulla in terris origo inueniri po-  
test. Nihil est enim, inquit, in animis misérū, atq; concretū,  
aut quod ex terra natū, at q; factum esse videatur; nihil' ne  
aut humidū quidē aut flabile, aut ignē. Hū enim innatū  
nihil inest, quod vim memoria, mētu, cogitationis habeat,  
\* quo futura prouideat, & præterita teneat, et cōpletī pos-  
sit præsentia, que sola diuina sunt. Nec enim inueniuntur  
unquam, vnde ad hominem venire possint, nisi à Deo. Ex-  
ceptū igitur dubibus, tribūsue calumniatoribus vanis, cum  
confest, diuina prouidentia mundū regi, sicut et factus est,  
nec sit quisquam, qui Diagoræ, Theodoriq; sentētiū, vel  
Leucippi mane cōmentum, vel Democriti, Epicuriq; leui-  
tatem præferre audeat auctoritati vel illorum septem prio-  
rum, qui sunt appellati sapientes; vel Pythagoræ, vel So-  
cratis

cratis vel Platonis, & ceterorumq; summorum philosophorum, qui esse prouidentiam iudicauerunt: falsa igitur est & illa sententia, qua putant terroris, ac metus gratia religionum a sapientibus institutam, quo se homines imperiti a peccatis abstinerent. Quod si verum sit, ergo derisi ab antiquis sapientibus sumus. Quod si fallendi nostri, atq; adeo tota generis humani causa commenti sunt religionem; sapienti igitur non fuerunt; quia in sapiente non cadit mendacia. Sed fuerint sapientes; qua tanta felicitas mentiendi, vt tantummodo indoctos, sed Platonem quoq; ac Socratem fallerent; & Pythagoram, Zenonem, Aristotelem maxime rum sectarum principes tam facile deluderent? Est igitur diuina prouidentia, vt senserunt ij homines, quos nominari, cuius vi, ac potestate omnia, qua videmus, & facta sumus reguntur. Nec enim tanta rerum magnitudo, tanta diffusio, tanta in seruandis ordinibus, temporibusq; conficiunt aut olim potuit sine prouido artifice oriri; aut constat ex seculo sine incola potenti; aut in perpetuum gubernari sine perito ac scierte rectorum ratio ipsa declarat. Quicquid est enim, quod habet rationem; ratione sit orrum, necesse est. Ratio autem sentientis, sapientisq; natura est; sapiens vero, sentiensq; natura, nihil aliud potest esse, quam Deus. Mundus autem, quoniam ratione habet, qua & regitur, & constat, ergo a Deo factus est. Quod si est coditor, rectorumq; nisi deus, recte igitur, ac vere religio constituta est. autem enim rerum, parentiq; communis bonos, veneratioq; debetur.

**XI. Q**UONIAM constitit de prouidentia; sequitur vero doceamus, verum ne multorum Deorum esse credenda sit, an potius unius. Satis, vt opinor, ostendimus in nostris institutionibus, Deos multos esse non posse; quod diuina via, ac potestas si distribuatur in plures \* diminui eam necessaria sit; quod autem minitur, viiq; mortale est; si vero mo-

ditrahatur.

vi.n.178.

tab

taliter non est, nec minui, nec diuidi potest. Deus igitur unus est; in quo vis, & potestas consumata est; nec minui potest, nec augeri. Si autem sunt multi; dum habent singuli potestatis aliquid, ac numeris, summa ipsa decrescit; nec poterunt singuli habere totum, quod est commune cum pluribus; unicuiq; tantum deerit, quantum ceteri possidebunt. Non possunt igitur in hoc mundo multi esse rectores, nec in una domo multi domini, nec in nave una multi gubernatores, nec in armento, aut grege duces multi, nec in uno regimine multi reges. sed nec in calo quidem multi soles esse poterunt, sicut nec anima plures in uno corpore. adeo in unitate natura universa consentit. Quod si mundum

Spiritus intus alit, totamq; infusa per artus

Mens agitat molem, & magno se corpore miscat: Apparet testimonio poeta, unum esse mundi habitatorem Deum; siquidem corpus omne nisi ab una mente incoli, regiat, non potest. Omnem igitur diuinam potestatem necessaria est in uno esse, cuius nutu, & imperio regantur omnia; & ideo tantus est, vt ab homine non possit aut verbis enarrari, aut sensibus estimari. Vnde igitur ad homines opinio multorum Deorum persuasione peruenit: Nimirum ij omnes, qui coluntur vt Di, homines fuerunt, & ijdem primi, ac maximi reges: sed eos aut ob virtutem, \*quia pro qua fuerant hominū generi, diuinis honoribus affectos esse post mortem; aut ob beneficia, & inuentia, quibus humana vita excoluerant; immortalem memoriam consecutos, quis ignorat? nec tantū mares, sed & feminas. Quod cum vetustissimi Graecie scriptores, quos illi deo dixerunt nuncupant, tum etiam Romani Graecos securi, & imitati docent. quorum principie Euhemerus, ac nosfer Ennius; qui eorum omnium natales, coniugia, progenies, imperia, res gestas, obitus, \*si sepulchra mulachra demonstrant. Et securus eos Tullius tertio de natura Deorum libro dissoluit publicas religiones: sed tamē veram;

examine  
vi.n.179.

quam

quam ignorabat, nec ipse, nec alius quisquam potuit indecere. Adeo & ipse testatus est falsum quidam apparere, m<sup>t</sup>atem tamen latere. Utinam, inquit, tam facile venire possem, quam falsa conuincere. Quod quidem in dissimulante, vt Academicus, sed vere, atque ex anima sententia proclamauit. quia veritas humanis sensib<sup>m</sup> non potuit non potest; quod assequi<sup>\*</sup> valuit humana prouidentia; assecutus est, vt falsa detegeret. Quicquid enim factum est commentitium; quia nulla ratione subnixum est, sive dissoluitur. Vnus est igitur princeps, & origo rerum. Dicit Plato in Timao & sensit, & docuit; cuius maiorem tantam esse declarat, vt nec mente comprehendendi, nlingua exprimi posset. Idem testatur Hermes; quem Cn. ait in numero Deorum apud Aegyptios haberi, eum subcet, qui ob virtutem, multarumq<sup>z</sup> artium scientiam Trimegistus nominatus; & erat non modo Platone, vnde etiam Pythagoras septemq<sup>z</sup> illis sapientibus longe antiquior. Apud Xenophontem Socrates disputans, ait; formam Dei non opertore conquiri. Et Plato in legum libris: Quidam nino sit Deus, non esse querendum; quia nec inueni posse, nec enarrari. Pythagoras quoq<sup>z</sup> vnum Deum cōstitutus, cens incorporalem esse mentem, que per omnem rerum turam diffusa, & intēta, vitalem sensum cunctis animalibus tribuat. Antisthenes autem in physico vniuersitate Deū dixit, quamvis gentes, et vrbes suos habent populares. Eadē serē & Aristoteles cum suis peripatetis, & Zenon cum suis stoicis. Lōgum est enim singulū sententias exequi: qui licet diuersis nominibus sint abusus, vnam tamen potestatem, que mundum regeret, concurserunt. Sed tamen summum Deum cum & philosophi, & poëta, & ipst deniq<sup>z</sup>, qui Deos colunt, s<sup>e</sup>pe fateantur cultu tamen, & honoribus eius nemo vnuquam requiebat, nemo differuit, ea scilicet persuasione, qua semper ienit.

cam, incorruptumq<sup>z</sup> credentes, nec irasci eum cuiquam, nec vlo cultu indigere arbitrantur. adeo religio esse non potest, vbi metus nullus est.

N V N C quoniā respondimus impia quorundam, xi  
detestabilis, imprudentia, vel potius amentia, redemus  
ad propositum. Diximus, religione sublata, nec sapientiam  
teneri posse, nec iustitiam; quia sapientia diuinitatis in-  
tellectus est, quo differimus a bellis, in homine solo reperi-  
ri iustitia: quia nisi cupiditates nostras Deus, qui falli non  
potest, coercerit; scelerate, impieq<sup>z</sup> viueremus. spectari  
ergo actus nostros à Deo, non modo ad utilitatem cōmunitatis  
vita attinet, sed etiam ad veritatem; quia religione, iusti-  
tiāq<sup>z</sup> detracta, vel ad futilitiam pecudum amissaratione  
voluimur, vel ad bestiarum immanitatem; imo vero am-  
plius; siquidē bestia sui generis animalibus parcunt. Quid  
erit homine truculētus, quid immitus, si dēpto meū su-  
periore, vim legū aut fallere potuerit, aut contēnere? Ti-  
mor igitur Dei solus est, qui custodit hominū inter se socie-  
tates, per quē vīta ipsa sustinetur, munitur, gubernatur.  
Is autē timor auferetur, si fuerit homini persuasum, quod ausertus  
irā sit expers Deus; quem moueri, & indignari, cum iniu-  
sta fiunt, non modo communis utilitas, sed etiam ratio ipsa  
nobis, & veritas persuadet. Rursus nobis ad superiorare  
deundum est; vt quia docuimus à Deo factum esse mun-  
dum, doceamus quare sit effectus.

S i consideret aliquis vniuersam mundi administra- xii  
tionem, intelliget profecto, quam vera sit sententia stoico-  
rum, qui aiunt, \* nostra causa mundum esse constructum. noſtri  
Omnia enim, quibus cōstat, quaq<sup>z</sup> generat ex se mundus,  
ad utilitatem solius hominis accommodata sunt. Homo vi-  
tatur igni ad vsum calefaciendi, & luminis, & coquēdorum  
ciborum, ferrīq<sup>z</sup> fabricandi: vitatur fontibus ad potū, & ad

viuenus.  
vi.n.182.

detractis.  
vi.n.182.

lauacra, fluminibus ad agros irrigandos, terminadignitatem: vtitur terra ad percipiēdam \* frugum varietatem, collibus ad cōserenda vineta, mortibus ad vsum arborū, lignorum, planis ad segetē: vtitur mari non solum ad commercia, & copias ex lōgīnq̄is regionib⁹ ferēda, vētēda ad vbertatem omnis generis piscium. Quid si his elemēntis, quibus est proximus, non est dubium, quin & cū quoniam & cœlestiū rerum officia ad fertilitatē temp̄is, qua viuimus, tēperata sunt. Sol irrequietus cursibus, & tuis inēqualibus orbes annuos conficit; & aut orienta promis ad laborem, aut occidens noctem superducit ad quietem; et tum abcessu lōgius ad meridiē, tum accessu pius ad septentrionē, hyemis, & aestatis vici studines facit & by bernis humoribus, ac pruinis in vbertatem impingue scat; & aestiuis caloribus vel herbida fruges manūtate duretūr, vel qua sunt in humidiis, incœcta, & feruēcta mite scat. Luna quoq; nocturni temporis gubernatrix, et amissi, ac recepti luminis vicibus mestrua spatiā maturatur, & cœcas tenebris horretib⁹ noctes fulgere suae ritatis illustrat; vt aestiuia itinera, & expeditiones, & opera sine labore, ac molestia confici possint. siquidem

Nocte leues melius stipula, nocte arida prata  
Tendentur;

Astra etiam cœtera vel ortu, vel occasu suo certis statim bus opportunitates temporū subministrant. Sed & nubes, quo minus errabundo cursu per immensum vagentur, regimē præbent, cū ea rite gubernator obserniā, ad potius peruehatur destinati litorū prouehamur. Ventorū spiritu atrahent nubes, vt sata imbribus irrigetur, vt vites fastibus, atque pomis exuberent. Et hac per orbem vicibus exhibentur desit aliquando, quo vita hominū sustineatur. At enim aereras animantes eadem terra nutrit, & eiusdem saeuia muta pascuntur. Num etiā mutorū causa Deus laboris

Minime, quia sunt rationis experitia. Sed intelligimus, & ipsa codem modo ad vsum hominis à Deo facta, partim ad cibos, partim ad vestium, partim ad operis auxilia, ut claram sit, diuinam prouidentiam rerum, & copiarum abundantia, hominum vitam instruere, atq; ornare voluisse; ob eāq; causam & aëre volucribus, & mare piscibus, & terram quadrupedibus impletuit. Sed academici cōtra stoicos disserentes solent querere, cur, si Deus omnia hominum causa fecerit, etiam multa contraria, & inimica, & pestifera nobis reperiātur tam in mari, quam in terra. Quid stoici veritatem non respicientes ineptissime repulerunt. Aliunt enim multa esse in gignentibus, & in numero animalium, quorum adbuc latet vtilitas; sed eam processu temporum inueniri; sicut iam plura prioribus seculis incognita necessitas, & vissus inuenierit. Quæ tandem vtilitas potest in maribus, in blattis, in serpentibus reperiī, quæ homini molesta & pernicioſa sunt? An medicina in his aliqua latet? Quæ siest; inuenietur aliquando, nempe aduersus mala, cum id illi querantur esse omnino malū. Viperam ferunt exustam, in cinere dilapsam, mederi eiusdem bestia morsui. Quantio melius fuerat cā prorsus nō esse, quam remedium cōtra se ab ipsa desiderari. Preuius igitur, ac verius respondeare potuerunt in hunc modum. Deus cum formasset hominem veluti simulachrum suum, quod erat diuini opificij summū, inspiravit ei sapientiam soli, ut omnia imperio, ac ditioni sua subiugaret, omnibusq; mundi cōmodis vteretur. Proposuit tamen ei & bona, & mala; quia sapientiā dedit; cuius omnis ratio in discernendis malis, ac bonis posita est. Non potest enim quisquam eligere meliora, & scire, quid bonum sit, nisi sciāt simul reiicere, ac vitare, que mala sunt. Inuicē sibi alterutru connexa sunt; ut sublato \* alterutro, altere virunque tolli sit necesse. Propositū igitur bonis, malisq;, tum demum opus suū peragit sapientia; et quidem bonum:

appetit ad utilitatem, malum reiicit ad salutem. Ergo bona innumerabilia data sunt homini, quibus frui posse etiam mala, qua caueret. Nam si malum nullum sit, periculum nihil deniq<sub>z</sub>, quod laderet hominem possumitur omnis materia sapientie; nec erit homini necessaria. Positis enim tantummodo in conspectu bonis, quid opus cogitatione, intellectu, scientia, ratione? cū quocunq<sub>z</sub> accommoda-  
tum rexerit manum; id natura aptum, & \*comodum si p<sub>z</sub>  
quis velit apparatissima coenam infantibus, qui non solum  
piant, apponere, vt i<sub>z</sub> id appetet singuli, quod vnumquem  
aut impetus, aut fames, aut etiam casus attraxerit, et quid  
sumperferint, id illis erit utile, ac salubre. Quid i<sub>z</sub> in  
nocebit, eos, sicuti sunt, permanere, & semper infantia  
nescios esse rerū? Si autē admisceas vel amara, vel inuidia,  
vel etiam venenata, decipiuntur vi<sub>z</sub> per ignoratiā h<sub>z</sub>  
ni, ac mali, nisi accedat his sapientia, per qua habeant u-  
lorum refectionē, honorumq<sub>z</sub> delectum. Vides ergo, mag-  
nus propter mala opus<sup>\*</sup> bonis esse sapientia: que nisi \*fuerit po-  
posita, rationale animal nō esset. Quid si heretationē  
est, quā stoici nullo modo videre potuerūt: dissoluitur cū  
argumentum illud Epicuri. Deus, inquit, aut vult tollere  
mala, & non potest; aut potest, & non vult; aut neq<sub>z</sub> vult,  
neq<sub>z</sub> potest; aut & vult, et potest. Si vult, & nō potest, im-  
becillus est; quod in Deū non cadit. Si potest, te nō vult:  
uidus; quod aequē alienū à Deo. Si neq<sub>z</sub> vult neq<sub>z</sub> potest  
inuidus, & imbecillus est; ideoq<sub>z</sub> neq<sub>z</sub> Deus. Si vult, & po-  
test, quod solū Deo conuenit; vnde ergo sunt mala: aut  
illa nō tollit? Scio plerosq<sub>z</sub> philosophorum, qui prouidet  
defendunt, hoc argumēto perturbari solere, et inutilem  
adigi, vt Deū nihil curare fateātur, quod maxime quid  
Epicurus, sed nos ratione perspecta, formidulosum hoc a-  
rgumentum facile dissoluimus. Deus enim potest, quicquid  
velit; & imbecillitas, vel inuidia in Deo nullo est: potest

igitur mala tollere, sed non vult; nec ideo tamē inuidus est.  
ioccirco enim non tollit, quia & sapientiam (sicut docui) si-  
mul tribuit, & plus boni, ac iucunditatē in sapientia, quam  
in malis molestia. sapientia \*etiam facit, vt etiam Deum <sup>enim</sup>  
cognoscamus, & per eam cognitionem, immortalitatē af-  
sequamur; quod est summū bonum. Itaq<sub>z</sub> nisi prius malum  
agnouerimus, nec bonū poterimus agnoscere. Sed hoc non  
ridit Epicurus, nec alius quisquam; si tollantur mala, tolli  
pariter sapientiam; nec villa in homine virtutē remanere  
vestigia; cuius ratio sustinenda, et superanda, malorū acer-  
bitate consistit. Itaq<sub>z</sub> propter exiguum compendium sub-  
latorum malorum maximo, & vero, & proprio nobis bono  
careremus. Constat igitur, omnia propter hominem pro-  
posita, tam mala, quam etiam bona.

ipsum Deus, sicut mundum propter hominem machinatus  
est, ita ipsum propter se, tanquam diuini templi antisli-  
tem, spectatorē operum, rerumq<sub>z</sub> celestium. Solus est enim,  
qui sentiens, capaxq<sub>z</sub> rationis intelligere posset Deum, qui  
opera eius admirari, virtutē, potestatemq<sub>z</sub> perspicere ioccir-  
co enim consilio, mente, prudentia instrūctus est. ideo solus  
prater ceteras animantes \*rectus corpore, ac statu factus <sup>recto</sup>  
est, vt ad contemplationem parēti sui excitatus esse videa-  
tur. ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis  
interpretē, vt enarrare maiestatem domini sui posset. po-  
stremo ioccirco ei cuncta subiecta sunt, vt factori, atq<sub>z</sub> ar-  
tifici Deo esset ipse subiectus. Si ergo Deus hominem suum  
voluit esse cultorem; ideoq<sub>z</sub> illi tantum honorū attribuit, ve-  
rerum omnium dominaretur: vi<sub>z</sub> iustissimū est et Deum  
colere, qui tanta p<sub>z</sub> cōstituerit, et amare hominem, qui sit no-  
biscum diuini iuris societate coniunctus. Nec enim fas est,  
cultorem Dei à Dei cultore violari. Vnde \*intelligitur, <sup>intelligimus,</sup>  
g 3 religio-

religionis, ac iustitia causa esse hominem figuratum; rei testis est M. Tullius in libris de legibus, ita dicunt: *omnium, quae in doctorum hominum disputatione versantur, nihil est profecto praestabilius, quam plane intelligi possit iustitiam esse natos.* Quod si est verius: *nihil Deum ergo omnes homines esse iustos, id est Deum, & hominem nos habere;* Deum scilicet honorare tanquam patrem, *minem diligere velut fratrem,* in his enim duobus iustitia consistit. Qui ergo aut Deum non agnoscat, amici nocet; iniuste, & contra naturam suam viuit, modo rumpit institutum, legemque diuinam.

**xv.** Hic fortasse querat aliquis, unde ad hominem percutia peruerentur, aut que prauitas diuini institutinglam ad petora detorserit, ut cum sit ad iustitiam opera tamen efficiat iniusta. Iam superius explanamus Deum proposuisse bonum, ac malum: & bonum pata diligere, malum autem quod huic repugnat, odire; sed etiam malum permisissse, ut & bonum emicaret; quod alioquin altero (sic s<sup>e</sup>pē docui) intelligimus constare nō possumus, ipsum mundum ex duobus clementis repugnantem. & inuicem copulatis esse concretū, igneo & humidoque, tuisse lucē fieri, nisi & tenebrae fuissent; quia nec supra potest esse sine inferno, nec oriens sine occidente, nec calidus sine frigido, nec molle sine duro. Sic & nos ex duobus repugnantibus corpori sumus, anima, & corpore. quia alterum celo ascribitur, quia tenue est, & intractabile terum terrae, quia comprehensibile est; alterum solidum, aeternum est; alterum fragile, atque mortale. Ergo alterum adhaeret, alteri malum; alteri lux, vita, iustitia, alteri tenebrae, mors, iniustitia. Hinc exitum in homini natura sua depravatio; vt esset necesse constitui leges, quae possent & via prohiberi, & virtutis officia impo-

Cum igitur sint in rebus humanis bona, & mala, quorum rationem declarauit, necesse est, ad utramque partem moueri Deum, & ad gratiam, cum iusta fieri videt, & ad iram, cum cernit iniusta. Sed occurrit nobis Epicurus, ac dicit: Si est in Deo letitia affectus ad gratiam, & odio ad iram, necesse est habeat & timorem, & libidinem, & cupiditatem, ceterosque affectus, qui sunt imbecillitatis humanae. Non est necesse vir timeat, qui irascitur; aut moreat, qui gaudet: denique iracundi, minus timidi sunt; et natura letis, minus morent. Quid opus est de humanis affectibus dicere, quibus fragilitas nostra succumbit? consideremus diuinam necessitatem, nolo enim naturam dicere, quia Deus noster nunquam creditur natus. Timoris effectus haber in homine materiam, in Deo nō habet. Homo, quia multis causis, periculisque subiectus est, metuit, ne qua vis maior existat, quae illum verberet, spoliaret, laceraret, affligat, interimat. Deus autem, in quae nec egestas, nec iniuria, nec dolor, nec mors cadit, timere nullo pacto potest; quia nihil est, quod ei vim posset inferrere. item libidinis ratio & causa in homine manifesta est. Nam qui fragiles, & mortali effectus est, necesse fuit alterum sexum diuersumque constitui, cuius permissione soboles effici posset ad continentiam generis perpetuam continuandam. Hec autem livido in Deo locum non habet; quia & fragilitas & interitus ab eo alienus est; nec ulla est apud eum femina, cuius posset copulatione gaudere; nec successione indiget, qui semper futurus est. Eadem de inuidia, & cupiditate dici possunt; quia certus, manifestusque de causis in hominem cadunt, in Deum nullo modo. At vero & gratia, & ira, & miseratione habent in Deo materiam; recteque illa vivit summa illa, & singularis potest us ad rerum consertationem.

**Q V A E R I T** quispiam, quae sit ista materia. Primum acci-  
dentiis malis afflicti homines ad deū plerumque configuntur,

iniurias mitigant, obsecrant, credentes eum posse ab his<sup>\*</sup> iniurias pulsare. Habet igitur Deus causam miserandi, nec tam immixta est hominum contemptor, ut auxilium levantibus deneget. Item plurimi, quibus persuasum est quia placere iustitiam; et quia qui sit dominus, ac parés omnium venerantur<sup>\*</sup> cum precibus assiduis, ac frequentibus videnta & sacrificia offerunt; nomē eius laudibus prosequuntur, iustis, ac bonis operibus demereri eum laborantes. Et est, propter quod Deus et posset, et debeat gratificari. Nam si nihil est tam conueniens Deo, quam beneficia; ne autem tam alienum, quā vt sit ingratus: necesse est, ne cius optimorū sancte<sup>qz</sup> viuentium praefet aliquid, actum reddat, ne subeat ingratiti culpam; quia est etiā hominum minosa. Contra autem sunt alijs facinorosi, & nefarioribidinibus omnia polluant; cadibus vexent, fraudulentiant, peierent, nec consanguineū, nec parentibus pacalleges, & ipsum etiam Deum negligat. Habet igitur ius Deo materiam. nō est enim fas, eum, cū talia fieri vide, non moueri, & insurgere ad ultionem sceleratorum, apstiferos, nocentesqz delere, vt bonis omnibus consulat. At & in ipso ira<sup>\*</sup> est, & gratificatio. Inania ergo, & ipsa inest reperiuntur argumenta vel eorum, qui, cum irati Dei volunt, gratificari volunt, quia ne hoc quidem fieri sicut potest; vel eorum, qui nullū animi motum esse in Diopstant. Et quia sunt aliqui affectus, qui nō cadūt in Deo, vt libido, timor, auaritia, mœror, inuidia, omni profū affectu eum vacare dixerunt. his enim vacat, quia nūrum affectus sunt. eos autem, qui sunt virtutis, id est in malos, caritas in bonos, miseratione in afflictos, quia diuina potestate sunt digna, proprios, & iustos, & vobaber. Quae profecto nisi habeat, humana vitæ turbabunt, atqz ad tantam cōfusionem deueniet statim rerum, periclitis, superatuqz legibus, sola regnet audacia, vi nū deniqz

deniqz tutus esse posset, nisi qui viribus praeualeat. Ita quasi communi latrociniū terra omnis depopulabitur. Nunc vero quoniam & mali pœnam, & boni gratiam, & afflitti opē sperant: & virtutibus locus est, & scelerata rariora sunt. At enim plerunque & scelerati feliciores sunt, & boni miseriiores; & iusti ab iniustis impune vexantur. Considerabimus postea, cur ista fiant. Interim de ira explicemus, an sit aliqua in Deo, virum nihil curat omnino, nec moueat ad ea, que impie geruntur.

D E V S, inquit, Epicurus, nihil curat: nullam igitur XVII. habet potestatem. curare enim necesse est eum, qui habet potestatem, vel si habet, & non vicitur; qua<sup>\*</sup> tanta negligenzia causa est, vt ei, non dicam nostrum genus, sed etiam mundus ipse sit vilis? Ideo, inquit, incorruptus est, ac beatus, quia semper quietus. Cui ergo<sup>\*</sup> ministratio tantarum administratio rerum cessit, si hec à Deo negligantur, quæ videmus ratione summa gubernari? aut quietus esse quomodo potest, qui vivit, & sentit? Nam quies aut somnires est, aut mortis. sed nec somnus habet quietem, nam cùm soporati sumus, corpus quidem quiescit, animus<sup>\*</sup> autem irrequietus agitat, tamen imagines sibi, quas cernat, effingit, vt naturale suum motum exerceat varietate visorum; auocatqz se à falsis, dum membra saturentur, ac vigorem capiat. denique re vi.n. 183. quies sempiterna solius mortis est. Si autem mors Deum non attingit; Deus igitur nunquam quietus est. Dei vero actio quæ potest esse, nisi mundi ministratio? Si vero mundi curam gerit, curat igitur hominum vitā Deus, ac singulorum actus animaduertit, eosqz sapientes, ac bonos esse desiderat. Hac est voluntas Dei, hec diuina lex; quam qui sequitur, qui obseruat, Deo carus est. Necesse est igitur, vt ira moueat aduersus eum, qui hanc aeternam, diuinamqz legem aut violauerit, aut spreuerit. Si nocet, inquit, alicui Deus, iā bonus nō est. Non exiguo fallitur erore

rore, qui censuram sive humanam, sive diuinam actionis  
 & malitia nomine infamant, putantes nocentem da-  
 oportere, qui nocentes afficit pena. Quod si est; nocen-  
 tigatur leges habemus, quae peccatis supplicia sanxerit;  
 nocentes iudices, qui scelere cōdictos pena capitum afficiunt.  
 Quod si & lex iusta est, quae et nocenti tribuit, quod mer-  
 retur, & iudex integer, ac bonus dicitur, cum male sa-  
 vindicat (bonorum enim salutē custodit, qui malos puni-  
 ergo et Deus, cū malis obest, nocens non est; \*ipse autem  
 est nocens, qui aut innocentia nocet, aut nocenti parci, n  
 pluribus noceat. \* Licet querere ab ijs, qui Deum faciunt  
 immobilem; si quis habeat rem, domum, familiam, servos  
 eius contemnentes patientiam domini, omnia inusserit;  
 ipsi bonis eius fruantur, ipsos familia eius honoret, domi-  
 nus autem contemnatur ab omnibus, derideatur, gelinquatur:  
 utrum ne sapiens esse possit, qui contumelias non vin-  
 dicet, suisque rebus eos perfidii patiatur, in quos habeat pri-  
 uatum? Quae tanta in quoquam potest patientia repa-  
 ri? si tamen patientia nominanda est, & non stupri qua-  
 dam insensibilis. Sed facile est ferre contemptum. Quisque  
 fiant illa, que à Cicerone dicuntur? Etenim quaro, si quis  
 pater familias liberis suis à seruo interfectis, vxore occisa,  
 incensa domo, supplicium de seruo nunquam acerrimum  
 sumpsxit; utrum is clemens, ac misericors, an inhumans,  
 & crudelissimus esse videatur? Quid si eiusmodi faci-  
 ribus ignorare, crudelitas est potius, quam pietatis: non  
 est ergo virtus in Deo, ad ea, quae iniuste fiant, non com-  
 moueri. Nam mundus tanquam Dei dominus est, & homi-  
 nes tanquam servi, quibus si ludibrio sit nonen eius; quia  
 aut quanta patientia est, vi honoribus sui cedat praua;  
 iniqua fieri videat, & non indignetur; quod proprium, &  
 naturale est ei, cui peccata non placeant? Irasci ergo  
 tionis est, auferuntur enim delicta, & refrenatur licentia,

is

libet

quid

quod viiq; iuste, sapienterq; sit. Sed stoici non viderunt  
 esse discrimen recti, & prauae esse iram iustum, & iniustā;  
 & quia medelam rei non inueniebant, voluerunt eam pe-  
 nitius excidere. Peripatetici verò nō excidendam, sed tem-  
 perandam esse dixerunt. quibus in sexto lib. institut. satis  
 respondimus. Nescisse autem philosophos, qua ratio esset  
 ira, apparebat ex definitionibus eorum, quas Seneca enumera-  
 rauit in libris, quos de ira composuit. Ira est, inquit, cupi-  
 ditas v̄lscende iniuria.\* Alij, vt ait Posidonius, cupiditas aut.  
 puniendi eius, à quo te inique putas laſum. Quidā ita desi-  
 nierunt. Ira est incitatio animi ad nocendum ei, qui aut  
 nocuit, aut nocere voluit. Aristotelis definitio non multum  
 à nostra abeſt. Ait enim, iram esse cupiditatem doloris re-  
 pendēti. Hac est ira, de qua superius diximus \*iniusta; que  
 etiam mutū inest: in homine vero cohibēda est; ne ad ali-  
 quod maximum malum profiliat per furorē. Hac in Deo  
 esse nō potest, quia illæſibilis est; in homine autē, quia fra-  
 glis est, inuenitur. irritat enim laſio dolorem; & dolor fa-  
 cit v̄litionis cupiditatem. Ubi est ergo illa ira iusta, qua  
 mouetur aduersus delinqüentes? quae v̄lq; non est cupiditas  
 v̄litionis, quia non præcedit iniuria. non dico de ijs, qui ad-  
 uersus leges peccant, quibus \* & iudex sine crimine irasci  
 potest. fingamus tamen, eum sedato animo esse debere, cū  
 subiicit pena nocentem, quia legum sit minister, non ani-  
 mi, aut potestatis sua. sic enim volunt, qui iram conantur  
 euellere. sed de ijs potissimum dico, qui sunt nostri & potesta-  
 ti, vt serui, liberi, coniuges, & discipuli: quos cū delin-  
 quere videmus, incitamur ad coercendū. Necesse est enim  
 bono, ac iusto disiplicare, quae praua sunt; et cui malū disipli-  
 car, \* moueri, cu id fieri videat. ergo surgimus ad vindictā, mouetur  
 nō quia laſi sumus, sed vt disciplina seruerit, mores corri-  
 gatur, licetia cōprimatur. Hac est ira iusta; quae sicut in ho-  
 mine necessaria est ad prauitatē correctionē, sic viiq; in  
 Deo

etc

vi. n. 184.

Deo

**D**eo, à quo ad hominem peruenit exemplum. Nam scilicet nos potest ati nostra subiectos coercere debemus: ita etiam peccata vniuersorum Deus coercere debet. quod ut faciat, irascatur necesse est; quia naturale est bono ad alterius pacatum moueri, & incitari. ergo definire debuerunt; ita motus animi ad coercenda peccata insurgentis. nam definitio Ciceronis, *Ira est libido vlciscendi, non multum a superioribus distat, quam possimus vel furorem, vel iram, quia diam nominare, hac ne in homine quidem debet esse, quia tota vitiosa est. Ira vero, qua ad correctionem vitiorum pertinet, nec homini adimi debet, nec Deo potest; quia ei visus est rebus humanis, & necessaria.*

**XVIII** *Q*uid opus est, inquit, ira, cum sine hoc effectu peccantem peccata corrigi possint? Atqui nullus est, qui \*peccatorum possit videre tranquille: possit fortasse, qui legibus praeficitur; quia facinus non sub oculis eius admittitur, sed defensio aliunde tanquam dubium; nec vnuquam possit esse scelus tam clarus, ut defensioni locus non sit; & ideo potest inde non moueri aduersus eum, qui potest innocens inueniri. Cumq[ue] detectum facinus in luce venerit; iam non sua, sed legum sententia viritur. Sed potest concedi, ut sine ira faciat, quod facit. habet enim quod sequatur. Nos certe, in domi peccatur a nostris; sive id cernimus, sive sentimus, indignari necesse est. ipse enim peccati aspectus, indignus est, nam qui non mouetur omnino; aut probat delicta, quod est turpius, et iniustius; aut molestiam castigandi fugit, quam sedatus animus, & quieta mens aspernatur, ac renuit, ut stimulauerit ira, & incitauerit, qui autem commouetur, tamē int̄ēstina levitate vel sapientia, quam necesse est, vel etiam semper ignorat; is planè et illorum vitā perdit, quorum audacia nutrit ad facinora maiora; & sibi ipsi animi molestiarum materiam subministrat. Vitiosa est ergo

lenitate

in peccatis ira sua cohibito. Laudatur Archytas Tarentinus, qui cum in agro corrupta esse omnia comperisset, vilius sui culpā redarguens, Misericordia, inquit, quem iam verberibus necassem, nisi iratus essem. Vnicum hoc exemplum temperantia putant; sed auctoritate ducti non vident, quā incepta & locutus fuerit, & fecerit. Nam, sicut ait Plato, nemo prudens puniit, quia peccatum est; sed ne peccetur. appetit, quā malum vir sapiens proposuerit exemplum. Si enim senserint serui, dominum suum servire, cum non irascitur; tum parcere, cum irascitur; non peccabunt ritus, leuiserit, ne verberetur; sed, quantum poterunt, grauiissime; ut stomachum eius incident, atq[ue] impune discedant. Ego vero laudarem, si cum fuisset iratus, dedisset ira sue spatium; vt residete per interuum allatum tempore animi tumore, haberes modum castigatio. Non ergo propter ira magnitudinem donanda erat pena, sed differenda; ne aut peccanti maiore iusto dolore inureret, aut castiganti furore. nunc vero quā tandem equitas, aut qua sapientia est, vt aliquis ob exiguum delictum puniatur? ob maximum non puniatur? Quod si naturam rerum, causasq[ue] didicisset, nunquam tam importunam continentiam profiteretur, vt nequam seruus iratus sibi fuisse dominum gratularetur. Nam sicut corpus humanum Deus multus, & varijs sensibus ad usum vita necessarijs instruxit; sic & animo varios attribuit affectus, quibus vita ratio constaret: vt libidinem producenda sobolia gratia dedit; sic iram cohibendorum causa delictorum. Verum ijs, qui nesciunt fines honorū, ac malorum, sicut libidine utuntur ad corruptelas, & ad voluptates; sic ira, & affectus ad nocendum; dum ijs, quos odio habent, irascuntur. ergo etiam non peccatis inascuntur, etiam paribus, aut etiam superioribus. Hinc quotidie ad \*maxima facinora vid.n.185.  
immania profilitur: hinc tragedia sepe nascuntur. Esset igitur laudandus Archytas, si, cum alicui cuius, & parisi faciet sibi iniuriam

iuriam fuisse iratus, repressisset se tamen, et patientia, rorū impetu mitigasset. Hac sui coabitio gloria est, qui cōpescitur aliquid imminens magnum malum. Seruit autem, filiorumque peccata non coercere, peccatum est, eum enim ad maius malum per impunitatē. Hic non coabit ira, sed etiam, si iacet, excitanda est. Quod autē de homine dicimus, id etiam de Deo, qui hominē similem sibi fecit. Omitto de figura Dei dicere, quia stoici negāt haberet nascetur iam formam Deum; & ingens alia materia nascunt eos coarguere velimus: de animo tantum loquor. Si Da subiacet, cogitare, sapere, intelligere, prouidere, praestare omnibus autem animalibus homo solus hoc habet: ergo Dei similitudinem factus est; sed ideo procedit in vita, quia de terrena fragilitate permisitus, non potest id, quod Deo sumpsit, incorruptum, purumque seruare, nisi ab omni Deo iustitia praeceptis imbuatur.

xix.

SED quoniam compactus est, ut diximus, ē duobus, animo, & corpore; in altero virtutes, in altero vitia continentur, et impugnant se inuicem. Animis enim bona, quae sunt in continendis libidinibus; contraria sunt corpori, & corporis bona, quae sunt in omni genere voluptatis, immixta sunt animo. Sed si virtus animi repugnauerit cupiditatibus, easque cōpressoerit; vere Deo simili inueniuntur. Unde apparet animam hominis, quae virtutem diuinam capit, non esse mortalem. Sed discrimen illud est, quod cum virtus beatam amaritudinem, & sit dulcis illecebra voluptatis, videntur plurimi, & abstrahuntur ad suavitatem. Si vero, qui se corpori, rebusque terrenis addixerunt, premunirū muneris terram, nec aequi possunt diuini numinis gratiam, quae se vitiorū labibus inquinarunt. Qui autē Deū secuti, & parentes, corporis desideria contempserint, & virtutē puerentes voluptatibus, innocentiam, iustitiamque seruauerunt, hos Deus ut sui similes recognoscit. Cum igitur sanctissi-

M A T T H E U S

mam legē posuerit, velitque vniuersos, innocētes, ac beneficēs esse; potest ne non irasci, cum videt contēni legem suā, abiēcī virtutē, appeti voluptatē? Quod si est mūdi administrator, sicut esse deber, non utique contēnit id, quod est in omni mūdo vel maximū. Si est prouidēs, vt oportet Deū, prouidus cōsultū utique generi humano, quo sit vita nostra & copiosior, & melior, & tutior. Si est pater, ac Deus vniuersorū; certe & virtutibus hominū delectatur, & vitiis cōmoneatur; ergo & iustos diligit, et impios odit. Odio, inquit, opus non est: semel enim statuit bonis præmiū, & malis pœnā. Quod si aliquis iuste, innocenterque viuat, & idē Deū nec colat, nec curet omnino, vt Aristoteles, et Timon, cateriā, Attilides philosophorū, cedētne huic impune: quod cū legi Dei obreparrat, ipsum tamen spreuerit. Est igitur aliiquid, propter quod Deus possit irasci, tanquam fiducia integratatis aduersus eū rebellādi. Si huic potest irasci propter superbiam, cur rebellante nō magis peccatori qui legē cū ipso pariter latore contēperit? Iudex peccatis veniā dare nō potest, quia voluntati servit aliena; Deusaute potest, quia est legis sua ipse disceptator, et iudex, quā cum poneret, non utique ademit sibi omnē potestatē, sed habet ignoscendi licentiam.

Sed potest ignoroscere, potest igitur irasci. cur ergo inquiet alius, et qui peccat, sepe felices sunt, et qui piē vivunt, sepe miseri? Quia fugitiui, & abdicati libere viuunt, & qui sub disciplina patris, aut domini sunt, strictius, & frugalius. Virtus enim per mala & probatur, & constat, virtus per voluptatem, nec tamen ille qui peccat, sperare debet perpetuā impunitatē, quia nulla est perpetua felicitas.

Sed scilicet ultima semper

Expectanda dies homini est, diciisque beatus

Ante obitum nemo, supremaque sunera debet:

Vt ait poēta nō insuavis, exitus est, qui arguit felicitatem; & nemo iudicium Dei potest nec viuis effugere, nec mori-

thrus.

xx.

&amp;

tius. Habet enim potestatē & viuos precipitare de summo, & mortuos aeternū afficere cruciatibus. Imò, inquit, irascitur Deus, statim debuit vindicare, et pro merito quaque punire. At enim si id faceret, nemo supereseret. Nihil est enim, qui nihil peccet; & multa sunt, quae ad peccata vinolentia irritant; atas, \*violentia, egestas, occasio, primum. Ab subiecta est peccato fragilitas carnis, qua indui sumptuosa huic necessitatī Deus parceret, nimium fortasse pauperiuerent. propter hanc causam patientissimus est, & non suam continet. Nam quia perfecta est in eo virtus, non est patientiam quoq; eius esse perfectam; qua & ipsa virtus est. Quād multi ex peccatoribus iusti posterius iusta sunt, ex malis boni, ex improbus continentis. quād modum tamen laudabiles extiterunt. quod vtq; non ret, si omne peccatum pena sequeretur. Leges publicas nifestos reos damnant: sed plurimi sunt quorum peccata occultantur; plurimi, qui delatorem comprimit aut pobicibus, aut premio; plurimi, qui iudicia eludent per grauvel potentiam. Quod si eos omnes, qui humanam penam effugiunt, censura diuina damnaret, esset homo aut rarus, aut nullus in terra. Deniq; vel vna illa causa delendatur humani iusta esse poruisset, quod homines contemperant Deo viuo, terrenis, fragilibus qd; fragmentis honorū diuinū tanquam celestibus deferunt, adorantes opera humani digitis laborata. Cumq; illos Deus artifex, ore sublimi, stilo recto figuratos, ad contemplationem cali, & notitiam Dei excitauerit; curuare se ad terram maluerunt, & pecudam more humi repere. Humilis enim, et curuus, et pronus, qui ab aspectu cali, deiq; patris auersus, terrena, quae dare debuerat, id est, de terra facta, et formata veneratur. In tanta igitur impietate hominum, tantisq; peccatiū assequitur patientia Dei, ut se ipsi homines damnaturi

prīmū

prioris erroribus corrigant. Denique & boni sunt, iusti qd; multi, et abiectis terrenis cultibus, maiestatem Dei singularis agnoscunt. Sed cum maxima & vilissima sit Dei patientia; tamen quamvis sero noxios punit, pecatū patitur longius procedere, cum eos inemendabiles esse peruiderit.

SUPEREST vna maxima, & extrema questio. Nam <sup>xx 1</sup> dixerit fortasse quispiam, adeo non irasci Deum, vt et in etiam preceptis hominem irasci vetet. Possem dicere, quod ira hominis refrenanda fuerit, quia iniuste (sepe irascitur, & praesente in habet motum, quia temporalis est. Itaq; ne fierent ea, quae faciunt per iram & huius, & mediocres, et magni reges, temperari debuerat furor eius, & comprimi, ne debuktus impos aliquid inexpibile facinus admitteret. Deus autem non ad presens irascitur, quia aeternus est, perfectaq; virtutis, & namquam nisi merito irascitur. Sed iam non ita res se habet. Nam si omnino prohiberet irasci, ipse quodammodo reprehēsor opificij sui snisset; qui à principio irā recori hominis indidisset. siquidem creditur, causam huīus commotionis in humore felis continet. Non igitur in totum prohibet irasci; quia is affectus necessario datus est: sed prohibet in ira permanere. ira enim mortaliū debet esse mortalis: nam si maneat, confirmātur inimicitia ad perniciem sempiternam.\* Denique rursus eum irasci quidem, <sup>Deinde cum</sup> sed tamen non peccare præcepit; non vtq; euelleret iram raddicatus, sed temperauit; vt in omni castigatione modum, ac iustitiam teneremus. Qui ergo irasci nos iuber; ipse vtique irascitur, qui placare celerius præcepit; est vtique ipse plācabilis. \* siquidem præcepit, qua sunt iusta, et rebus utilia communibus. Sed quia dixeram non esse iram Dei temporalem, sicut hominis, qui præsentanea commotione seruescit, nec facile regere se potest propter fr. agilitatem: \* intellegere debemus, quia sit aeternus Deus, iram quoque eius <sup>vid. n. 186.</sup>

h

in

in aeternum manere; sed rursum quia virtute sit maxima praeclara, in potestate habere iram suam; nec ab eis regis ipsum illam, quemadmodum velit, moderari. quod si non repugnat superiori. Nam si proorsus immortalis fuisse ira eius; non esset satisfactioni, aut gratia post delictum locus, cum ipse homines ante solu occasum reconciliari beat. Sed ira diuina in aeternum manet aduersus eos, qui peccant in aeternum. Itaque Deus non thure, non bolu, non pretiosis muneribus, que omnia sunt corruptibili, sed morum emendatione placatur, & qui peccare definiunt, iram Dei mortalem facit. Iccirco enim non ad praeſentium \*quemque punit, ut habeat homo respicendi & corrigendi sui facultatem.

**xxii.** H AEC habui, que de ira Dei dicerem, Donare canime; vt scires quemadmodum refelleres eos, qui Deum laiciunt immobile. Restat, vt more Ciceronis utramque aplice ad perorandum, sicut ille in Tusculanis de morte disserit. ita nos in hoc opere testimonia diuina, quibus etiam reuincamus posse, adhibere debemus, vt illorum persuasionem \*vimus, qui sine ira Deum esse credentes, dissoluunt omnem ligionem; sine qua, vt ostendimus, aut immanitate bellis, aut stultitia pecudibus adequarem. in sola enim religione, id est, in dei summi notione sapientia est. Prophetæ in uersi diuino spiritu replete, nihil aliud, quam de gratia dei erga iustos, & de ira eius aduersus impios loquuntur. quorum testimonia nobis quidem satis sunt: vrum ijs quoniam non credunt isti, qui sapientiam capillis, & habent ueritatem, ratione quoque, & argumentis fuerant a nobis nesciendi. Sic enim præpostere agitur, vt \*humanam diuinam tribuant auctoritatem, cum potius humanis\*diuinam debuerint. Que nunc sane omittamus, ne nihil apud istum agamus, et in infinitum materia procedat. Ea igitur qu-

humana  
diuina  
vld. n. 187.

ramus testimonia, quibus illi possint aut credere, aut certe non repugnare. Sibyllas multas fuisse, plurimi, & maxi-mi auctores tradiderunt; Gracorum, Ariſto Chius, & Apollodorus Erythreus; nostrorum, Varro & Fenestella. Hi omnes precipuam, & nobilem preter ceteras Erythream fuisse commemorant. Apollodorus quidem ut de cini, ac populari sua gloriatur. Fenestella vero etiam legatos Erythras à Scratu esse missos referit, ut huius Sibylle carmina Romanis deportarentur, & ea Coss. Cu-rio, & Octanius in Capitolio, quod tunc erat curante Q. Catullo restitutum, ponenda curarent. Apud hanc de summo & conditore rerum Deo huiusmodi ver-sus reperiuntur.

αφεστος κτινης αιονι Θεοφεταιων,  
τοις της αλκαιοις αχερον προφεγου πολυ μείζονα μιθδν.

τοις δηκονις, αλκαιοις της χόλον και συμπορ εγέραν.

Ripfus alio loco enumerans, quibus maximè facinoribus incitetur Deus; huc retulit.

φενη γη λατρειας ανθρακος, θεφ ζωνη λατρεια.

μονχειας της ουλασσον, και αρσενος ακριτον ευνην

Ιδιαν γενεαν παιδιον τρεφε, μιδε φονδε.

και οι αδιάρατος κεχαλώστη, οσκευ άμαρτη.

**V E R V M** quia plures, vt ostendi, Sibylla à doctissimis **xxiiii** auctoribus fuisse traduntur; unius testimonium satis non fit ad confirmandam, sicut intendimus, veritatem. Cum ea quidem volumina, quibus Romanorum fata conscripta sunt, in arcanis habentur. ceterarum tamen ferè omnium libelli, quo minus in usu sint omnibus, non vetantur. ex quibus alia denuntians uniuersis gentibus iram Dei ob impietatem hominum, hoc modo exorsa est.

ερχομένης δρυῆς μεγάλης επον κόσμου απειθη  
ερχατον εἰς αἰονια δευ μηνύματα φάνω,

πάτις προφητεύσασι καὶ τόλιν ἀνθρώποισι.  
Alia quoque per indignationem Dei aduersus iniustitiam  
taclysum priore seculo factum esse dixit, ut malitia geni-  
neris humani extingueretur.

Ἐξ ἐμνίσθωντος ἐπεργνίοιο θεοῦ

ἀνταῖοις πολέσαις καὶ ἀνθρώποισιν ἀπατήν,

γῆν ἐκάλυψε θάλασσα κατακλυσμοῖο φρέγετος,

Simili modo deflagrationem postea futuram vaticinat  
est, qua rursus impietas hominum deleatur.

καὶ τοτε τὸν ὄργὴν θεὸν καὶ ἔτει φρεγένοντα,

ἄλλ' ἐξειβρέθοντα, καὶ ἐξολόντα τε γένναν

ἀνθρώπων ἀπαστον ἵστε μηπρομέτερθοντα.

Vnde apud Nasonem de Ioue ita dicitur:

Ἐσε quoq; in fatus reminiscitur, affor: tempus,

Quo mare, quo tellus, correptaq; regia cali

Ardeat, & mundi moles operosa laboret.

quod tunc fiat necesse est, cum honor, et cultus Dei summi  
apud homines interierit. Eadē tamen placari ei punitio  
factorum, & sui emendatione contestans, hac addidit:

ἄλλ' ἐλέει μετεύθεδε βροτοὶ δὲ μη δὲ φρός ὄργην

πατοῦσιν ἀγάγητε θεὸν μέγαν.—

Item paulò post.

Ἐκ διάτοι, παύσει δὲ τάλιν χόλον εὗτ' ἀνταπτε  
εὐτελεῖσιν αἱρεῖ θυμῷ ἐν φρεσὶν ἀσκήσατε.

Deinde alia Sibylla celestium, terrenorumq; genitorem  
diligi oportere denuntiat, ne ad perdendos homines indig-  
natio eius insurgat.

μάτωτε θυμωθεῖς θεὸς αἴφετο. ἐξαπολέσῃ

πᾶν γένος ἀνθρώπων βίοτον καὶ φύλον ἀνοίδεις

δεῖ στέργειν γενετῆρα θεὸν σφὸν αἰὲν εἴντα.

Ex his apparet vanas esse rationes philosophorū, qui Deū  
putant sine ira, et inter ceteras laudes eius id ponūt, quod  
vid. n. 188. est <sup>+</sup>inutilissimum, detrahentes ei, quod est rebus humanis

maxime

maximè salutare, per quod constat ipsa maiestas. Regnū  
hoc, imperiumq; terrenum, nisi metus custodiatur, soluitur.  
Auser iram regi, non modo nemo parebit, sed etiam de fa-  
stigio precipabitur. imò vero cuilibet humili eripe hunc  
affuctum; quis eum non spoliabit? quis non deridebit? quis  
non afficiet iniuria? Ita nec indumenta, nec sedem, nec vi-  
tum poterit habere, alijs quicquid habuerit diripientibus;  
necum putemus caelestis imperij maiestatem sine ira, &  
metu posse consistere. Apollo Milesius de Iudaorum religio-  
ne consultus, responso hoc indidit:

Ἄλλο θεὸν θαυμάντης πρὸ πάντων

οὐ τρέμετοι καὶ φοβεῖσθαι,

ταρτάροι τε μυχοὶ, καὶ θαύμονες εὐφρίθεστοι.

Si tam lenis est, qua philosophi volūt, quomodo ad nutum  
eius non modo demones, & ministri tantæ potestatis, sed  
etiam celum, & terram, & rerum natura omnīs contremi-  
scit? Si enim nullus alteri seruit, nisi coactus; omne igitur  
imperium metu constat; metus autem per iram. nam si nō  
moueatur quis aduersus parēre nolentem; nec cogi poterit  
ad obsequium. Consultat vniquisq; affectus suos: iam in-  
telligit, nemine posse sine ira, & castigatione imperio sub-  
iugari. Ubi ergo ira non fuerit, imperium quoq; non erit.  
Deus autem habet imperium: ergo & iram, qua constat  
imperium, habeat necesse est. Quapropter nemo vanilo-  
quentia philosphorum inductus, ad contemptum se Dei  
eruditat; quod est maximum nefas. Debemus hunc omnes  
& amare, quod pater est; & reveri, quod dominus; & ho-  
norificare, quod beneficus, et metuere, quod seuerus, utrāq;  
persona in eo venerabilis. Quis salua pietate non diligat  
anima sue parentem? aut quis impune contemnat eum?  
qui rerum dominator habeat in omnes veram, & eternā  
potestatem? si patrem consideres, ortum nobis ad luce, qua-  
fruimur, submissi ut: per illum vivimus; per illum in-

hospitium huius mundi intrauimus. Si Deum cogites; illi  
nos innumerabilibus copijs alit; ille sustentat; in huius do-  
mo habitamus; huius familia sumus, & si minus ob-  
quens, quam decebat, minusq; officiosa, quam domini, e  
parentis immortalia merita poscebant; tamen plurimum  
proficit ad veniam consequendam, si cultum eius, non  
nemq; teneamus; si abiectis humilibus, terrenisq; tam-  
bus, quam bonis, caelestia & diuina sempiterna medi-  
mur. quod ut facere possumus, Deus nobis sequendus est.

*vid.n.189.* Deus adorandus \* & diligendus; quoniam in eo est mar-  
ria rerum, & ratio virtutum, & fons bonorum. Qui  
enim Deo aut potentia maius est, aut ratione pessimum,  
aut claritate luculentius? Qui quoniam nos ad sapientiam  
genuit, ad iustitiam procreauit; non est fas hominem  
lictu Deo, sensus ac vita datore, terrenis, fragilibusq;  
mulari; aut querendis temporalibus bonis inherentem.

desciscere innocentia. & pietate \* discedere. Non faciunt beatas  
vitiosae, ac mortifera voluptates, non opulentia libidinis

irritatrix \* incitatrix, non inani ambitio, non caduci honores; qui-  
bus illaqueatus animus humanus, & corpori manipauit,  
eterna morte damnatur; sed innocentia sola, sola iustitia,  
cuius legitima, & digna merces est immortalitas; quam  
statuit a principio Deus sanctus, et incorruptis mentibus  
que se a vitijs, & ab omni labore terrena integras, immu-  
tatasq; conseruat. Huius premij caelstis, ac sempiterni pa-  
ticipes esse non possunt, qui fraudibus, rapinis, circumst-  
ptionibus conscientiam suam polluerunt, quiq; iniurias  
minim, nefarijs commisimus, ineluctibiles sibi maculas insig-  
runt. Proinde vniuersos oportet, qui sapientes, qui homini  
merito dici volunt, fragilia contemnere, terrena calcare,  
humilia despicere, ut possint cum Deo beatissima necesse  
tudine copulari. Auferatur impetas, discordia, differen-  
tesq; turbulenta, ac pestifera sopiantur; quibus humana  
vanitudo

sociates, & publici foederis diuina coniunctio rumpitur.  
dirimitur, dissipatur: quantum possumus, boni, ac beneficii  
esse meditemur: siquid nobis opum, siquid suspetit copia-  
rum; id non voluptati vnius, sed multorum saluti impar-  
tiatur. Voluptas enim tam mortalis est, quam corpus, cui  
exhibet ministerium. Iustitia vero, & beneficentia tam  
immortales, quam mens, & anima, qua bonis operibus si-  
militudinem Dei assequitur. Sit nobis Deus non in tem-  
plis, sed in corde nostro consecratus. Destructibilia sunt  
omnia, que manu fiunt. mundemus hoc templum; quod  
non fumo, non puluere, sed malis cogitationibus sordida-  
tur; quod non cereis ardentibus, sed claritate, ac luce sa-  
pientie illuminatur. In quo si Deum semper crediderimus  
esse presentem, cuius diuinitati secreta mentis patent; ita  
vivemus, ut & propitum semper habeamus, & nunquam  
vereamur iratum.

b 4 L. Coeli.

L. COELII FIRMIANI  
LACTANTII DE OPIFICO  
DEI, LIBER VNVS: AD DEME-  
TRIANVM AUDITOREM  
S V V M.

Vām minimē sim quietus, etiā in summum  
cessitatibus; ex hoc libello poteris existimā-

**Q**uem ad te rudibus penē verbu, prout inge-  
mediocritas tulit, Demetriane, perscripsi.  
Et quotidianum studium meum nosse; & n  
decessum tibi, praeceptor etiā nunc, sed honestiori rei, mi-  
liorūq; doctrina. Nam si te in literis nihil aliud quam la-  
guam instruentibus, auditorem satis strenuum praebu-  
quāt magis in his veris, & ad vitā peritētibus doctrinā  
esse debebis? apud quē nunc profiteor nulla me necessari  
vel rei, vel temporis impediri, quo minus aliquid exaudi,  
quo philosophi nostræ sectæ, quam tuemur, instructione,  
doctioresq; in posterum fiant; quamvis numc male audia,  
castigenturq; vulgo, quod aliter quam sapientibus cōnveni-  
viuāt, et virtus sub obtentu nominis celent; quibus illos au-  
mederi oportuit, aut ea prorsus effugere, vt beatum, que  
incorruptū sapientiæ nomen via ipsa cum præceptis con-  
gruente, præstarent. Ego tamen, vt nos ipsos simul, & tu  
teros instruam, nullum laborem recuso. Neq; enim possum  
oblivisci mei, tum præsertim, cūm maximē opus sit mem-  
nisse; sic ne tu quidē tui, vt spero, et opto. Nam licet te pu-  
blica rei necessitas à veris, & iustis operibus auerat: lu-  
men fieri non potest, quin subinde in celum afficiat ma-  
sibi consīcia recti. Ego quidē letor, omnia tibi, que p  
bonis habētur, prospere fluere; sed ita, si nihil de statu ma-  
tūrū immutent. Vereor enim, ne paulatim consuetudo, n  
iucundia

iucunditas earum rerum (sicut fieri solet) in animū tuum  
sensim reparat. Ideoq; te moneo, repetens iterum qd; monebo;  
ne oblectamenta iſi a terre pro magnis, aut veris bonis ha-  
bere te credas; que sunt non tantum fallacia, quia dubia;  
verum etiam infidiosa, quia dulcia. Nam ille collectator,  
& aduersarius noster scis quam sit astutus, & idem ipse rāpē  
violentus, sicuti nunc videmus. Is h̄ec omnia, quæ illucere  
possunt, pro laqueis habet, & quidem tam subtilibus, vt  
oculos mentis effugiant, \* nec possint hominis prouisione ne  
vitari. Summa ergo prudentia est, pedetentim incedere, procedere  
quoniam utrobiusque saluti insidet, & offensacula pedibus  
latenter opponit. Itaque res tuas proprias, in quibus nunc  
agis suadeo, vt pro tua virtute aut contemnas, si potes; aut  
non magnopere mireris. Memento & veri parentis tui, &  
in qua ciuitate nomen dederis; & cuius ordinis fueris. quam  
intelligis projecto quid loquar. Nec enim te superbie ar-  
guo; cuius in te ne suspicio quidem illa est: sed ea quæ dico,  
ad mentem referenda sunt, non ad corpus; cuius omnis ra-  
tio ideo comparata est, vt animo tāquam domino seruat,  
& regatur natus eius. Vas est enim quodammodo fictile,  
quo animus, id est, homo ipse verus continetur, & quidem  
non à Prometheo factum (vt poëta loquuntur) sed à sum-  
mo illo rerum conditore, ac artifice Deo; cuius diuinā pro-  
udentiam, perfectissimamq; virtutem nec sensu compre-  
hendere, nec verbo enarrare possibile est. tentabo tamen,  
quoniam corporis, & animi facta mentio est, vt triusq; ra-  
tionem, quantum pusillitas intelligentia mea peruidet, ex-  
plicare. Quod officium hac de causa maxime suscipiendum  
puto, quod M. Tull. vir ingenij singularis, in quarto de re-  
publica libro, cum id facere tentasset, nihil proorsus efficit;  
\*& materiam late patente angustis finibus terminauit, nam  
leuiter summa quæq; decerpēs. Ac ne illa esset excusatio,  
cur cum locū non fuerit executus, ipse testatus est, nec vo-

luntatem sibi defuisse, nec curam. In libro enim de legis primo, cum hoc idē summarim strigeret, sic ait: Hunc cū satis (ut mihi videtur) in yis libris, quos legisti, exp̄sa Scipio. Postea tamen in libro de natura Deorum secunda, hoc idem latius exequi couatus est. Sed quoniam ne ibi quidem satis exp̄s̄it; aggrediar hoc munus; & suman m̄s audacter explicandū, quod homo disertissimus pene om̄is int̄ctū. Forstan reprehendas, quod in rebus obscuris non aliquid disputare; cum videas tanta temeritate hominū extitisse, qui vulgo philosophi nominantur, vt ea, quae diffusa prorsus, atq; abdita Deus esse voluit, scrutari ut p̄ naturam rerū caleſtū, terrenarūq; cōquere in quā nobis lōge remote, neq; oculis cōtrectari, neq; tangi manu, sensu neq; percipi & sensibus possunt. & tamen de illarū omnium affectu ratione sic disputant, vt ea, quae afferunt, probata, & cognita videri velint. Quid est tandem, cur nobis iniudicium dispicere quisquam putet, si rationem corporis nostri inficeret, & contemplari velimus? Quæ plane obscura non est, quia ex ipsis membrorum officiis, & yis partii singulariū, quādū tu vi prouidentia quisq; factus fit, intelligere nob̄ licet,

**11 D E D I T** enim homini artifex ille noster, ac p̄rens Deus sensum, atq; rationem; vt ex eo appareret, nos ad to esse generatos; quia ipse intelligentia, ipse sensus, ac ratio est. Cateris animatib; quoniam rationale istam vitam nō attribuit; quemadmodū tamen vita eorum tuior est, pilis ante prouidit. omnes enim suis ex se pellibus texit, quosa trigorum ciliis possent vim pruinatum, ac frigora sustinere. Singulis autem generibus ad propulsandos impetus externos sua propria munimenta confituit; vt aut naturalib; telūs pugnent fortioribus, aut quæ sunt imbecilliora, subtrahant se periculis perniciate fugiendi; aut quæ simul & viribus & celeritate indigent, astu se protegant, aut latib; se

piant. Itaq; alia eorū vel plumis leuib; in sublime suspenſa sunt, vel suffulta vngulus, vel instructa cornibus. quibusdam in ore arma sunt dētes, aut in pedibus adunci vngues; nulliq; munimentum ad tutelam sui deest. Siqua vero in pradā maioribus cedunt; ne tamē stirps eorum funditus interiret, aut in ea sunt relegata regione, ubi maiora esse non possunt; aut acceperunt vberem generandi ſcunditatem; & bestiis, quæ sanguine aluntur, viclus ſuppetere et ex illis; & illatam tamē cladem, ad conſervationem generis multitudine ipsa ſuperaret. Hominem autē, ratione confeſſa, & virtute ſentiendi atq; eloquendi data, eorum, quæ ceteris animatib; attributa sunt, ſicut expertem; quia sapientia reddere poterat, quæ illi natura conditio denegat, ſtatuit nudum, & inermem; quia & ingenio poterat armari, et ratione vestiri. Ea verò ipsa, quæ mutis data, & homini denegata sunt, quād mirabiliter homini ad pulchritudinem faciant, exprimi non potest. Nā ſi homini ſertinos dētes, aut cornua, aut vngues, aut vngularis, aut caudam, aut varij coloris pilos addidiffet; quis nō ſentit, quād turpe animal eſſet futurū, ſicut muta, ſi nuda; & inermia fingerentur? Quibus ſi detraboras vel naturalem ſui corporis uestem, vel ea quibus ex ſe armantur, nec ſpeciosa poterunt eſſe, nec tua; vt mirabiliter, ſi vilitatem cogites, instructa, ſi ſpecie, ornata videantur. adco miro modo conſentit vilitas cum decore. Hominem verò, quoniam aternum animal, atq; immortale ſingebat, non forinſecus, ut cetera, ſed interius armaruit; nec munimentum eius in corpore, ſed in animo poſuit; quoniam ſuperuacuum fuſit, cum illi, quod erat maximum, tribuiffet, corporalibus eum tegere munimentis; cum praeritim pulchritudinem humani corporis impedirent. Vnde ego philosophorum, qui Epicurum ſequuntur, amentiam ſolea mirari; qui natura opera reprehendunt, vt ostēdant, nulla prouidentia instructū eſſe, ac regi

ac regi mundum; sed originem rerum infecabilibus, ac solidis corporibus assignant, quorum fortuitis concursione  
prætereo vniuersa nascuntur, & nata sunt. \* Præterea, que ad ipsam  
v.i.u. 190. mundum pertinēta virtus dant, in quo ridicule insanum  
id sumo; quod ad rem, de qua nunc agimus, pertinet.

111. QVERVNTVR, hominem nimis imbecillum, &  
fragilem nasci, quam cetera animalia nascuntur; quia  
vt sunt edita ex utero, protinus in pedes suos erigi, & ge-  
stare discursibus, statimq; aëri tolerando idonea esse, quia  
in lucem naturalibus indumentis munita processerint; homi-  
nem contraria, nudum, & inermem, tanquam ex naufragio  
huius vita miseriae proiici, & expelli; qui neq; mouent  
loco, ubi effusus est, posse; nec aliter lactis appetere, quia  
initiū tēporis ferre: itaq; naturam non matrē esse huma-  
ni generis, sed nouercā: qua chm mutis tam liberaliter  
gesserit; hominem vero sic effuderit, vt inops, et infirmus  
omni auxilio indigens, nihil aliud posset, quam fragilitate  
sua conditionem ploratu, ac fletibus suis ominari, scilicet  
Cui tantum in vita restet transire malorum.

Quæ cum dicunt, vehementer sapere creduntur, proprie-  
tatem vnuquisque inconsideratæ sua conditioni ingra-  
uit. ego vero illos nunquam \*magis despere contendit,  
quam cum hæc loquuntur. Considerans enim conditionem  
rerum, intelligo nihil sieri aliter debuisse, quam factum est;  
vt non dicam, potuisse; quia Deus potest omnia; sed nece-  
ssit, \* quod illa prouidentissima maiestas id efficerit, quod  
erat melius, & rectius. Libet igitur interrogare istos di-  
norum operum reprehensores, quid in homine desse, quia  
imbecillior nascitur, credant; num iccirco minus educent  
homines; num minus ad summum robur etatis prouehan-  
tur; num imbecillitas aut incrementum impedit, aut  
salutem; quoniam qua desunt, ratio deprehendit. At ho-

minis, inquit, educatio maximis laboribus constat. pe-  
cudum scilicet cōditio melior, quod haec omnes, cum factum  
ediderint, non nisi pastus sui curam gerunt. ex quo effici-  
tur, vt vberibus sua sponte distentis, alimentum lactis fac-  
tibus ministretur; & id, cogente natura, sine matrum soli-  
citidine appetant. Quid aues? quarum ratio diuersa est;  
nonne maximos suscipiunt in educando labores? vt inter-  
dum aliquid humane intelligentia habere videatur. nidos  
enim aut luto edificant, aut virgulis, \* & frondibus con- aut ē  
struunt; & ciborum expertes, incubant ovis; & quoniam  
factus de suis corporibus alere datum non est, cibos conue-  
bunt; & totos dies in huicmodi discursione consumunt;  
notib; vero defendant, souent, protegent. Quid amplius  
facere homines possunt? nisi hoc solum fortasse, quod non  
expellunt adulitos, sed perpetua necessitudine, ac vinculo  
caritatis adiunctos habent. Quid, quod avium factus mul-  
to fragilior est, quam hominus? quia non ipsum animal  
edunt; sed quod materni corporis \* factu, & calore tepe-  
factum, animal efficiat, quod tamen cum spiritu fuerit  
animatum. id vero implume, ac tenerum non modo volan-  
di, sed ambulandi quoque vsu caret. Num ergo inceptissi-  
mus sit, si quis putet male cum volucribus egisse naturam,  
primum quod bis nascuntur; deinde, quod tam infirma, vt  
sunt questis per laborem cibis a parentibus nutriende?  
Sed illi fortiora eligunt, imbecilliora prætereunt. Quero  
igitur ab ijs, qui conditionem pecudum sua præferunt; quid  
eligit, si Deus his deferat optionem; vitrum malint, hu-  
manam ne sapientiam cum imbecillitate, an pecudum fir-  
mitatem cum illarum natura? quid optant quid eligunt? vi.m.191.  
Scilicet non tam pecudes sunt, vt non malint vel fragilio-  
rem multo, quam nūc est, dummodo humanā; quam illam  
irrationabilem firmitatē. Sed videlicet prudentes viri neq;  
hominis rationem volunt cum fragilitate, neq; mutorum  
firmit-

quod firmitatem sine ratione.\* Quare nihil est tam repugnat, tamq; contrarium; quod vnumquodque animal aut talis instruat necesse est, aut conditio natura. Si naturalibus manimētis instruatur, superuacua ratio est. quid enim cogitabit? quid faciet? aut quid molestetur? aut in quo lenti illud ingenij ostenderet, cū ea, quæ possunt esse rationes, plu natura concedat? Si autē ratione sit preditum; quid operari sepius corporis? cum semel concessaratio natus munus posset implere, que quidem tantum valet ad ornatum, tuendumq; hominem; vt nihil potuerit maius, ac liu à Deo dari. Deniq; cū & corporis nō magni hominū exiguarum viriū, et valetudinis sit infirma; tamē quoniam id, quod est maius, accepit; et instructior est ceteris animalibus, et ornatori. Nam cum fragilis, imbecillusq; nascantur, tamen & à mutis omnibus tutus est; & ea omnia, que si moria nascuntur, etiā si vim celi fortiter patiuntur, ab omnīne tamē tutā esse nō possunt. Ita sit, vt plus homini in neque ferat ratio, quam natura mutis; quoniam in illis\* nec mutitudo virium, neq; firmitas corporis efficiere potest, qu minus aut opprimatur à nobis, aut nostra subiecta sunt protestari. Poteſt ne igitur aliquis, cū videat etiam boves, & elephantes vaccas, aut \*equos cū immansimis corporibus ac viribus seruire homini; queri de opifice rerum Deo, quodmodicū vires, quod paruum corpus accepit: nec beneficia in sedūna pro merito astimat: quod est ingrat, aut (vt verius loquar) insani. Melius igitur Plato, vt hos, credo, inguitos refelleret, natura gratias egit, quod homo natus est. quod & ipsum quale sit, non est huius materia ponderari.

Quanto melius, & sanius, qui sentit conditionem hominis maluerunt esse meliorem; quam̄ isti, qui se pecudes natos esse malauererent. Quos si Deus in ea forte\* conuerterit animalia, quorum sortem preferunt sue; iam profecto cupiant remigrare; magniūq; clamoribus conditionem pristinam flagitent;

vi.ii.192.

qui

quia non est tanti robur, ac firmitas corporis, vt officio lingue careas; aut animal per aëre libera discursatio, vt manibus indigeas. plus enim manus prestant, quam leuitas, vsusq; pennarum; plus lingua, quam totius corporis fortitudo. Qua igitur amētia est, ea preferre, que, si data sint, accipere detrectes?

I D E M queruntur,\* hominem morbis, & immatura mortis esse subiectum. Indignantur videlicet, non Deos se habentes, & subiectos. Minime, inquieti; sed ex hoc ostendimus, hominem nulla prouidētia esse factum, quid aliter fieri debuit. Quid si ostendero, id ipsum magna ratione prouisum esse, vt morbis vexari posset, & vita sape in medio cursus sui spatio ruperetur? Cum enim Deus, animal, quod fecerat, sua sp̄te ad mortem transire cognouisset; vt morte ipsam, que est dissolutio natura, capere posset; dedit ei fragilitatem, qua morti aditum ad dissoluendum animal inueniret. Nē si eius roboris fieret, vt ad eū morbus, & agitudo adire nō posset; ne mors quidem posset; quoniam mors sequela morborū est. Immatura vero mors quomodo ab eo, cui esset constituta natura? Nempe nullum hominem mori volunt, nisi cum centesimū etatis compleuerit annū. Quomodo ilis in tāta repugnanciā rerū ratio poterit constare? Ut enim ante annos centum mori quisq; nō posset; aliquid illi roboris, quod sit immortale, tribuendū est. Quo cōceſſo, necesse est cōditionem mortis excludi. Id autem ipsum cuiusmodi potest esse, quod hominē contra morbos, & ieiūs extraneos solidam, atque inexpugnabilem faciat? Cum enim cōſter ex ossibus, & neris, & visceribus, & sanguine, nequid horum potest esse tam firmum, vt fragilitatem repellat ac mortē? Ut igitur homo indissolubilis sit ante illud tempus, quod illi putant oportuisse cōſtitui; ex qua ei materia corpus attribuēti? Fragilia sunt omnia, quæ videri, ac tangi possunt. Supereſt, vt aliiquid ex calo petat; quoniam in

in terra nihil est, quod non sit infirmum. Cum ergo homo sic formandus esset a Deo, ut mortalitas esset aliquando, in ipsa exigebat, ut terreno, & fragili corpore fingeretur. Neesse est igitur, ut mortem recipiat, quando libet; quoniam corporalis est. corpus enim quodlibet solubile, atque mortale est. Stulti semper sunt, qui de morte immatura queruntur; quoniam naturae conditio locum illi facit. In consequens erit, ut morbis quoque subiectus sit, neque empatitur natura, ut abesse posse infirmitas ab eo corpore, quod in circa non solidum, firmumque natum est, ut aliquando soluendum sit. Sed putemus fieri posse, quemadmodum volunt, ut homo non ea conditione nascatur, qua mortuus subiectus sit, nisi peracto etatis sua spatio, ad remanent procererit senectutem. Non igitur vident, si quis v.i.n.193. constitutus, quid sequatur, hominem utique certe tempore mori nullo modo posse: sed, si prohiberi ab altero videtur, mori poterit: res igitur exigit, ut homini, qui ante eum diem mori non potest, ciborum alimenta, quia subiecti possunt, opus non sit. Si opus cibo non erit item non homos, sed Deus fiat. Ergo (ut superius dixi) qui de fragilitate hominis queruntur, id potissimum queruntur, quod non immortales, & sempiterni sint nati. Nemo, nisi sexagenarius debet. Nempe ideo mori debet, quia Deus non est. Atque mortalitas non potest cum immortalitate coniungi, siem mortalitas est in senectute; immortalis esse in adolescencia potest; nec est ab eo conditione mortis altera, qui quadragebitur est; nec villa immortalitas est, cui sit terminus constitutus. Ita sit, ut & immortalitas exclusa in perpetuum ad tempus recepta mortalitas, hominem constituat in ea conditione, ut sit in qualibet etate mortalitas. Quadrat igitur necessitas vindicatio, nec debuisse aliter fieri, nec fas fuisse. Sed isti ratione sequentium non violent, quia semel errauerunt ipsa summa. Exclusa enim de rebus humanis divina prudenter

nidentia, necessario sequebatur, ut omnia sua sponte sint nata. Hinc inuenierunt illas minitorum seminum plaga, & concussions fortuitas; quia rerum originem non videbant. In quas se angustias cum coicebant; iam cogebat eos necessitas existimare, animas cum corporibus nasci, & item cum corporibus extingui. Assumpserant enim, nihil fieri mente divina, quod ipsum non aliter probare poterant, quam si ostenderet esse aliqua, in quibus videretur prouidentia ratio claudicare. Reprehenderunt igitur ea, in quibus vel maxime divinitatem suam prouidentia mirabiliter expressit, ut illa, quae resulti, de morbis, & immatura morte; cum debuerint cogitare, his assumptis, quae necessario sequerentur, sequuntur autem illa, quae dixi, si morbum non recipierent; neque tecta, neque vestibus indigerent. quid enim ventos, aut imbres, aut frigora metuerent; quorum vis in eo est, ut morbos afferant? In circa enim accepit sapientiam, ut aduersus nocentia fragilitatem suam muniat. Sequitur necessario, ut quoniam reiinendarationis causa morbos capit; etiam morte semper accipiat; quia is, ad quem morbus non venit, firmus sit necesse est; infirmitas autem habet in se mortis conditionem; firmitas vero ubi nescit, nec senectus locum potest habere, nec mors, quae sequitur senectutem. Præterea, si mors certa conditione esset etatis; fieret homo insolentissimus, & humanitate omni careret. Nam ferè uera omnia humanitatis, quibus inter nos coharemus, ex metu, & conscientia fragilitatis oriuntur. Denique imbecilliora, & timidiiora queque animalia congregantur; ut quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur; fortiora vero solitudines appetunt; quoniam robore, viribusque confidunt. Homo quoque, si eodem modo haberet ad propulsanda pericula suspectens robur, nec ullius alterius auxilio indigeret: quae societas esset? quae reuerentia inter se? quis ordo? quae ratio? quae humanitas? aut quid esset

diuinitas  
prudentia  
vi.n.194.

terius esset \*deterioris homine? quid efferacius? quid immaturus?  
Sed quoniam imbecillus est, nec per se potest sine homine  
vivere; societatem appetit, ut vita communis & ordinata  
fiat, & tutior. Vides igitur omnem hominis rationem in u-  
el maxime stare, quod nudus, fragilisque nascitur, quod  
morbis afficitur, quod immatura morte munitatur. Quod  
homini detrahatur, rationem quoque, ac sapientiam detrahi,  
apertissimis necesse est. Sed nimis diu de rebus \*apertis disputo; cum si  
liquidum, nihil sine prouidentia nec factum esse viximus,  
nec fieri potuisse. De ceteris operibus vniuersis si nunc libet  
disputare per ordinem, infinita materia est. Sed ego de re  
corporis hominis tantum institui dicere; ut in eo diuina pru-  
udentia potestatem, quanta fuerit, ostendam, his duntur  
in rebus, quae sunt comprehensibiles, & aperta: nam illa,  
qua sunt anima; nec subiecti oculus, nec comprehendendi possunt.  
Nunc de ipso vase hominis loquamur, quod videmus.

V. In principio, cum Deus singeret animalia, noluit via  
rotundam formam speciem conglobare, atque colligere; vt e  
moueri ad ambulandum, & flectere se in qualibet pa-  
tem facile possent: sed ex ipsa corporis summa produxitu  
put: item produxit membra quedam longius, que voca-  
tur pedes, ut alterius motibus solo fixa perduceret animal  
quod mens tulisset, aut quod perendi cibi necessitas prouis-  
set. Ex ipso autem vasculo corporis quatuor fecit extau-  
bina, posterius; quae sunt in omnibus pedes: item bina capi-  
ti, & collo proxima; quae varios animalibus vsus prebit.  
In pecudibus enim, ac feris sunt pedes posterioribus similes  
in homine autem manus; qua non ad ambulandum, sed  
tenendum faciendum, \*operandumque sunt natae. Est & tertium gen-  
nus, in quo priora illa neque pedes, neque manus sunt; sed ali-  
quando in quibus \*penna per ordinem fixa, volandi exhibet vixim.  
Ita una scitio diversas species, et usus habet. Atque ipsa

capit

corporis crastitudinem firmiter comprehendenter; maiori-  
bus, & brevibus ossibus inuicem colligatis, quasi carinam  
compegit, quam nos dicimus spinam, eamque noluit ex uno,  
perpetuoque esse formare, ne gradiente, flectenteque se facul-  
tatem animal non haberet. Ex eius parte quasi media co-  
stas, id est transversa, & plana ossa porrexit in diuersum;  
quibus clementer curuat, & in se velut in circulum pene  
conducit, interna viscera contegantur, ut ea, quae \*mollia,  
& minus valida fieri opus erat, illius solide cratus ample-  
xu possent esse minuta. In summa vero constructionis eius,  
quam similem nanus carina diximus, caput collocauit, in  
quo est regimur totius animalis. datumque illi hoc nomen  
est, ut quidem Varro ad Ciceronem scribit, quod hinc ca-  
piat initium sensus ac nervi. Ea vero, quae diximus de cor-  
pori vel ambulandi, vel faciendi, vel volandi causa esse  
producta, neque nimium longis, propter celerem mobilita-  
tem; neque nimium brevibus, propter firmitatem, sed &  
paucis, & magnis ossibus, constare voluit. Aut enim bina  
sunt, ut in homine; aut quaterna, ut in quadrupede; que  
tamen non fecit solida, ne in gradiente pigritia, & grani-  
tas retardaret; sed cauata, & ad vigorem corporis conser-  
vandum medullis intrinsecus plena; eaque rursus non aqua-  
liter porrecta finiuit; sed summas eorum partes crastio-  
bus nodis conglobavit, ut & substringi nervis facilius, &  
verti tueri possent; unde sunt vertibula nominata. Eos  
nodos firmiter solidatos leni quodam operculo texit; quod  
dicuntur chartilago; scilicet, ut sine attritu, & sine sensu dol-  
loris aliquo flecterentur. eosdem tamen non in unum mo-  
dum formauit. alios enim fecit simplices, & in orbem ro-  
tundos, in iis duntaxat articulus, in quibus moueri mem-  
bra in omnes partes oportebat, ut in scapulis; quoniam ma-  
nus utriuslibet agitari, & contorqueri necessarium est: alios  
autem latos, & aquales, & in unam partem rotundos, &

i 2

in

in his utique locis, ubi tantummodo curvari membra oportebat, ut in genibus, & in cubitis, & in manibus ipsi. Nam sicut manus ex loco, unde oriuntur a corpore, ubique versus moueri, speciosum simul, & utile fuit: sic profectus hoc idem etiam cubitis accederet, & superuacius ejus huiusmodi motus, & turpis. Nam enim manus amissa dignitate, quam nunc habet, mobilitate nimia proboscidi milis videretur; esset ergo homo planè anguimanus, quod genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectum est. Deus enim, qui prouidentiam, & potestatem suam multarum rerum mirabili varietate voluit ostendere: quoniam caput eius animalis non tam longe porrexerat, ut tenet posset ore contingere, quod erat futurum horribile, atque tereum; & quia os ipsum profusis dentibus sic armaverat, ut etiam si contingeret, pascendi tamen facultatem dentes admireret: produxit inter eos à summa fronte molle, & flexibile membrum, quo prendere, quo tenere quoddlibet posset; ut rationem vietus capienda vel dentium prominu[m] magnitudo, vel ceruicis breuitas impedit.

**V I** N O N possum hoc loco teneri, quo minus Epicuri similitudinem rursum coarguam. illius enim sunt omnia, quae delirat Lucretius, qui, ut ostenderet animalia non artificio aliquo diuine mentis, sed, ut solet fortuito esse nata; dixit in principio mundi alias quasdam innumerabiles animales miranda specie, & magnitudine fuisse natu, sed eam permanere non potuisse, quod illas aut sumendi cibi faculta, aut coeundi, generandi, ratio defecisset. Videlice ut animis suis locum facheret per infinitum, & inanè voltuibus diuinam prouidentiam voluit excludere. Sed cum videtur, in omnibus, quæ spirant, mirabilem prouidentiam esse rationem: \*quod malum \*vanitatis erat, dicere, fuisse animalia prodigiosa, in quibus \*nascendi ratio cessasset!

qua  
vanitas  
v.i.n.195.  
p.i.n.196.

Quoniam

Quoniam igitur omnia, qua videmus, cum ratione natura sunt; id enim ipsum nasci, efficere nisi ratio non potest: manifestum est, nihil omnino rationis expers potuisse generari. \* At enim prouisum est in singulis quibus <sup>Ante</sup> fingendis, quatenus & ministerio membrorum ad necessaria vita vteretur; & quatenus adiugatis corporibus elata soboles, uniuersas generatim conseruaret animantes. Nam si peritus architectus, cum magnum aliquid adificium facere constituit, primo omnium cogitat, quæ summa perfecti adficij futura sit; & ante emetitur, quem locum leue pondus expectet; ubi magni operis statuta sit moles; quæ colum- oneris narum interualla; qui, aut ubi aquarum caducium decursum, exitus, & receptacula; hac inquam prius præuidet, ut prouideat quecumque sunt perfecto iam operi necessaria, cum ipsis fundamentis pariter ordiatur: cur Deum quisquam putet machinandis animalibus non ante prouidisse, quæ ad viuendum necessaria essent, quam ipsam vitam daret? Quæ utique constare non posset, nisi prius effecta essent quibus constat. Videbat igitur Epicurus in corporibus animalium diuina rationis soleritiam; sed ut efficeret, quod ante imprudenter assumpserat, adiecit aliud deliramentum superiori congruens. Dixit enim, neque oculos ad videndum esse natos, neque aures ad audiendum, neque pedes ad ambulandum, quoniam membra hec prius nata sunt, quam esset ipsis videndi, & audiendi, & ambulandi; sed horum omnia officia ex natu exstitisse. Vereor, ne huiusmodi portenta, & ridicula refutare, non minus ineptum esse videatur. Sed libet inepire; quoniam cum inepto agimus, ne se ille nimis argumentum putet. Quid ais Epicure? si non sunt ad videndum oculi natu? cur igitur vident? Postea, inquit, ipsis eorum apparuit. Videndi ergo causa natu sunt, siquidem nihil possunt aliud, quam videre. Item membra cetera cuius rei causa nata sunt, ipse ipsis ostendit. qui utique nullo modo posset

posset existere; nisi essent mēbra omnia tam ordinate, tam prouidenter effecta, vt vsum possent habere. Quid enim, si dicas aues non ad volandum esse natas, neque feras ad sauiendum, neque pisces ad natandum, neque homines ad sapiendū; cum apparcat ei natura, officioq; seruire animantes, ad quod \*sunt queq; generata: Sed videlicet qui summa veritatu amisit, semper erret necesse est. Si enim non prouidentia, sed fortuitis atomorum concursionibus nascuntur omnia; cur nunquam fortuito accidit, sic corre illaribus principia; vt efficerent animal eiusmodi, quod \*naribus potius audiret, \*odorarer oculus, auribus cerneret? Si enim primordia nullum genus positionis inexpertū relinquent; oportuit eiusmodi quotidie monstrat generari, in quibus membrorum ordo præposterus, & v̄sus longe diuersus exi- quæque fieret. Cum vero vniuersa genera, & vniuersa quoque mēbra leges suas, & ordines, & v̄sus sibi attributos tueantur: manifestum est, nihil fortuito esse factum, quoniam diuinæ rationis dispositio perpetua seruatur. Verum alias res fellemus Epicurum: nunc de prouidentia (vt cōpimus) differamus.

VII. D E U S igitur solidamenta corporis, qua ossa dicuntur, nodata, & adiuncta inicem nervis alligavit, atque constringit; quibus mens, si excurrere, aut resistere velit, tanquam retinaculis viteretur; & quidem nullo labore, motu nulloq; conatu, sed minimo \*nutu totius corporis molem temperaret, ac flesteret. Hac autem visceribus operuit, vt quenque \*quencung locum decebat, \*vt quæ solide essent conclusa tegerentur. Item visceribus ipsis venas admisicuit quasi ri- quas per corpus omne diuisos; per \*quos discurrens humor, & sanguis, vniuersa membra succis vitalibus irrigaret, & ea viscera formata in eum modum, qui vnicuiq; generi, ac loco aptius fuit, superiecta pelle cōtexit: quam vel sola pudicitudine decorauit, vel setis adoperuit, vel squamis mu- nivit;

nuit; vel plumis insignibus adornauit. Illud vero commen- tum Dei mirabile, quād vna dispositio, & vnu habitus innumerabiles \*animantium \*perferat varietates. Nam in omnibus ferè, quæ spirant, eadē series, & ordo membrorum est. Primum enim caput, & huic annexa ceruix. Itē collo pectus adiunctū, & ex eo prominentes armi, adhærens pe- dori venter. Itē ventri subnixa genitalia. Ultimo loco se- mora, pedesq;. Nec solum mēbra suum tenorem, ac situm in omnibus seruant, sed etiam partes membrorum. Nam in uno capite ipso certam sedem possident aures, certam oculi, nares item, os quoque, & in ore dentes, & lingua. Quæ omnia cum sint eadem in omnibus animantibus; ta- men infinita, & multiplex diuersitas figurarum est; quod ea, qua dixi aut productiora, aut contractiora lineamentis varie differētibus cōprehensa sunt. Quid illud: Nōnne diui- num quod in tantā viuentiū multitudine vñiquodq; ani- mal in \*suo genere, specie pulcherrimum est? vi siquid vicissim de altero in alterum transferatur, nihil impeditius ad utilitatem, nihil deformius ad aspectum videri necesse est: vt si elephanto ceruicē prolixā tribuas, aut camelō bre- uem; vel si serpētibus pedes, aut pilos addas; in quibus par- telli aequaliter corporis longitudine nihil aliud exhibeat, ni- si ut maculis terga distincti, & squamarū levitate sufful- ti, in lubricos tractus sinuosif flexibus laberentur. In quadupedibus autem idem opifex contextum spina à summo capite deductum, lōgius extra corpus eduxit, & acumina- um in caudam; vt obscœnae corporis partes vel propter fœ- statem tegerentur, vel propter teneritudinem munirentur; vt animalia quedam minuta, & nocentia motu eius arcerentur à corpore. quod membrum si \*detrabes, impen- detum sit animal, ac debile. Vbi autem ratio, & manus est: tam non est id necessarium, quād indumentū pilorum, adeo in suo \*quoque genere ap̄fissime congruent; vt neque quæque

imaginis  
preferat  
vi.n.198.

sui generis

vi.n.199.

nudo quadrupede, neq; homine tecta excogitari quicquam turpis posset. sed tamen cum ipsa nuditas hominius mire ad pulchritudinem valeat; non tamen etiam capiti congrebat. quanta enim in eo futura deformitas esset, ex caluitio appareret. texit ergo illud pilo: & quia in summo futurum erat; quasi summum edificij culmen ornauit. qui ornatus non est in orbem coactus, aut in figuram \*pilei teres factus, ne quibusdam partibus nudus esset informis; \*sed alibi \*infusus, \*alibi retractus pro \*cuiuslibet loci decentia. Frons ergo vallata per circuitum, & a temporibus effusi ante aures capilli, et earum summae partes in corona modum cincta, & occiputum omne coniectum, speciem miri decoris ostentant. Iam barba ratio incredibile est quantum conferat vel ad dignoscendam corporum maturitatem, vel ad differentiam sexus, vel ad decorum virilitatis, ac roboris; vt videatur omnino non costatura fuisse totius corporis ratio, si quicquam aliter esset effectum.

allicubi  
eflatus  
alicubi  
et uniuque

VIII N VNC rationem totius hominis ostendam; singulorumq; membroru, que in corpore aperta, aut opera sunt vtilitates, & habitus explicabo. Cū igitur statuisset Deus ex omnibus animalibus solum hominem facere caelestem, cetera vniuersa terrena; hunc ad cali contemplationem rigidum erexit, bipedemq; constituit, scilicet ut eadem spectaret, unde illi origo est; illa vero deprestit ad terram; vt quia nulla his immortalitatis expectatio est, toto corpore in humum projecta, ventri, pabuloq; seruirent. Hominis itaque solius recta ratio est & sublimis status, & vultus Deo patri communis, ac proximus, originem suam, factoremq; testatur. Eius prope diuina mens, quia non tantum animantium, qua sunt in terra, sed etiam sui corporis est sortita dominatum; in summo capite collocata, tanqua in arce sublimis speculatur omnia, & contuetur. Hac eius aulam

aulam Deus non obductem porrectamq; formauit, vt in multis animalibus; sed orbi, & globo similem; quod\* orbis omnis rotunditas perfecta rationis est, ac figura. Eo igitur mens, & ignis ille diuinus tanqua calo tegitur. cuius cum summum fastigium naturali ueste texisset; priorem partem, qua dicitur facies, necessarius membrorum ministerius & instruxit pariter, & ornauit. Ac primum quod oculorum orbis concavis foraminibus \* conclusit; à quo foratu fronti nominatam Varro existimauit: & eos neque minus, neque amplius, quam duos esse voluit, quod ad speciem nullus est perfectior numerus, quam duorum; sicut & atri duas; quarum duplicatas incredibile est quantam pulchritudinem \* praeseferat; quod tum pars viraque similitudine ornata est, tum vt venientes altrinsecus voces facilius colligantur. nam & forma ipsa mitandum in modum sita; quod earum foramina voluit esse nuda, & inobsepta; quod & minus decorū, & minus vtile fuisset; quoniam simplicium cavernarū angustias prateruolare vox posset, & bari, nisi \* perceptā per cauos sinus, et repercuissu \* retentā exceptam retentam comiberen

foramina ipsa cōueherent, illis similia vasculis, quibus impensis solēt angustiora vasa cōpleri. Eas igitur aures, quibus est inditu nōmē à vocibus hauriendis (vnde Virgilius, Vocemq; his auribus hauſi). ut quia vocem ipsam Graci & Ælv vocant ab auditu per immutationem literæ, aures velut aedes sunt nominatae) noluit Deus artifex mollibus pelliculis informare, ne pulchritudinem demerent pendule, atque flacentes; neque duris, ac solidis ossibus, ne ad vsum inhabiles essent, immobiles, ac rigentes; sed, quod esset horum medium, ex cogitauit; vt eas chartilago mollior alligaret, & haberent spiam simul, & flexibilem firmatatem. In his audiendi tantum officium constitutum est, sicut in oculis videndi. quorum præcipue inexplicabilis est, ac mira subtilitas; quia

i s eorum

corum orbes gemmarum similitudinem preferentes, ab ea parte, qua videndum fuit, membranu perlucentibus texit; ut imagines rerum contra positarum, tanquam in speculo resplendentes ad sensum intimum penetraret. Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens, ea, quae sunt foris, transpicit: ne forte existimes aut imaginum incursione nos cernere (ut philosophi dixerunt) quoniam videndi officium in eo debet esse, quod videt; non in eo, quod videatur; aut intentione aeris, cum acie, aut effusione radiorum: oculos quoniām si ita esset, tardius, quam<sup>\*</sup> oculis aduertimus, videremus; donec intentus aer cum acie, aut effusi radij ad id, quod videndum esset, peruenirent. Cum autem videamus eodem momento temporis; plerunque vero aliud agentes, nihilominus tamen vniuersa, quae contra sunt posita, intueamur: verius, & manifestius est mentem esse, quae per oculos ea, quae sunt opposita, transpiciat quasi per fenestras lucente vitro, aut speculari lapide obductas. Et sic circa mens, & voluntas ex oculis sepe dignoscitur. Quod quidem ut refelleret Lucretius, inceptissimo usq*ue* est argumento. Si enim mens, inquit, per oculos videt; eritis, & effos*s* oculis magis videret; quoniam euulsa cum postibus fores, plus inferunt lumen, quam si fuerint obducta. Nimis ip*s*, vel potius Epicuro, qui eum docuit, effos*s* oculi erant, ne viderent, effos*s* orbes, & ruptas oculoru*m* fibras, & fluentem per venas sanguinem, et crescentes ex vulnerib*m* carnes, & obductas ad ultimum cicatrices nihil possē lucis volebat, nisi forte auribus oculos similes nasci volebant; ut non tam oculis, quam foraminibus cerneremus. quo n*on* vsum hil ad speciem fædius, ad<sup>\*\*</sup> visum inutilius fieri potest.

vi.n.201.

Quantulum enim videre possemus, si mens ab intimu penetrabilibus capitis per exiguis cavernarum rimulis attenderet; ve si quis vellet transpicere per cicutam, non plus profectacernat, quam cicta ipsius capacitas comprehendat.

dat. Itaque ad videndum membris potius in orbem conglobatis opus fuit; vt visus in latum spargeretur; & qua in primis facie adhaerereunt, vt libere possent omnia contueri. Ergo ineffabilis diuina prouidentia virtus fecit duos simillimos orbes; eosq*ue* ita deuinxit, vt non in totum converti, sed moueri tamen, ac flecti cum modo possent. Orbes autem ipsos humoris puri, ac liquidi plenos esse volunt; in quorum media parte scintilla lumen conclusa tenerentur, quas pupillas nuncupamus; in quibus puris, ac subtilibus cernendi sensus, ac ratio continetur. Per eos igitur orbes seipsum mens intendit, vt videat; miraque ratione in unum miscetur, & coniungitur amborum lumen visus.

L I B E R hoc loco \* illorum reprehendere vanitatem, qui dum volunt ostendere sensus falsos esse, multa colligunt, in quibus oculi fallantur; inter quae illud etiam, quod furiosi, & ebrios omnia duplicita videantur. quasi vero eius error obscura sit causa. Ideo enim fit, quia duo sunt oculi. Sed quomodo id fiat, accipe. Visus oculorum intentione unum constat. Itaq*ue*, quoniam mens (vt supra dictum est) oculis tanquam fenestris vtratur; non tatum hoc ebrijs, aut insanis accidit, sed etiam sanis, ac sobrijs. Nam si aliquid unum proprius admoueras, duplex videbitur. certū est enim interquallum, ac spatium, quo acies oculorum coit. Item retrosum auoces animum, quasi ad cogitandum; & intentionem mentis relaxes; cum acies oculi vtriusque dividatur, tunc singuli videre incipiunt separatim. Si animum rursus intenderis, aciemque direxeris, coit in unum, quicquid duplex videbatur. Quid ergo mirum, si mens veleno, ac poteria vini dissoluta, dirigere se non potest ad videndum, sicut ne pedes quidem ad ambulandum, nervis stupescientibus debiles? aut si vis furoris in cerebrū sauiens, concordiam disiungit oculorum? Quod adeo verum est;

oculi fallan-  
tia

*vt luscis hominibus, si aut insani, aut ebrii fiant, nullo pa-  
cto posse accidere, vt aliquid duplex videant. Quare si ra-  
tio apparet, cur illi falluntur; manifestum est, non esse  
falsos sensus; qui aut non falluntur, si sint puri, & integri;  
aut si falluntur, mens tamen non fallitur, qua illorum no-  
uit errorem.*

x *Sed nos ad Dei opera reuertamur. Vi* igitur oculi  
munitiones essent ab iniuria, ciliorum tegminibus occu-  
luit, *vnde oculos dictos esse, Varroni placet.* Nam & ipse  
palpebrae, quibus mobilitas inest, & palpitatio vocabulum  
tribuit, pilis in ordine stantibus vallate, septum oculis de-  
centissimum preuent. Quarum motus assiduus incompre-  
hensibili celeritate concurrens, & videndi tenorem non  
impedit, & reficit obtutum. Acies enim, id est membrana  
illa perlucens, quam siccari, & obarescere non oportet; nisi  
humore assiduo terfa pure \*nireat, obsolefecit. Quid ipsa  
super ciliorum fastigia pilis brevibus adornata? nonne quasi  
aggeribus & munimentum oculis, nequid superne incidat,  
& speciem simul praestant? Ex quorum confinio nasus ex-  
oriens, & veluti aequali porrectus iugo, vtranque aciem  
simul & discernit, & munit. Inferius quoque genarum  
non indecens tumor, in similitudinem collum leniter ex-  
urgens, ab omni parte oculos efficit tutiores; prouisumq[ue]  
est ab artifice summo, vt si quis forte vehementior ictus  
extiterit, eminentibus repellatur. Nasi vero pars superior  
vsque ad medium solida format a est; inferior autem char-  
tilagine adberet molli, ita vt ad vsum digitorum posse esse  
tractabilis. In hoc autem, quamvis simplici, membro tria  
sunt officia constituta; vnum ducendi spiritus; alterum ca-  
piendi odoris; tertium vt per eius cavaernas purgamenta  
cerebri defluant. quas ipse Deus tam mirabili, quam di-  
uina ratione molitus est; vt tamen hiatus ipse nasi, oris  
speciem non deformaret. Quod erat plane futurum, si vnum

46

*et simplex foramen pateret. At id velut pariete per me-  
dium ducto intersepst, atque diuisit, fecitq[ue] ipsa dupli-  
tate pulcherrimum. Ex quo intelligitur, quantum dualis  
nummerus vna, & simplici compage solidatus, ad rerum va-  
rat perfectionem. Nam cum sit corpus vnum; tamen to-  
tum ex simplicibus membris constare non poterat, nisi ve-  
scent partes vel dextrae, vel sinistre. Itaq[ue] vt pedes duo, &  
vnam manus, non tantum ad utilitatem aliquam, vsumq[ue]  
vel gradendi, vel faciendi valent; sed & habitum, deco-  
rumque admirabilem conferunt: sic in capite, quod totius  
huius operis quasi culmen est, & auditus in duas aures,  
& visus in duas acies, & odoratio in duas narcs a sum-  
mo artifice diuisa est; quia cerebrum, in quo sentiendi ra-  
tio est, quamvis sit vnum, tamen in duas partes membra-  
nu interueniente discretum est. sed & cor, quod sapientie  
huncilium videtur, licet sit vnum, duos tamen intrinse-  
cos sinus habet; quibus fontes viui sanguinis continentur,  
septo intercedente diuisi: vt sicut in ipso mundo summa-  
rium vel de simplici duplex, vel de dupli simplex &  
gubernat, & continet totum; ita in corpore de duobus vni-  
uersa compacta, indissociabilem pretenderent unitatem.  
Oris quoq[ue] species, & rictus ex transuerso patefactus,  
quam utilis, quam decens sit, enarrari non potest. cuius  
vsi in duobus constat officiis, sumedi vicitus, & eloquendi.  
lingua intus inclusa; que vocē motibus suis in verba dis-  
sernit, & est interpres animi; nec tamen sola potest per se  
eloquendi munus implere, nisi acumen suum palato illi-  
quit, nisi adiuta vel offensione dentium, vel comprehensione  
laborū dentes tamen plus conferunt ad loquendū. nam &  
infantes non ante incipiunt fari, quam dentes habuerint;  
& senes amissis dentibus ita balbutiunt, vt ad infantiam  
reuoluti denuo esse videantur. Sed hac ad hominem solum  
pertinet, aut ad aues, in quibus acuminata, & vibrata  
certis*

loquenda

certis motibus lingua, innumerabiles cātūrum flexiones, et sonorū variōs modos exprimit. Habet præterea & aliud officium; quo in omnībus, sed tamen solo in mutis virtutēs, quod contritos, & commolitos dentib⁹ cibos colligit, & congregatos vi sua deprimit, & trāsmitit ad ventrē. Itaq; Varro à ligādo cibo putat lingue nomen impositū. Bestias etiam potu adiuuat, protenta enim, cauataque hauriunt aquam; eamq; comprehensam lingua sinu, ne tarditate, ac mora defluat, ad palatum celeri mobilitate complodunt.

Hec itaq; palati cōcāuo tanquā testudine tegitur; eamq; <sup>septis</sup> vi.n.203. dentium \*sēpiens Deus quasi muro circumuallavit. Dētes autē ipsos mirabili modo per ordinē \*fixos ne nudi, ac re- stricti magis horrore, quam ornamenti essent, gigniū mol- libus, quaē à gignendis dentibus nominantur, ac deinde la- biorum tegminibus honestauit. quorum durities, sicut in molarī lapide, maior est, & asperior, quam in ceteris oſ- bus, aut ad conterendos cibos, pabulumq; sufficeret. Labra ipsa, quaē quasi anteā cohēbant, quam decēter intercidit, quorū superius sub ipsa medietate uarium, lacuna qua- dam leui, quasi valle signauit; inferius, honestatis gratia foras molliter explicauit. Nam quod attinet ad saporē ca- piendum; fallitur, quisquis hunc sēsum palato inesse arbi- sapor tratur. lingua est enim, qua \*sapores sentiuntur, nec ta- fēnū. men tota. nam partes eius, quaē sunt ab vitroq; latere te- neriores, saporem subtilissimis sensibus trahunt. & cum neq; ex cibo quicquā, neq; ex potionē minuatur, tamē ine narrabili modo penetrat ad sensū sapor eadē ratione, qua quaque nūbil de \*quacūq; materia odoris \*captio decerpit. Cetera vi.n.204. quam decora sint, vix exprimit potest. Deductū clemēter à genis mentū, & ita inferius coclusum, ut acumen eius ex- tremū signare videatur leniter impressa duuisio: rigidū, ac teres collū; scapula velut molibus iugis à ceruice demissa: valida, & substricta neruis ad foritudinem brachia: toris insigni-

in signibus extētū lacertorū \*ingens robur: vtilis, ac de- extantū  
gens flexura cubitorū. Quid dicam de manib⁹, rationis, vigens  
vi.n.205. & sapientia ministris? quas solertissimus artifex plano, ac  
modice concano \*sinu sicutas, vt siquid tenendum sit, apte  
neu fixe posui insidere; in digitos terminauit. in quibus difficile est  
expidere, vtrū ne species, an vtilitas maior sit. Nā & nu-  
matus perfectus, ac plenus, et ordo, ac gradus decēritissimus;  
& articulorum parum curvatura flexibilis; & forma  
mgium rotunda, concavis tegminibus digitorum fasti-  
giū comprehendens, atque firmans, ne mollitudo carnis in  
mendo cederet, magnum prabet ornatum. Illud vero ad  
quā miris modis habile; quod vnu s̄ a ceteris separatus,  
cum ipsa manu oritur, & in diuersum \*maturius findi-  
tur, qui se velut obuium ceteris prabens, omnem tenendi,  
ficiendiq; rationem vel solus, vel pricipue possidet, tan-  
quam rector omnium, atque moderator. unde etiam polli-  
cū nomē accepit, quod vi, & potestate inter ceteros pol-  
lit. Duos quidem articulos extantes habet, non, vt alij,  
vnuos; sed vnu ad \*manus \*carnē neciū pulchritudi-  
nē gratia. Si enim fuisset tribus articulis et ipse discreveret;  
sed, & indecora species ademisset manib⁹ honestatem.  
Nam pectoris latitudo sublimis, et exposita oculis, mirabi-  
lem pra se fert habitus sui dignitatē. Cuius hec causa est,  
quod videtur hominē sc̄lum Deus veluti supinū formasse  
(nam serè nullū aliud animal iacere in tergū potest) mu-  
nu autem animantes quasi alterno latere iacētes finxisse,  
aq; ad terram compreßisse. Iccirco illis angustum pectus,  
& ab aspectu remotum, & ad terram versus \*subiectum; abiectum  
boni autem patens, & rectum; quia plenum rationis à  
celo datum, humile, aut indecens esse non debuit. Papilla  
quoque leviter eminētes, & fuscioribus, ac paruis oribus  
coronata, non nihil addunt venustatis, feminis ad alelodos:  
satius ducē, maribus ad solum decus; ne informe pectus,  
&

& quasi multum videretur. Huic subdita est planicies ventris; quam medium sere umbilicus non indecenti nota signat, ad hoc factus, ut per eum factus, dum est in vetero, uiriat.

**XI.** SEQ VIT VR necessario, ut de internis quoque visceribus dicere incipiam, quibus non pulchritudo, quia sunt abdita, sed utilitas incredibilis attributa est; quoniam opus fuerat, ut terrenum hoc corpus succo aliquo, de cibis, ac portibus aleretur, sicut terra ipsa imbris, ac pruinis. Prouidentissimus artifex in medio eius receptaculum cibis fecit; quibus concoctis & liquefactis, vitales succos membris omnibus diffundiret. Sed cum homo constet ex corpore, atque anima; illud, quod supra dixi, receptaculum soli corpori praestat alimentum; anima vero altam sedem dedit. Visceris Fecit enim genus quoddam viscerum molle, atque rarum, quod pulmonem vocamus; in quod spiritus reciproca vicissitudine conimearet; eumque non in veteri modum finxit, ne effunderetur simul spiritus, aut inflaret simul. ideoque ne plenum quidem viscus efficit, sed inflabile, atque aeris capax; vt paulatim spiritum recipere, dum vitalis vetus per illam spargitur raritatem; & eudem rursus paulatim redideret, dum se ex illo explicat. ipsa enim uicissitudo flandi, & spirandi respirandique tractus, vitam sustentat in corpore. Quoniam ergo duo sunt in homine receptacula, unum aeris, quod alit animam; alterum ciborum, quod alit corpus, vt fleti ceruix, ac moueri facile possit: duas esse per collum fistulas necesse est, cibalem, ac spiritalem; quarum superior ab ore ad ventrem ferat, inferior a naribus ad pulmonem. Quarum ratio, & natura diversa est. Ille enim qui est ab ore transitus, mollis effectus est, & qui semper clausus coharet sibi, sicut os ipsum; quoniam potus, & cibus dimota, & patefacta gula, quia corporales sunt spantium

tium sibi transire et faciunt. Spiritus contra, qui est in corporalis, ac tenuis, quia spatium sibi facere non poterat, accepit viam patentem, qua vocatur gurgulio. Is constat ex ossibus flexuosis, ac mollibus, quasi ex annulis in circuare modum inuicem compactis, & coherentibus; patet q[ui] semper \*hinc transitus. Nullam enim requitem meandi habere spiritus potest; quia is, qui semper commeat, demissa utiliter de cerebro membra portione, cui uia nomen est, velut occursu quodam refreneretur, ne aut teneritudinem dominili cum impetu veniens attracta pestilenti aura corrumpat; aut totam nocendi violentiam internis receptaculis perferat. ideoque etiam nares \*breuiter sunt & apertae; quae breves iurco sic nominantur, quia per eas vel odor, vel spiritus nare non definit, quae sunt huius fistulae quasi ostia. Tamen hac fistula spiritualis non tantum ad nares, verum ad us quoque iter patet in extremis palati regionibus, ubi se interpartes colles fauicium spectantes vuam tollere incipiunt in tumorem. Cuius rei causa, & ratio non obscura est. loquendi enim facultatem non haberemus, si \*sicut gula iter ad os tantum, ita gurgulio ad nares tatum pateret \*nec procedens ex eo spiritus efficere vocem sine lingue ministerio: posset. Aperuit igitur viam voci diuina. solertia ex illa fistula spirituali, vt posset lingua ministerio suo fungi; & vocis ipsius inoffensum tenorem, pulsibus suis in verba concidere. Qui meatus, si aliquo modo interceptus sit, mutum faciat necesse est. Errat enim projecto quisquis alias causam putat, cur homines muti sint. Non enim (vt vulgo aeditur) vincit amor gerunt linguam; sed ij vocalem illum spiritum per nares, quasi mugientes profundunt, quod vocis transitus ad os aut nullus omnino est, aut non sic patens, ut plenam vocem posse emittere. Quod plerunque natura sit; aliquando etiam casu accidit, ut morbo aliquo hic adiuu obseptus vocem non transmitat ad linguam, faciat q[ui]

de loquentibus mutos. Quod cū acciderit; auditum quoq;  
obstrui, necesse est; vt quia vocē emittere nō potest, ne au-  
ditum admittere quidē possit. Loquendi ergo causa pate-  
factus est hic meatus. Illud quoque præstat, vt in lau-  
acris celebrandis, quia nares calorem ferre non possunt,  
aer feruens ore ducatur. Item si forte spiramenta na-  
rium frigoris pituita præcluserit; per os auram trahere  
possimus; ne obstructa meandi facultate, spiritu stran-  
guletur. Cibi vero in alium recepti, & cum potus hu-  
more permixti, cū iam calore percocti fuerint, eorū succus  
inenarrabili modo per mēbra diffusus, irrigat vniuersum  
corpus, & vegetat. Intestinorū quoq;  
tamen longitudine in se cōvoluta, & uno tantū substricta vinculo,  
qua mirificum Dei opus est? Nam ubi maceratos ex se  
cibos aliis emiserit; paulatim per illos internorum anfra-  
ctus extruduntur; vt quicquid ipsis inest succi, quo corpus  
ne cubi  
alitur, membris omnibus diuidatur. Et tamen \*ne qui for-  
te obhereant, ac resistant; quod fieri poterat; propter ipso-  
rum voluminum flexiones in se sc̄e redcuntes, & fieri  
sine pernicie non poterat; oppleuit ea intrinsecus crassiore  
succo; vt purgamenta illa; ventris ad exitus suos facilius  
per lubricum muterentur. Illa quoque ratio subtilissi-  
ma est; quod vesica, cuius usum volucres non habent,  
cum sit ab intestinis separata, nec vllam habeat fistula-  
lam, qua ex illis vrinam trahat; completerur tamen, & hu-  
more distenditur. Id quomodo fiat, non est difficile perui-  
dere. Intestinorum enim partes, qua ab alio cibum,  
potumq;  
suscipiunt; patentiores sunt quam cetera spira,  
& multo tenuiores. Ha vesicam circumpleteantur, &  
continent. ad quas partes cum potus, & cibus mixta per-  
uenerint; sumum quidem crassius sit, & transmeat, hu-  
mor autem omnis per illam teneritudinem percolatur;  
eumq;  
vesica, cuius aque tenuis, subtilisq;  
membrana  
est,

515  
est, absorbet, & colligit, ut foras, qua natura exitum pa-  
tesciat, emitat.

De vetero quoque, & conceptione, quoniam de internis  
loquitur, dici necesse est, ne quid præterisse videamur. que  
quanquam in operto latent; sensus tamen, atq;  
intelli-  
gentiam latere non possunt. Vena in maribus, que semen  
continet, duplex est, paulo interior, quam illud humoris  
obsceni receptaculum. Sicut enim renes duo sunt, itemq;  
testes; ita & venæ seminales duæ, in una tantum com-  
page coherentes: quod videmus in corporibus animalium,  
cum intersecta patescunt. sed illa dexterior masculinum  
continet semen, sinistra fœmininum; & \*ideo in to-  
to corpore pars dextra masculina est, sinistra vero fœ-  
minina. Ipsius semen quidam putant ex medullis tan-  
tum, quidam ex omni corpore ad venam genitalem con-  
fluere, ibiq;  
concrescere. Sed hoc humana mens quomodo  
fiat, nō potest comprehendere. Item in fœminis uterus in  
duas se diuidit partes; que in diuersum diffusa, ac refle-  
xe, circumplicatur, sicut arteriæ cornua. Que pars in de-  
xtram retorquetur, masculina est; que in sinistram, fœ-  
minina. Conceptum igitur Varro, & Aristoteles sic fieri ar-  
bitrantur. Autem enim, nō tantum maribus inesse semen,  
verum etiā fœminis, & inde plerūq;  
matribus similes pro-  
creari; sed earum semen sanguine esse purgatum: quod si re-  
de cum virili mistū sit, utraque concreta, & simul coagu-  
lata informari: & primum quidem cor hominū\* configi;  
quod in eo sit & vita hominis, & sapientia: deniq;  
opus quadragesimo die consumari. Ex abortionibus hec  
fortasse collecta sunt. In autem tamē fœribus primū oculos  
configi, dubium non est: quod in oīis sapē deprehendimus.  
Vnde fieri nō posse arbitror; quin fictio à capite sumat ex-  
ordium. Similitudines autem in corporibus filiorum sic

fieri putant. Cum semina inter se permisla coalescunt, si virile superauerit, patri similem prouenire sive marem, seu feminam: si muliebre praeualuerit; progeniem cuiusq[ue] sexus ad imaginem respondere maternam. id autem praeualeat è duobus, quod fuerit vberius. alterum enim quodammodo amplectitur, ac includit. Hinc plerunque fieri solet, ut unius tantum lineaienta prætendant. Si vero aqua fuerit ex pari semine permisio; figuras quoque misceri; ut soboles illa communis aut neutrum referre videatur, quia totum ex altero non habet; aut virunque, quia partem de singulis mutuata est. Nam in corporibus animalium videamus aut confundi parentum colores, ac fieri tertium neutri generantium simile; aut viriusque sic exprimi, ut discoloribus membris per omne corpus concors mixtura varietur. Diffares quoque natura hoc modo fieri putatur. Cum forte in leuam viteri partem masculina stirpis semen incidet; marem quidem gigni, opinatio est; sed quia sit in feminina parte conceptus, aliquid in se habere feminine, supra quam decus virile patiatur, vel formam insiginem, vel nimium candorem vel corporis lenitatem, vel artus delicatos, vel staturam breuem, vel vocem gracilem, vel animum imbecillum, vel ex his plura. Item si partem in dextram semen feminini sexus influxerit; feminam quidem procreari; sed quoniam in masculina parte concepta sit, habere in se aliquid virilitatis, ultra quam sexus ratio permettat, aut valida membra, aut immoderata longitudinem, aut fuscum colorem, aut hispidam faciem, aut vulturn indecorum, aut vocem robustam, aut animum audacem, aut ex his plura. Si vero masculinum in dexteram, femininum in sinistram peruenierit; vtrosque foetus recte prouenire \*peruenire, ut & feminis per omnia natura sua decus constet; & maribus tam mère, quam corpore robur virile seruetur. Illud vero ipsum quam mirabile institutum Dei est, quod

quod ad conseruationem generum singulorum, duos sexus mari, ac feminae machinatus est; quibus inter se per voluptatis illecebras copulatis, successiva soboles \*pareretur, ne omne genus viuentium conditio mortalitatis extingueret. Sed plus roboris maribus attributum est, quo facilius ad patientiam iugi maritalis feminae cogerentur. Vir itaq[ue] nominatus est, quod maior in eo vis est, quam in feminâ; & hinc virtus nomen accepit. Item mulier (vt Varro interpretatur) à mollicie est dicta, immutata, & detracta liera, velut mollier. cui suscepto foetus, cum partus approximare iam cœpit, turgescentes manum dulcibus succis distenduntur; & ad nutritamenta nascentis fontibus lactis secundum pedis exuberat. Nec enim decebat aliud, quam vi sapiens animal à corde alimoniam duceret. Idq[ue], ipsum libertissime comparatum est, vt candens, ac pinguis humor tenetudinem novi corporis irrigaret, donec ad capiendo fortiores cibos & dentibus instruatur, & viribus roboretur. Sed redeamus ad propositiū; vt cetera, que supersunt, breuiter explicemus.

POTERA M nunc ego ipsorum quoque genitalium x i i  
membrorum mirificam rationem tibi exponere, nisi me puder ab huiusmodi sermone reuocaret. Itaque à nobis induimento verecundie, que sunt pudenda, velentur. Quod ad banc rem attinet, queri satis est, homines impios, ac profanos summum nefas admittere, qui diuinum, & admirabile Dei opus ad propagandam successionem inexcoigitabiliteratione prouisum, & effectum; vel ad turpisimos quæbus, vel ad obscenæ libidinis pudenda opera conuertunt; viam nihil aliud ex re sanctissima petant, quam inanem, & sterile voluptatem. Quid \*reliqui corporis partes, num reliqua ratione, ac pulchritudine? Conglobata in nates cato, quam sedendi officio apta; & eadem firmior, quam in ceteris

cateris membris, ne premere corporis mole ossibus cederet. Item feminum deducta, & latioribus toris valida longitudo, quo facilius onus corporis sustineret; quā paulatim deficientem in angustum genua determinant; quorum decentes nodi flexuram pedibus ad gradendum, sedēdūq; aptissimam præbent. Item crura non aequali modo ducta, ne indecēs habitudo deformaret pedes; sed teretibus suris clementer extantibus, sensimq; tenuatis, & firma sunt, & ornata. In plantis vero eadem quidem, sed tamen longe dissipat, quām in manibus, ratio est. quæ quoniam totius operis quasi fundamenta sunt, mirificus eas artifex nō rotunda specie, ne homo stare nō posset, aut alius ad standum pedibus indigeret, sicut quadrupedes; sed porrectiores, longiorēsque formauit, vt stabile corpus efficerent planicie sua, vnde illis inditum nōmē est. Digitī aequi toridem, quæ in manibus, speciem m:gis, quam r̄sum præferentes; ideoq; et iuncti, & breves, & gradatim compositi. quorum qui est maximus, quoniam illum sicut in manu discerni à ceteris, opus non erat; ita in ordinem redactus est, vt tamē ab aliis magnitudine, ac modo interuallo distare videatur. Hac eorum speciosa germanitas, non levī adiumento n̄sum pedum firmat. concitari enim ad cursum non possumus, nisi digitis in humū presū, soloq; n̄tientibus, impetu, saltuq; capiamus. Explicasse videor omnia, quorum ratio intelligi potest. Nunc ad ea venio, quæ vel dubia, vel obscurā sunt.

**X I I I I** **M V L T A** esse constat in corpore, quorum vim, rationemq; perspicere nemo, nisi qui fecit, potest. An aliquis enarrare se putat posse, quid utilitatis, quid effectus habeat tenuis membrana illa perlucens, qua \*circumscriptitur alius, ac tegitur? Quid rerum gemina similitudo: quos ait quod Varro ita dictos, \*quasi rini ab his obsceni humoris oriantur, quod est longe secus; quia spina altrinsecus supini coherant,

barent, & sunt ab intestinis separati. Quid splen? quid ie- cur? que viscera quasi ex cōturbato sanguine videntur esse cōcreta? quid fellis amarisimus liquor? quid globus cordis, qui \*vnus sanguinis fons est? Nisi forte illis credendum pu- tabimus, qui affectum iracundiae in felle constitutum pu- tant, paucoris in corde, letitia in splene. Ipsius autem iecoris officium volunt esse, vt cibos in aliō concoquas amplexu, & calefactu suo. quidam libidines rerum venerearum in iecore contineri arbitrantur. Primum ista perspicere acu- men humani sensus non potest; quia horum officia in operto latent, nec vsus suos patefacta demonstrant. nam si uia esset, fortasse placidiora quaque animalia vel nihil fel- lis omnino, vel minus haberent, quām feræ; timidiora plus cordis, salaciiora plus iecoris, lasciviora plus splenis habui- sent. Sicuti igitur nos sentimus, audire auribus, oculis cer- nere, naribus adorare: ita profecto sentiremus, nos felle ira- sci, iecore cupere, splene gaudere. Cum autē, vnde affectus isti veniat, minime sentiamus: fieri potest, vt aliunde ve- niant, & aliud viscera illa, quām suspicamur, efficiat. Nec tamen cōvincere possumus, falsa illos, qui hac disputat, di- cere, sed omnia, quæ ad motus animi, animaq; pertineant, tam obscura, altæq; rationis esse arbitror; vt supra homi- nem sit, ea liquido peruidere. Id tamen certum, & indubi- uitum esse debet, tot res, tot viscerum genera, vnum, & idem habere officium; vt animam contineant in corpore. Sed quid propriæ munera singulis sit iniunctum; quis scire, nisi artifex, potest, cui soli opus suum notum est?

**D E** **voce** **autem** **quam** **rationem** **reddere** **possumus?**

xv

Grammarici quidem, ac philosophi vocem esse definiunt, ītem spiritu verberatū: vnde verba sunt nūcupata. quod perspicue falsum est. Non enim vox extra os gignitur, sed intra. et ideo verisimilior est illa sententia, stipatu spiritum,

cum obstantia fauicium fuerit illisius, sonum vocis exprimere; velut cum in patentem cicutam, labroq; subiectam dimittimus spiritum; & is cuncta concau repercussus, ac revolutus a fundo, dum descendente occurso suo reddit, ad exitum nitens sonum gemit, & in vocalem spiritum resiliens per se ventus animatur. Quod quidem an verum sit, Deus artifex viderit. Videtur enim non ab ore, sed ab intimo pectore vox oriri. Denique & ore clauso, & naribus emivit utur sonus qualis potest. Præterea ex maximo spiritu, quo anhelamus, vox non efficitur, & leui, & non coarctato spiritu, quoies volumus, efficitur. Non est igitur comprehensum, quomodo fiat, aut quid sit omnino. Nec me nunc in Academia sententiam delabiputes; quia non omnia sunt incomprehensibilia. Ut enim fatidum est multa nesciri, quæ uoluit Deus intelligentiam hominis excedere; sic tamen multa esse, quæ possint & sensibus percipi, & ratione comprehendendi. Sed erit nobis contra philosophos integræ disputatio. Conficiamus igitur spatiū, quo nunc decurrimus.

**xvi.** MENTIS quoque rationem incomprehensibilem esse, quis nesciat; nisi qui omnino illam non habet; cum, ipsa mens quo loco sit, aut cuiusmodi, nesciatur? Varia ergo à philosophis de natura eius, ac loco disputata sunt. Ac ego non dissimulabo, quid ipse sentiam, non quia sic esse affirmem (quod est insipientis in re dubia facere) sed vt exposta rei difficultate, intelligas, quanta sit diuinorum operum magnitudo. Quidam sedem mēris in pectore esse voluerunt, quod si ita est: quanto rādem miraculo dignum est, rem in obscuro, ac tenebroso habitaculo sitam, in tantâ rationis, atque intelligentie luce versari? tum quod ad eam sensus ex omnī corporis parte conuenient, vt in quālibet regione membrorum præsens esse videatur. Alij sedem eius

eius in cerebro esse dixerunt. & sane argumentis probabilibus vñi sunt; Oportuisse scilicet, quod totius corporis regimen haberet, potius in summo, tanquam in arce habitare; nec quicquam esse sublimius, quam id, quod uniuersum ratione moderetur, sicut ipse mundi dominus, & rector in summo est. Deinde quid sensus omnis, id est audiendi, & videndi, & odorandi ministra membra in capite sunt locata; quorum omnium via nō ad pectus, sed ad cerebrum ferant. alioqui necesse nos esset tardius sentire; donec sentientiæ facultas longo uitere per collum ad pectus vñq; descendere. Li vero aut non multum, aut fortasse non errant. Videtur enim mens, quæ dominatum corporis tenet, in summo capite constituta, tanquam in celo Deus: sed \*quando in aliqua sit cogitatione; committare ad pectus; & quasi ad secretum aliquod penetrale cedere; vt consilium, tanquam ex thesauro recondito, eliciat, ac proferat. ideoq; cum intenti ad cogitandum sumus, & cum mens occupata in altum se abdiderit; neq; audire quæ circunsonant, neque videare, quæ obstant, solemus. Id vero siue ita est; admirandum profecto est, quomodo id fiat, cum ad pectus ex cerebro nullum iter patcat, sin autem non; tamen nihilominus admirandum est, quod diuina nescio qua ratione fiat, vt ita esse videatur. An potest aliquis non admirari, quod sensus ille viuus, atque celestis, qui mens, vel animus nuncupatur; tanta mobilitatis est, vt ne tum quidem, cum sopitus est, conquiescat; tantæ celeritatis, vt uno tempori puncto caelum omne collustret; &, si velit, maria peruolat; terras, ac urbes peragret; omnia denique, quæ libuerit, quamvis longe, lateq; summot a sint, in conspicuâ sibi ipse constitutâ? Et miratur aliquis, si diuina mens Dei per uniuersas mundi partes intentia discurrit, & omnia regit, omnia moderatur, ubique præsens, ubique diffusa? cum tanta sit vis, ac potestas mēris humanae intra mortale corpus inclusa; vt ue

septis quidem granis buim, ac pigri corporis, cui illigata est, coerceri vlo pacto possit, quo minus sibi liberam vagandi facultatem quietis impatiens largiatur. Siue igitur in capite mēs habitat, siue in pectore, potest ne aliquis comprehendere, que vis rationis efficiat, vi sensus ille incomprehensibilis aut in medulla cerebri habeat, aut in illo sanguine bipartito, qui est inclusus in corde? ac non ex eo ipso colligat, quanto sit Dei potestas, quod animus seipsum non videt, aut qualis, aut ubi sit; nec si videat, tamen perspicere posset, quo pacto rei corporalis res incorporalis adiuncta sit? Siue etiam mentis locus nullus est, sed per totum corpus sparsa discurrat, quod & etiam fieri potest, & à Xeno-crate Platoni discipulo disputatum est; siquidem sensus in qualibet parte corporis presto est: nec quid sit mens, nec qualis, intelligi potest; cum sit natura eius tam subtilis, ac tenuis; ut <sup>al.</sup> solidis visceribus infusa, viuo, & quasi ardentis sensu membris omnibus misceatur. Illud autem caue, ne <sup>calidis</sup> vñquam simile veri putaueris, quod Aristoxenus dixit; Mensem omnino nullam esse; sed quasi harmoniam in fidibus ex constructione corporis, & cōpagibus viscerum vim sentiendi existere. Musici enim intentionem, concentumq; neruorum in integros modos sine vlla offenditione consonantium harmonia vocant. Volunt igitur animū similari ratio-ne constare in homine, qua & concors modulatio constat in fidibus; id est, vt singularū corporis partiū firma coniunctio, membrorumq; omniū consentes in vnum vigor motum illum sensibile faciat, animumq; cōcineri, sicut nerui bene intēti confirantē sonum. Et sicuti in fidibus, cum aliquid aut interceptum, aut relaxatum est, omnis condensatio turbatur, & soluitur; ita in corpore cum pars aliqua membrorum duxerit vitium, destrui vniuersa, corruptricē, omnibus, atq; turbatis, occidere sensum, eamq; mortem vocari. Verum ille, si quicquam mentis habuisset,

non

v. n. 212.

interruptum

\*non harmoniam de fidibus ad hominem trāstulisset. Non nunquam enim canere sua sponte fides possunt; vt sit vlla in his comparatio, ac similitudo viuentis. Animus autem sua sponte & cogitat, & monetur. Quod siquid in nobis harmonie simile esset; ita moueretur externo, sicut nerui manibus, qui sine \* tactu artificis, pulsūq; digitorum muti, atq; interstatues iacent. Sed nimurum pulsandus ille manus fuit, vt aliando sentiret; quia mens eius ex membris male companda torpebat.

SUPEREST, de anima dicere; quanquam percipi xvi. i. ratio eius, & natura non poscit. nec ideo tamen immortalē esse animam non intelligimus: quoniam quicquid vigeat, moueturq; per se semper, nec videri, aut tangi potest; aeternum sit necesse est. Quid autem sit anima, nondum inter philosophos conuenit, nec vñquam fortasse conueniet. Etenim alij sanguinem esse dixerunt, alij ignem, alij uentum; ynde anima, vel animus nomen accepit; quod Greco ventus <sup>avemos</sup> dicitur; nec illorum tamē quisquam dixisse aliquid videtur. Non enim, si anima sanguine aut per vulnus effuso, aut febrium calore cōsumpto, videtur extingui; continuo in materia sanguinis animae ratio ponenda est; veluti si veniat in questionē, lumen, quo vivimur, quid sit; & respōdeatur, oleū esse, quoniam cōsumpto illo, lumen extinguitur; cū sint vtiq; diversa, sed alterū sit alterius alime-ri. Videretur ergo anima similis esse lumini, qua non ipsa sit sanguinis, sed humore sanguinis alitur, vt lumen oleo. Qui autem ignē putauerunt, hoc vſi sunt argumēto, quod praesente anima corpus caleat, recedente frigescat. Sed ignis & sensu indiget, & videtur, & tactu comburit. Anima vero & sensu aucta est, & videri non potest, & non adurit. Vnde apparet, animā nescio quid esse Deo similem. At illi, qui ventū putat esse, hoc fallūtur; quod ex aere spiritū duces, vivere videamur. Varro itaq; definis: *Anima est aēr conceptus*

conceptus ore, deferuer factus in pulmone, tepefactus in corde, diffusus in corpus. Hec apertissime falsa sunt. Neque enim tam obscuram nobis buiusmodi rerum dico esse rationem, ut ne hoc quidē intelligamus, quid verum esse non quispiam posit. An si mihi<sup>\*</sup> quis dixerit aneum esse calum, aut vitrum, aut (ut Empedocles ait) aērem glaciatum; statimne assentiar, quia calum ex qua materia sit, ignorem? Sicut enim hoc nescio; ita illud scio. Anima ergo non est aēr ore conceptus; quia malto prius giguitur anima, quam concipi aēr ore posst. Non enī post partum insinuatūr in corpus, vt quibusdam philosophis videtur; sed post conceptum protinus; cum fœtū in utero necessitas diuina formauit: quia adeo vivit intra viscera genitricis; vt & incremento augeatur; & crebris pulsibus gestat emicare. Demq; abortum fieri necesse est, si fuerit animal intus extinctum. Cetera definitionis partes eō spectant, vt illis nouem membris, quibus in utero fuimus, mortui fuisse videamur. Nulla ergo ex his tribus vera sententia est. Nec tamen in tantum falsos esse dicendum est, qui hec senserunt, vt omnino nihil dixerint. nam & sanguine simul, & calore, & spiritu viuimus. Sed cum constet anima in corpore his omnibus adunatis; non expresserunt proprie, quid esset; quia tam non potest exprimi, quam videri.

## XVII

SEQVITVR alia, & ipsa inextricabilis questio: Idem' ne sit anima, & animus, an vero aliud sit illud, quo viuimus; aliud autem, quo sentimus, & sapiimus. Non desunt argumenta in utrunque partem. Qui enim unum esse dicunt, hanc rationem sequuntur; quod neq; viui sine sensu posst, nec sentiri sine vita; ideoq; esse nō posse diuersum id, quod non potest separari; sed quicquid est illud, & vivendi officium, & sentiendi habere rationem. Circo animum, & animā indifferenter appellat̄ duo Epicurei poëtae.

Qui

Qui autem dicunt esse diuersa, sic argumentantur: Ex eo posse intelligi, aliud esse mentē, aliud esse animā, quia inco lumi anima mēs posst extingui; quod accidere soleat infātiū; itē quōd anima morte sopiatur, animus somno; et quidem sic, vt non tantū quid fiat, aut ubi sit, ignoret; sed etiā rerū falsarum contemplatione fallatur. Quod ipsum quomo do fiat, non potest peruideri; cur fiat, potest. Nā requiescere nullo pacto possumus, nisi mens visionū imaginib⁹ occupata teneatur. Latet autē mens oppressa somno, tanquam ignis obducto cinere sopitus; quem si paululum cōmoueris, rur su ardeſcit, & quasi enigilat. Auocatur ergo simulachris, donec membra sopore irrigata vegetentur. corpus enim vigilante sensu, licet iaceat immobile; tamen non est quietum; quia flagrat in eo sensu, & vibrat, vt flamma; & artus omnes ad se astrictos tenet. Sed postquam mens ad contemplandas imagines ab intentione traducta est; unc deum corporis omne resoluitur in quietem. Traducitur autem mens cogitatione cœca, cum cogitib⁹ tenebris secum tantummodo esse cōperit: dum intenta est in ea, de quibus cogitat; repete somnus obrepit; & in species proximas sensim ipsa cogitatio declinat. sic ea, quæ sibi ante oculos posuerat, videre quoque incipit. Deinde procedit ulterius, & sibi auocamenta inuenit, ne saluberrimam quietem corporis interrupcat. Nam vt mens per diem veris visionibus auocatur, ne obdormiat; ita falsis nocte, ne excitetur. Nam si nullas imagines cernat, aut vigilare illam necesse est, aut perpetua morte sopiri. Dormiendi ergo causa tributa est à Deo ratio somniandi, & quidem in commune miuersis animatib⁹, sed illud homini præcipue, quod cum tam rationem Deus quietis causa daret; facultatem sibi reliquit docendi hominem futura per somnum. Nam & historia saepe testantur, exitisse somnia, quorum præsens, & admirabilis fuerit evenit; & responsa varum nostrorum

rum

*rum ex parte somnis constituerunt. Quare neque semper vera sunt, neque semper falsa, Virgilio teste, qui duas portas voluit esse somniorum. Sed quae falsa sunt, dormiendo causa videbuntur; quae vera, immittuntur a Deo, ut immitten- nens bonum, aut malum hac reuelatione discamus.*

I L V D quoque venire in questione potest; vtrum' ne anima ex patre, an potius ex matre, an vero ex viro que generetur. Sed ego id meo iure ab ancipiis vendico. Nihil enim ex his tribus verum est; quia neque ex viro que, neq<sub>3</sub> ex alterutro seruntur anime corporibus. Corpus enim ex corporibus nasci potest; quoniam cōfertur aliquid ex viro que de animis anima non potest; quia ex te tenui, & incomprehensibili nihil potest decedere. Itaq<sub>3</sub> serendarum animarum ratio vni, ac soli Deo subiacet.

*Denique, celesti sumus omnes semine oriundi:*

Omnibus ille idem pater est,

*Vt ait Lucretius. nam de mortalibus nō potest quicquam nisi mortale generari. nec putari pater debet, qui transudiſſe, aut inspirasse animam de suo nullo modo feciit; nec si feciit, quando tamē, ex quo apparat, non à patribus dari animas, sed ab uno, eodemq; omnium: Deo patre; qui legem, efficit rationemq; nascēdi tener solus, siquidem solus efficit. nam terreni parentis nihil est, nisi vt humorem corporis, in quo est materia nascendi, cū sensu voluptatis emittat, vel recipiat. & citra hoc opus homo resistit; nec quicquam amplius potest; & ideo nasci sibi filios optant, quia nō ipsi faciunt. Cetera iam Dei sunt omnia; scilicet, conceptus ipsi, & corporis informatio, & inspiratio animae, et partus incolumis, & quemque deinceps ad hominem conseruandum valēti; illius munus est, quod spiramus, quod vivimus, quod vigenimus. Nam prater quam quod ipsius beneficio, incolumis*

527

sumus corpore; & quod viculum nobis ex variis rebus subministrat; sapientiam quoque homini tribuit, quam terrenus pater dare nullo modo potest. Ideoqz & de sapientibus stulti; & de stultis sapientes sepe nesciuntur; quod quidam sato, ac sideribus assignant. Sed non est nunc locus de fato differendi. Hoc dicere satis est; quod etiam si astra efficientiam rerum continent, nihilominus omnia à Deo fieri certum est; qui astra ipsa & fecit, & ordinavit. Inepti ergo, qui hanc potestatem Deo detrahunt, & operi eius attribuunt. Hoc igitur Dei munere caelesti, atque præclaro \*an  
vitatur, in nostra voluit esse potestate. Hoc enim concesso, ipsum hominem virtutis sacramento religauit, quo vitam posset adipisci. Magna est enim vis hominis, magna ratio, magnum sacramentum. a quo si quis non desererit, nec simili suam, deuotionem qz prodiderit, hic beatus, hic deniqz. (vt breuiter finiam) similis Deo sit, neesse est. Errat enim quisquis hominē carne metitur. Nam corpusculū hoc, quo induit sumus, hominis receptaculum est. Nam \*ipse homo, mēs homin. viii. 213. neque tangi, neque aspici, neque comprehendendi potest; quia latet intra hoc, quod videtur. Qui si delicatus magis, ac tener in hac vita fuerit, quam ratio eius exposcit; si virtute contempta, desideriis se carnis addixerit, cadet, & premetur in terram. sin autem (vt debet) statum suum, quem rectum fortius est, prompte, constanterqz defenderit; si terra, quam calcare, ac vincere debet, non seruierit; vitam merebitur sempiternam.

Hæc ad te Demetriane interim paucis, & obscu-  
rius fortasse, quam decuit, pro rerum, ac temporis necessi-  
tate perorant; quibus contentus esse \*debeas, plura, & me-  
liora lecturus, si nobis indulgentia calitus venerit. tunc  
\*ergo te ad vera philosophie doctrinam & planius, & ve-  
nius cohortabor. Stathi enim, quam multa potero, literis  
et dico

tradere, quae ad vita beatam statum spectent; & quidem contra philosophos, quantam sunt ad perturbādām veritatem pernitosi, & graues. Incredibilis est enim vis eloquentia; & argumentandi, differendiq; subtilitas quemuis facile deceperit. quos partim nostris armis, partim vero ex ipso-  
rū inter se concertatione sumptis reuincemus; vt appareat, eos induxisse potius errorem, quam sustulisse. Fortasse mi-  
terius, quod tantum facinus audeam. Patiemur ne igitur  
extingui, aut opprimi veritatem? Ego vero libenter vel  
sub hoc onere defecerim. Nam si M. Tullius eloquentia  
ipsius vnicum exemplar ab indoctis, & ineloquētibus, quia  
tamen pro vero nitebantur, sape superatus est: cur despe-  
remus, veritatem ipsam contra fallacem, captiosamq; fa-  
cundiam, sua propria vi, & claritate valitur? Illi quidem  
sece patronos veritatis profiteri solent. sed quis potest eam  
rem defendere, quam non didicit; aut illustrare apud alios,  
quam ipse non nouit? Magnum videor polliceri: sed celesti  
opus est munere, vt nobis facultas, ac tempus ad proposita  
persequenda tribuatur. Quid si vita est optanda sapienti:  
profecto nullam aliam ob causam vivere optauerim, quam  
vt aliquid efficiam, quod vita dignum sit, & quod utilita-  
tem legentibus, et si non ad eloquentiam, quia tenuis in no-  
bis facundia riuius est, ad vivendum tamen afferat: quod  
est maxime necessarium. Quo perfecto, satis me vixisse  
arbitrabor, & officium hominū implesse, si labor meus ali-  
quos homines ab erroribus liberatos, ad iter celeste di-  
rexerit.

L. Coelij.

# L. COE L I I F I R M I A N I

## L A C T A N T I I E P I T O M E

### L I B R O R V M V I I .

*Am si iustitia est veri Dei cultus: (quid enim tam iustū ad equitatē, tam pium ad honorem, tam necessarium ad salu-  
tem, quam Deum\*) cognoscere ut paren- agnoscere  
tem, venerari ut dominum, eiusq; legi,  
aut praeceptis obtemperare?) nescierunt  
ergo iustitiam philosophi, quia nec ipsum Deum agno-  
runt, nec cultum eius, legemq; tenuerunt; & ideo refelli vi.n.216.  
potuerunt à Carneade; cuius hac fuit disputatio, nullum  
esse ius naturale; itaq; omnes animantes ipsa ducente na-  
tura commoda sua defendere; & ideo iustitiam, si alienis  
utilitatibus consiliet, suas\* negliget, stultitiam esse dicen-  
dam. Quod si omnes populi, penes quos sit imperiū, ipsi<sup>negligit</sup> q; Romani, qui orbem totum possedere, iustitiam sequi ve-  
lunt; ac suum cuique restituere, quod vi, & armis occupa-  
uerunt; ad casas, & egestatem reuertentur. quod si feci-  
rime, iustos dicemus quidem; sed tamen stultos iudicare, ne-  
cessē est; qui vt alii profint, sibi nocere contendant. Dein-  
de si reperiatur aliquis hominem, qui aut aurum pro aur-  
thalco, aut argentum pro plumbō vendat per errorem; atq;  
id emere necessitas cogat: verum dissimulabit, & emet par-  
vo, an potius indicabit? \*si iudicabit, iustus viiq; dicetur, vi.n.219.  
quia non sefelli; sed idem stultus, qui alteri fecerit lucru, l  
damnum, sed facile de damno est. quid si vita eius in  
periculum veniet; vt eum aliquando necesse sit aut occide-  
re, aut mori: quid faciet? Potest hoc eueniire, vt naufragio  
facto, inueniat aliquem imbecillum tabula inherentem;  
aut victo exercitu fugiens, reperiatur aliquem vulneratum  
equo insidentem: virumne aut illum tabula, aut hunc  
equo.*

equo deturbabit, ut ipse possit euadere? Si volet iustus esse, non faciet; sed idem stultus iudicabitur, qui dum alterius vita parcit, suam perdet. Si faciet, sapiens quidem videbitur, quia sibi consulteret; sed & idem malus, quia nocebit. Acuta ista sanè; sed respondere ad ea facile possumus. Imitatio enim nominum facit, ut sic esse videatur. Nam & iustitia imaginem habet stultitiae; non tamen est stultitia: & malitia imaginem sapientiae; non tamen sapientia est. Sed sicut malitia ista in conservandis utilitatibus suis intelligens, & arguta non sapientia; sed callida, & astutia est: ita & iustitia non debet stultitia, sed innocentia nominari, quia necesse est, iustum esse sapientem, & eum, qui sit stultus, iniustum. Nam neque ratio, neque natura ipsa permitit, ut is, qui iustus est, sapiens non sit; quoniam iustus nihil utique facit, nisi quod rectum, & bonum est, prauum, & malum semper fugit. Quis autem discernere bonum, & malum, prauum, & rectum poterit, nisi qui sapiens fuerit? Stultus autem male facit; quia bonum, & malum quid sit, ignorat; ideo peccat, quia non potest prauas iustitia & recta discernere: non potest igitur neque stultus \*iustitia sapientia, neque iniusto \*sapientiam conuenire. Ergo stultus non est, qui nec tabula naufragum, nec equo sauciun deiecerit; quia se abstinuit à nocendo, quod est peccatum; peccatum autem vitare, sapiens est. Sed ut stultus prima facie videatur, illa res efficit; quod extingui animam cum corpore existimat. Iccirco omne commodum ad hanc vitam referunt. Si enim post mortem nihil est; utique stultus facit, qui alterius anima parcit cum dispensio sua; aut qui alterius lucro magis, quam suo, consultit. si mors animam delet; danda est opera, quo \*iustius, commodius q̄d viuamus. si autem vita post mortem supereft aeterna, & beata, hanc vtiq; corporalem cum omnibus terra bonis iestus, ac sapiens contemnet; quia sciet, quale à Deo sit premiu recepturus.

Tenea-

Teneamus igitur innocentiam; teneamus iustitiam; subeamus imaginem stultitiae, ut veram sapientiam tenere possumus. Et si hominibus videtur ineptum, ac stultum, torqueri, & mori velle; cū libere liceat abire sine noxa: nos tamen omnī vivere, omnī patiētia fidē Deo exhibere nitamur. Non mors terreat, nec dolor frangat, quo minus vigor animi, & constantia incōcussa seruerur. Stultos \*notent, dūmodo ipsi vocent stultissimi sint, & caci, & hebetes, & pecudibus aquales; qui non intelligunt esse mortiferum, relicto Deo viuo prostertere se, atq; adorare terrena; qui nesciunt, \*ex illis eter- & illos nam penam manere, qui segmenta insensibilia fuerint venerati; & eos, qui nec tornēta, nec morte pro cultu, et honore veri Dei recusauerint, vitam perpetuā consecuturos. Hac est <sup>fidissima</sup> fideliſſima, hec est vera sapientia; hec perfecta iuſtitia. Nihil ad nos attinet, quid iudicet stulti, quid homini sentiant. Nos iudicium dei expectare debemus, ut eos postmodum, qui de nobis iudicauerint, iudicemus. Dixi de iustitia, quid esset: sequitur, ut ostendam, \*quid sit verum sacrificium Dei, \*quis iustissimus ritus colendi; ne quis arbitretur, aut victimas, aut odores, aut dona \*presentia desiderari à Deo: à quo si fames, si siti, si algor, si omnium rerum terrenarū cupiditas abeat; nō ergo vittur ius omnibus, quae tēpli, \*aliiq; fūtilibus infertur; sed sicut corporalibus corporale, sic vtiq; incorporalibus incorporale sacrificiū necessariū est. Illis, que in vsum tribuit homini Deus, ipse nō indiget: & cū omnis terra in ipsis sit potestate, non indiget tēplo, cuius domiciliū mūdusest. nō indiget simulacra, qui est & oculis, & mēte incōprehensibili. nō indiget terrenis laminibus, qui solem cum ceteris astris in vsum hominibus possit accendere. Quid igitur ab homine desiderat Deus, nisi cultū mentis, qui est purus, & sanctus? Nem illa, quae aut digitis sunt, aut extra hominem sunt inepta, fragilia, vi. n. 229, ingrata sunt, hoc est sacrificium verum, non quod ex arca,

sed quod ex corde profertur, nō quod manu, sed quod mente libatur, hec acceptabilis victoria est; quam de seipso animus immolat. Nam quid hostia? quid thura? quid vestes? quid aurum? quid argentum? quid pretiosi lapides conserunt, si colentis pura mens non est? Sola ergo iustitia est, quam Deus expectit. in hac sacrificium, in hac Dei cultus est. de quo nunc mibi deferendum est; docendumq; in quibus operibus iustitiam necesse sit concineri.

**D**V A S esse humanae vita vias, nec philosophis ignoratum fuit, nec poëtis: sed eas \*vitique diuerso modo induxerunt philosophi alteram industrie, alteram inertie esse voluerent: sed hoc minus recte, \*cum eas ad \*solius vita cōmoda retulerunt. melius poëta, qui alteram iustorū, alteram impiorum esse dixerunt. Sed in eo peccant, quod eas non in hac vita, sed apud inferos esse auunt. Nos vitique rectius, qui alteram vita, alteram mortis, & hic tamen has vias esse dicimus. sed illa dexterior, qua iusti graduntur, non in elysium fert, sed in calum. immortales enim sunt. addicuntur sinistri ad tartarum, aeternis enim cruciatis \*abdi tenenda cuntur iniusti. \*Veneranda est a nobis iustitia via, qua ducit ad vitam. Primum autē iustitiae officium est, Deum agnoscere \*cognoscere, vt parentem; eumq; metuere, vt dominum; idem diligere, vt patrem. \*Is enim qui nos genuit, qui vitali spiritu animauit, qui alit, qui saluos facit, habet in nos non modo vt pater, verum etiam vt dominus licentiam verbaverandi, & vita, ac necis potestatem: vnde illi ab homine duplex honor, id est, amor cum timore debetur. Secundum iustitiae officium est, hominem agnoscere velut fratrem. Si enim nos idem Deus fecit, & vniuersos ad iustitiam, & ad vitam aeternam pari conditione generauit: fraterna vitique necessitudine cohæremus; quam qui non agnoscit, iniustus est. Sed origo huius mali, quo societas inter se hominum,

quo

quo necessitudinis vinculum\* dissoluitur, est, ab \*ignorantia veri Dei nascitur. Qui enim fontem illum benignitatem ignorat, bonus esse nullo modo potest. Inde est, quod ex eo tempore, quo multi Di⁹ consecrari ab hominibus, coliguntur, fugata est (sicut poëta ait) iustitia. sic disremptum est omne fœdus, direpta societas iuris humani; cum sibi quisque consulere, ius in viribus computare, nocere iniucem, fraudibus aggredi, dolis circumscribere, comoda sua aliorum incommode adaugere, non cognatis, non liberis, \*nec parentibus parcere, ad necem hominum pocula temperare, obsidere cum ferro vias, maria infestare, libidini autem, quo furor eduxerit, frena laxare, nihil deinde sancti habere, quod cupiditas infanda non violaret. Cum hec fierent, tum leges sibi homines considerunt pro vilitate communi, vt se interim tutos ab iniuriis ficeret. Sed metus legum non sceler a comprimebat, sed licentiam submovebat. Poterant enim leges delicta punire; conscientiam munire non poterant. Ita quae ante palam siebant, clam fieri coeparent: circumscribi etiam iura: siquidcm ipsi praefides legum prænijs, muneribusq; corrupti, vel in remunerationē malorum, vel in perniciem iustorum sententias venditabant. His accedebant dissensiones, & bella, & mutua depradationes, & oppressis legibus sancti potestas licenter assumpta. In hoc statu cū essent humanares, miseratus est nostri Deus: reuelauit se nobis, & ostendit, vt in ipso religionē, fidem, castitatem, misericordiam disceremus, \*vt errore vita prioris abiecta, nosmet ipsos, quos impieras dissociauerat, disceremus, legemq; diuinam, qua humana cum celestibus copulat, tradente ipso domino sumeremus; quia lege vniuersi, quibus ireciti \*sumus, errores cum vanis, & impiorum superstitionibus tollerentur. Quid enim homini debeamus, eadē illa lex diuina prescribit, qua docet, quicquid homini praestiteris, Deo praestare. Sed radix iusti-

dissolutum  
ignoratione  
v. n. 220. 1

ria,

metiaris tia, & omne fundamētum aequitatis est illud. Ut ne facias  
vlli, quod pati nolis; sed alterius animum de tuo<sup>\*</sup> metieris.  
Si acerbum est iniuriam ferre; & qui eam fecerit, videtur  
iniustus: transfer in alterius personam quod<sup>in te sentis,</sup>  
& in tuam quod de altero iudicas; & intelliges tam te in-  
iuste facere, si alteri noceas; quam alterum, si tibi. Hec si  
mente voluemus; innocentiam tenebimus; in qua iustitia  
primum velut in primo gradu consistit. \*primus est enim, non no-  
cere proximo, sed prodesse. Et sicut in rudibus agris prius  
quam serere incipias, euulsi sentibus, & omnī stirpium  
radicibus amputatis, arua purganda; sic de nostris animis  
prius vitiis detrahenda sunt: & tunc demum virtutes inse-  
rendae, de quibus seminata per verbum Dei fruges immor-  
talitatis oriuntur. Tres affectus, vel<sup>(vt ita dicam)</sup> tres fu-  
rie sunt, qua in animis hominū tatas perturbationes cint,  
& interdū cogunt iā delinquere, vt nec fama nec periculi  
sui respectum, habere permittant; Ira, que vindictam cu-  
pit; Auaritia, que desiderat opes; Libido, que appetit volu-  
ptates. His vitiis ante omnia resistendum est; ha stirpes  
erāndae, vt virtutes seri possint. Hos affectus stoici am-  
putandos, peripatetici temperandos putant. Neutri eo-  
rum recte: quia neque detrahi possunt; siquidem natura  
insti habent certainam, magnāque rationem: neq<sup>z</sup> minuit;  
quoniam si mala sunt, carendū est etiā medicribus; si bona,  
integris abutendum est. Nos vero neque detrahendos, neq<sup>z</sup>  
minuendos esse dicimus. Non enim per se mala sunt, qua  
Deus homini rationabiliter inservit; sed cū sint vi<sup>ci</sup>g<sub>z</sub> natu-  
ra bona, quoniam ad tuēdam vitā sunt attributa; male vī-  
do sunt mala; sicut si fortissimè pro patria dimices, bonum  
est, si cōtra patriam, malū. Sic & affectus, si ad v̄sus bonos  
habeas, virtutes erunt; si ad malos, vitiā dicentur. Ira igi-  
tur ad coēctionem peccatorum, id est, ad regendam sub-  
iectorum disciplinam data est à Deo; vt metus licentiam  
comprimit;

comprimat, & compescat audaciam. \*& qui terminos sed  
eius ignorat, irascitur paribus, aut etiam fortioribus. Inde  
ad immania facinora profilitur: inde ad cædes, inde ad bel-  
la consurgitur. Cupiditas vero ad desideranda, & conqui-  
renda vita necessaria tributa est. Sed qui nesciant fines  
eius infatibiliter opes congerere nituntur. Hinc venena,  
hinc circūscriptiones, hinc falsa<sup>\*</sup> testimonia, hinc omnium testamenta  
fraudum genera erupere. Libidinis autem affectus ad pro-  
creandos filios insti, & innatus est; sed qui limites eius  
nimio non tenent, vtuntur eo ad solam voluptatem. Inde  
\*licita nuptiae, inde adulteria, & stupra, inde omnes  
corruptela oriuntur. Redigendi ergo sunt isti affectus intra  
fines suos, & in viam rectam redigendi: in qua \*eis sunt etiam  
vehementes; culpam tamen habere non possunt.

illiciti amo-  
res.  
vi.n.222.

C O H I B E N D A est ira, cum patimur iniuriam; & i i i  
vt malum comprimatur, quod ex certamine impendet, &  
vt duas maximas virtutes innocentiam, & patientiam te-  
neamus. Auaritia \*frāgitur, cum habemus, quod sat is est. frangatur  
Quis enim furor est, in his congerendis laborare, que aut  
lurocinio, aut proscriptione, aut morte ad alios \* facile sit. necesse  
peruenire? Libido extr.: legitimū torum non euagerit;  
sed creandis liberis fertur. appetititia enim nimia volupta-  
tis, & periculum parit, & \*insaniam generat, & (quod infamiam  
est maxime cauendum) mortem \* incurrit eternam. Nihil acquirit  
est enim tam inuisum Deo, quam mēs incesta, et animus  
impurus. Nec hac sola voluptate abstinentia sibi putet, quæ  
capitur ex fœminei corporis copulatione; sed et cateris vo-  
luptribus sensu reliquorū; quia & ipse sunt virtiose; &  
eiusdē virtutis est, eas cōtemnere. Oculorū voluptas percipi-  
tur, ex rerū pulchritudine; aurū, de vocibus canaria, &  
ſuasionibus; nariū, de odore iucundo; saporis, de cibis dul-  
cioribus. quibus omnibus virtus repugnare fortiter debet;

ſuauitatisibus  
vi.n.222.

ne his illecebris irretitus animus, à celestibus ad terrena, ab eternis ad temporalia, à vita immortali ad perpetuam pœnā deprimatur. In saporis, & odoris voluptate hoc peripetereunt culum est, quod trahere ad luxuriam \*poterit. Qui enim fuerit hū deditus, aut non habebit ullam rem familiarem; aut si habuerit, absumeret, & ager postmodum vitam detectabilem. Qui autem rapitur auditu ( vt taceam de cantibus; qui sensus intimos ita sape deliniunt, vt etiam stratum perturbent) \*status mēris furore \*perturbetur compositiū certis orationibus, numerosisq; carminibus, aut argutis disputatiōnibus) ad impios cultus facile traducitur. Inde est, quod credunt scriptis celestibus, quia videntur incompta, non facile \*creditur; quia aut ipsi sunt deserti, aut diserta legere volunt, dulcia nec querunt vera, sed \*dubia; immo illis hac videntur verisimilis esse, quæ auribus blandiuntur ita respuunt veritatem, suavitate dum sermonis \*varietate capiuntur. Voluptas vero, quæ spectat ad visum, multiformalis est. Nam quæ percipitur ex rerum pretiosarum pulchritudine, auaritiam concitat; quæ aliena esse debet à sapiente, atque iusto: quæ autem capitur de specie mulierum, in alteram rapit voluptatem. de qua iam superius locuti sumus.

1111 S V P E R E S T, de spectaculis dicere. qua quoniā potentiora \*potentia sunt ad corrompendos animos; vitanda sapien-  
tibus, & cauenda sunt, quod ad celebrandos Deorum ho-  
Saturni nores inuenta menorantur. Nam munera editiones \*Sa-  
felta turna facta sunt. Scena, Liberi patrus est. Ludi vero circē-  
spectaculis Neptuno dicati putantur. vt iam quid \*spectat, interest;  
relicto Dei cultu, ad profanos ritus transisse videatur. Sed  
ego de re male dicere, quā de origine. Quid tam horribile,  
tam tetrum, quam hominis trucidatio? Ideo seuerissimis  
munierunt legibus vita nostra \*multatur: ideo bella execrabilia sunt.  
caueatur \*inuenta tamē consuetudo, quatenus homicidium sine

bello,

bello, ac sine legibus faciens; & hoc sit voluptas, quod, vt vi.n.225. scelus vindicent. Quod si interesse homicidio sceleris con-  
scientia est, & eodem facinore spectator obstrictus est, quo  
& admissor: ergo & his gladiatoriū sceleribus non minus  
cuore perfunditur, qui spectat, quam ille, qui facit; nec po-  
test esse immunis à sanguine, qui voluit effundi; aut vide-  
ri non interfecisse, qui intersectori & fauer, & pra-  
mium postulauit. Quid scena? num sanctior? in qua comœ-  
dia de stupris, & amoribus; tragœdia de incestis, & pari-  
cidiis fabulatur. Histrionici etiam impudici gestus, quibus  
infames feminas imitantur, libidines, quas saltando ex-  
primunt, docet. nam \*nimis corruptelarum disciplina est, vi.n.227.  
in quo fiunt per imaginem, quæ non sunt; vt fiant sine pu-  
dore, quæ vera sunt. Spectant hac adolescentes; quorum  
lubrica etas, quæ frenari, ac regi debet, ad vitia, & pecca-  
ta his imaginibus eruditur. Circus nō innocentior astima-  
tur; sed maior hic furor est: siquidem mentes spectantium  
tanta \*seruntur insania, vt non modo in conuicia, sed etiam  
in rixas, nec non & in prælia, & contentiones sape  
confurgant. Fugienda igitur omnia spectacula, vt tranquil-  
lum mentis statum tenere possumus. renuntiandum noxiis  
voluptatibus, ne deliniti suavitate pestifera, in mortis la-  
queos incidamus. \* Placet sola virtus; cuius merces im- placeat  
mortalis est, cum vicerit voluptatem. \*Suppositis autem  
spectaculis, & perdonatis voluptatibus, facilis in compri-  
mendum ceteris labor est ei, qui sit Dei, veritatisq; selector:  
non male dicet unquam, qui expectabit à Deo benedictio-  
nen. Hic non peccabit, ne Deum ludibrio habeat: sed ne  
iurabit quidem; ne quando vel necessitate, vel consuetudine  
in perjurium cadat. Nihil subdole, nihil dissimulanter lo-  
quetur; neque abnegabit, quod sponederit, neque promis-  
ret, quod facere non posse; non inuidet cūquam, qui \*de  
suo concensu; nec detrahet, aut male alteri volet, in quem  
forstian

forst'an beneficia Dei proniora sunt. Non furabitur; nec omnino quicquam concupisceret alienum. non dabit in vsu-  
ra pecuniam. Hoc est enim, de alienis malis lucra captare:  
nec tamē negabit; siquidem nec forsas cogit mutuari. Non  
erit asper in filium, nec in seruum: meminerit, quod ipse  
patrem habeat, ac dominum. Ita cum his \*ager, quem ad-  
modum secum agi veller. Munera superabundantia non  
accipiat recipiet at tenuioribus: nec enim iustum est augeri patri-  
monia locupletum per damna miserationis. Verus prae-  
ptum est, non occidere, quod sic accipi debet, non tanquam  
inbeamur ab homicidio tantum, quod etiam legibus pub-  
licis \*iubetur, manus abstinere, sed \*nec iustitione interposi-  
ta, nec verbo licebit periculum mortis inferre, nec infantem  
uccare, aut exponere; nec seipsum voluntaria morte dam-  
nare; item non adulterare, sed hoc praecepto non solum cor-  
prohibetur alienum matrimonium \*prohibetur, quod etiam  
communi gentium iure damnatur; verum etiam prostitu-  
tis corporibus abstinere. Supra leges enim lex Dei est. ea  
quoqz, qua pro licitus habentur, vetat; vt iustitiam consu-  
met. Eiusdem legis est, falsum testimonium non dicere.  
quod et ipsam latius patet, \*si falsum testimonium mēda-  
cio nocet ei, cōtra quem dicitur; & fallit eum, apud quem  
dicitur. Nunquam igitur mentiendum est; quia mendaci-  
um semper aut fallit, aut nocet. Non est ergo vir iustus,  
qui etiam sine noxa \*vitioso sermone mentitur. Hinc vero  
nec adulari licet. pernitiosa est enim, ac deceptrix adul-  
atio. sed ubiqz custodiat veritatem, qua licet ad praesens sit  
insuauio, tamen, cum fructus eius, atqz utilitas apparuerit,  
non edium pariet, vt ait poëta, sed gratiam.

D IX I de ijs, que retantur. dicam nunc breviter, qua-  
iubentur. Innocentie proxima est misericordia. Illa enim  
malum non facit; & hac bonum operatur. illa inchoat  
iustitiam,

iustitiam; hac compleat. Nam cum imbecillior sit homi-  
num natura, quam caterarum animantium, quas Deus  
& instructas ad inferendam, & munitas ad vim repel-  
lendam figuravit; affectum nobis misericordia dedit, vt  
omne presidū vita nostrā in mutatis auxiliis poneremus.  
Si enim facti ab uno Deo, & orti ab uno homine, consan-  
guinitatis iure sociamur; omnem igitur hominem diligere  
debemus. itaque non tantum inferre iniuriam non opor-  
ret, sed ne illam quidem vindicare; vt si in nobis per-  
fecta innocentia. Ideo iubet nos Deus etiā pro inimicis pre-  
cem facere semper. Ergo animal commune, atque con-  
fors esse debemus; vt nos inuicem præstandis, recipiendis  
auxiliis muniamus. In multis enim casibus, & incommo-  
dis fragilitas nostra subiecta est. Speres tibi accidere posse  
quod alteri accidit. ita deinceps excitaberis ad opem feren-  
dam, si sumperis eius animum, qui opem \*tunc in malis tuam  
constitutus implorat. Siquis victu indiget, impertiamur \*si  
quis nudus occurrerit vestiamus. Siquis à potentiori iniu-  
riam sustinet, eruamus. Pateat domicilium nostrum vel  
peregrinis, vel indigentibus teclō. Pupillis defensio, viduis  
tutela nostra non desit. Redimere ab hoste captiuos, \*ma-  
gnum misericordia opus est; item agros pauperes visita-  
re, atque souere. inopes, aut pauperes (si obierint) non  
patiamur inseptulios iacere. Hac sunt opera, hac officia  
misericordiae; que si quis perfecerit, verum, & acceptum  
sacrificium Deo immolabit. Hac litabilior victima est  
apud Deum; qui non pecudum sanguine, sed hominiis pie-  
tate placatur: quem Deus, quia iustus est, sua & ipsum  
lege, sua & condicione \*persegitur: miseretur ei, quem prosequitur  
videtur misericordem: inexorabilis est ei, quem precatiibus  
cernit immitē. Ergo vt hcc omnia, que Deo placēt, facere  
possimus, contemnenda est pecunia, & ad caelestes trans-  
ferenda thesauros, ubi fur non effodiet, nec rubigo consumet, nec

'nec tyrannus eripiet; sed nobis ad aeternam opulentiam  
Deo custode seruabitur.

Canté legē  
hor caput. religione

**VII** FIDES quoque, magna iustitia pars est; qua maxime à nobis, qui nomen fidei gerimus, conservanda est, praecipue in \*religionem: quia Deus prior est, & potentior, quam homo. Et si est gloriosum pro amicis, pro parentibus, pro liberis, id est, pro homine suscipere mortem, & qui hoc fecerit, diuturnam memoriam, laudemq; consequitur, quanto magis pro Deo, qui potest aeternam vitam pro temporali morte prestat. Itaque cum inciderit huiusmodi necessitas, discere eas, ut \*discendere à Deo, atq; ad ritus gentium transire cogamur, nullus nos metus, nullus terror inflectat, quo minus traditam nobis fidem custodiamus. Deus sit ante oculos, sit in corde, cuius interno auxilio dolor viscerum, & adhibita corpori tormenta superentur. Nihil tunc aliud, quam vita immortalis præmia cogitemus. Ita facile, etiam si dissipandi, aut vrendi artus fuerint, tolerabimus universa, que in nos tyrannice dominationis amentia molierunt. Postremo ipsam mortem non invite, aut timide, sed libenter, sciamus & interriri subire nitamur, ut qui \*scimus, quali apud futuri Deum gloria sumus \*functuri triumphato seculo ad promissa veniente. Quibus bonis quanta beatitudine brevia haec paenarum mala, & huius vita damnatio pensamus. Quid si facultas huius glorie deerit, habebit fides etiam in pace mercedem. Teneatur ergo in omnibus vita officiis, teneatur in matrimonio. Non enim satis est, si alieno coro, aut lupanari abstineas. Qui habet coniugem, nihil querat extrinsecus; sed contentus ea sola, carnem castiget, in uiolati cubili sacra menta custodiat. Adulter enim Deo est perinde aque incestus, qui abiecit iugo, vel in liberam, vel in seruam peregrina voluptate luxuriat. Sed sicut femina castitatis vinculus obligata est, ne aliud concupiscat: ita vir eadem lege

lige teneatur, \*quo Deus & viro uxorem unius corporis quia compage solidavit. Ideo præcepit non dimitti vxorem, nisi criminè adulterij \*deuictam, & nunquam coniugalis fœre uitam derū vinculum, nisi quod perfida ruperit, resoluatur. Illud quoq; ad consumandam pudicitiam iungitur, ut non modo peccatum absit, verū etiam cogitatio. Pollui enim mentem quamvis mani cupiditate, manifestum est. Itaque iustum hominem, quod sit secus, nec facere oportere, nec velle. Purganda est igitur conscientia, quam Deus peruidet, qui salti non potest. Enacuetur omni labore pectus, ut tēplum Dei esse possit; quod non auri, nec eboris nitor, sed fidei, & castitatis fulgor illustrat. Sed enim hæc omnia difficultia sunt homini, nec patitur conditio fragilitatis, esse quenquam sine macula. Ultimum ergo remedium illud est; ut confugamus ad paenitentiam: quæ non minimum locum intermitte habet; quia sui correctio est; ut cum forte aut re, aut verbo lapsi fuerimus, statim recipiscamus, aut nos dehincasse fateamur, oremusq; à Deo veniam, quam pro sua misericordia non negabit; nisi \*perseuerabimus in errore. Magnum est paenitentia auxilium, magnum solatium. Illa est vulnerum, peccatorumq; sanatio; illa spes, illa portus salutis. quam qui tollit, viam vitæ sibi amputat: quia nemo esse tam iustus potest, ut nunquam sit ei paenitentia necessaria. Nos vero, etiam si nullum sit peccatum, confiterit tamen debemus & pro \*debitis nostris identidem delictis precari, gratias agere etiā in malo. hoc semper obsequium domino deferamus. humilitas enim tam cara, & amabilis Deo est, \*qui cum magis suscipiat peccatorem cōsentem, vi.n.233. quam iustus superbum; quanto magis iustū suscipiet cōsentem, eumq; in regnis caelestibus faciet pro humilitate sublimari. Hæc sunt, que debet cultor Dei exhibere. ha sublimem sunt vietimæ; hoc sacrificium placabile; hic verus est cultus. cum homo mentis sua pignora in aram Dei confert; summa

summa illa maiestas hoc cultore letatur; hanc ut filii suscit  
et que p[ro]p[ter]e sibi; quia donum immortalitatis imp[er]titur. de qua  
nunc mihi differendam est; & arguenda est persuasio co-  
rum, qui extingui animas cum corporibus purauerunt. qui,  
quia nec Deum sciebant, nec arcanum mundi perspicere  
poterant; ne hominis quidem anima rationem compre-  
henderunt. Quomodo enim possent sapientia prouidere,  
v[er]o n[on] qui scientiam habebant? Negentes ergo esse ullam prouid-  
entiam; v[er]o Deum, qui fons, & caput eius est, nega-  
uerunt. sequebatur, vt ea, quae sunt, aut semper fuisse dice-  
rent, aut sua sponte esse nata, aut minorum semini con-  
globatione cōcreta, semper fuisse, dici non potest; quia quic-  
quid est, esse sine aliquo initio non potest. sua sponte autem  
generante nihil nasci potest; quia nulla est sine ratione natura. se-  
vero mina \*enim principalia quomodo esse potuerunt; cum &  
ex rebus semina \*exordio orientur, & vicissim res ex seminibus?  
Nullum igitur semen est, quod originem non habeat. Sic  
factum est, vt cum putarent, mundum nulla prouidentia  
factum; ne hominem quidem putarint aliqua ratione ge-  
nerari. Quid si nulla esset in singulo hominero ratio versata;  
mortalem igitur animam esse posse. Alij vero ex aduerso,  
vi.n.235. & Deum esse unum, et ab eo mundum factum, & boni-  
num causa factum, & animas immortales existinuere.  
Sed cum ca \*semiserunt, \*i[us] tamen diuini operis, at q[ue]d con-  
huius filij nec causas, nec rationes, nec exitus perspicerent; ve  
omne veritatis arcanum consumarent; atque veluti sine  
concluderent. Sed quod illi facere non potuerunt, quia ve-  
ritatem perpetuo non tenebant; nobis faciendum est, qui  
eam cognovimus, Deo annuntiate. Consideremus igitur,  
qua ratio fuerit huius tanti, tamque immensi operis fa-  
bricandi. Fecit Deus mundum, sicut Plato existimat,  
sed cur fecit, non ostendit. Quia bonus, inquit, & ini-  
dens nulli, fecit quae bona sunt. Atqui videmus in rerum  
natura

natura & bona esse, & mala. Potest ergo existere per-  
uersus aliquis, qualis fuerit à Deo ille Theodorus, & Pla-  
toni respondere; Imo, quia malus est, fecit, quae mala  
sunt. Quomodo illum redarguet? Si quae bona sunt, Deus  
fecit: unde igitur mala eruperunt? quae plerunque etiam  
bonis prevalent. In materia, inquit, continebantur. \*Bo- vi.n.236.  
na igitur, & mala; aut nibil fecit Deus: aut si bona tan-  
tum fecit, aeterniora sunt mala, que facta non sunt; quam  
bona, que habererunt exordium. Finem igitur habebunt,  
que aliquando cōperunt, & permanebunt, que semper  
fuerunt. Mala igitur potiora sunt. si autem potiora esse  
non possunt; ne aeterniora quidem possunt. Ergo aut  
utraque semper fuerunt, & Deus otiosus; aut utraque ex  
mo fonte fluxerunt. Est enim \*conueniens; vt Deus om-  
nia fecerit potius, quam nihil. ergo secundum sententiam  
Platonis, ideo Deus, & bonus est, quia bona facit; &  
malus, quia mala. Quod si fieri non potest; appetat, à Deo  
factum esse mundum, quia mundus bonus est. quoniam  
complexus est bona, & mala, nec fecit propter se quic-  
quam, sed propter aliud. Domus edificatur non ad hoc so-  
lum, vt sit domus; sed vt suscipiat, & tueatur habitantem.  
Item nauis fabricatur non vt nauis videatur; sed vt in ea  
possint homines navigare. Vasa sunt non vt vasa sint  
solum; sed vt capiant, quae sunt usui necessaria. Sic &  
mundum Deus ad usum aliquem fecerit, neesse est.  
Stoici aiunt, hominum causa factum esse: & recte. Ho-  
mines enim fruuntur his omnibus bonis, que mundus in-  
se continet. Sed ipsi homines cur facti sint, aut quid in illis  
vilitatis habeat illa rerum fabricatrix prouidentia, non ex-  
plificant. Immortales esse animas, idem Plato affirmat; sed  
aut, aut quando, aut quomodo, aut per quem immor-  
talitatem assequantur, aut \*quidnam tantum illud my-  
sterium; cur i[us], qui sunt immortales futuri, prius mortales  
nascan-

quad sit ou-  
sino

temporalis nascantur; deinde decurso \*temporis vita spatio, atque abiectis fragili corporum exuviis, ad eternam illam beatitudinem transferantur, non comprehendunt. denique nec iudicium Dei, nec discrimen iusti, & iniusti explicauit; immorterint sed animas, qua se sceleribus \*inimiscerint, hactenus condemnari putant, ut in pecudibus renascantur, & ita peccatorum suorum lucre penas, donec rursus ad figuram hominum reuertantur; & hoc fieri semper, nec \*citra finem transireandi. ludum mihi nescio quem inducit somno similem; cui nec ratio villa, nec Dei gubernatio, nec consilium aliquid inesse videatur.

VII D I C A M nunc qua sit illa \*sententia, quam nec <sup>fumma</sup> vi. n. 237. quidem, qui vera dixerunt, collatis in unum causis, atque rationibus, \*fictionibus connectere potuerunt. Factus à Deo mundus, vt homines nascerentur. nascuntur autem homines, vt Deum patrem agnoscant, vt colant, in quo iustitia est. collunt, vt mercede immortalitatis accipient. accipiunt immortalitatem, vt in aeternū Deo seruant. Vides ne, quem admodum sibi connexa sint & prima cum mediis, & media cum extremis? Inspiciantur singula, & videamus, utrum' ne illis ratio quoq; subsistat. Fecit ergo Deus mundum propter hominem. Hoc qui non videt, non multum distat à pecude. quis calum suspicit nisi homo? quis solem? quis astra? quis opera Dei miratur, nisi homo? quis colit terram? quis ex ea fructum caput? quis nauigat mare? quis pisces, quis volatilia, quis quadrupedes habet in potestate, nisi homo? Cuncta igitur propter hominem Deus fecit; quia usui hominum cuncta cessere. Recte ergo hoc viderūt philosophi: sed illud, quod sequitur, non viderunt, quod ipsum hominem propter se fecerit. Erat enim consequens, et necessarium, & pium; ut cum hominis causa tantā operam morales bonores sicut sit, cum \*tantum illi \*honoris, tantum potestatis tri-

buerit,

buerit, ut dominetur mundo; homo agnoscet dominum, tantorum beneficiorum auctorem, qui fecit mundum propter ipsum; & ei cultum, & honorem debitum redderer. His Plato aberrauit; hic perdidit, quā primū arriperuerat, veritatem; cum de cultu eius Dei, quem cōditem rerum, ac parentem fatebatur, obtinuit: nec intellexit, hominem Deo potestatis vinculis esse religatum: unde ipsa religio non minatur: & hoc \*est solum, propter quod immortales animafiant. sensu tamen aternas esse: sed non per gradus ad tam sententiam descendit. Amputatis enim mediis, incidunt \*totius veritatem, quasi per abruptum aliquod precipitum; nec ulterius progressus est; quoniam casu ad eam, non ratione peruererat. Colendus est igitur Deus, vt per religionem, quae eadem iustitia est, accipiat homo à Deo immortalitatem: nec est nullum aliud premium pia mentis. quia si est inuisibilis; non potest ab inuisibili Deo nisi inuisibili mercede donari. Plurimi vero argumentis colligi potest, aternas esse animas. Plato ait, Q uod per seipsum semper mouetur; \*neque principium motus etiam finem non habere; animum autem hominis per se semper moueri, quia sit ad cogitandum mobilis, ad inueniendum solers, ad percipiendum facilis, ad discendum capax, vt qui præteritate teneat, presentia comprehendat, futura propiciat, multarumq; rerum, & artium scientiam complectatur, immortalē esse; siquidem nihil habeat in se de terreni ponderis labe concretum. Præterea, ex virtute, \*an voluptate ac intelligitur aternitas animae? voluptas omnīs, communis omnibus animalibus; virtus, solius est hominis. illa vitiosa est, hec honesta: illa secundum naturam, hec aduersa naturam, nisi anima immortalis est. virtus enim pro fide, pro iustitia nec igitur timet; nec exilium metuit; nec carcerem perhorrescit; nec dolorem reformidat; nec mortem recusat. quia quia \*natura contraria sunt; aut stultitia est virtus, si & nature

m commo-

commoda impedit, & vita nocet; aut si stultitia non est, ergo anima immortalis est, & ideo presentia bona cotemnit; quia sunt alia potiora, quae post dissolutionem corporis assūtūtatur. Illud autem maximum argumentum immortalitatis est: quod Deum solus homo agnoscit. In mutuū nul la suspicio religionis; quia terrena \*prospiciunt. Homo ideo rectus cælum aspicit, ut Deum querat. An potest igitur nō esse immortalis, qui immortalem desiderat? Non potest esse solubilis, qui cum Deo & vultu, & mente communis est. Deniq; cælesti elemento, quod est ignis, homo solus vitetur. Si enim lux per ignem, vita per lucem: apparet, eum, qui vsum ignis habet, non esse mortalem; quoniam id illi proximum, id familiare est, sine quo non potest nec lux, nec vita cōstare. Sed quid argumentis colligimus aeternas esse animas; cum habeamus testimonia diuina? id enim sacra litera, ac voces prophetarum docent. Quod sicut parum videatur, legat carmina Sibyllarum; Apollinis quoque Mitesii responsa consideret; ut intelligat delirasse Democritum, & Epicurum, et Dicæarchum, qui soli omnium mortalium, quod est enidens, negauerunt. Confirmata immortaliitate, superest \*dicere, à quo ei tribuatur; cum certa, & constituta diuitius tempora completi cœperint; & interitum, & consumationem rerum fieri necesse est, ut tempus innouetur à Deo mūndus. Id vero \*tempore in proximo est, quantum de numero annorum, deq; signis, quæ predicta prophetis sunt à philosophis, colligi potest. Sed cum sint innumerabilia, quæ de fine seculi, & \*consumatione temporum dicta sunt, ea ipsa, que dicuntur, nuda ponenda sint: quoniam (ut testimonius vitamur) immensum est. siquid illa desiderat, aut nobis minus credit; adeat ad sacrarium celestium literarum; quarū fide instrutor, errasse philosophos sentiat; qui aut aeternum esse hunc mundū, aut infinita esse annorum millia phauerunt, ex quo fuerit instructus. Nondum enim

v. u. 239.

nam sex millia completa sunt. quo numero consumato, tum demum malum omne collectur, ut regnet sola iniustitia. quod quatenus euenturum sit, paucis explicabo.

H E C autem à propheticis, & à variis futura dicuntur. Cum cœperit mundo finis ultimus propinquare; malitia inualefcet; omnia vitorum, & fraudum genera crescent; iniustizias interibit; fides, pax, misericordia, pudor, veritas nō erit; vis, & audacia præualebit; nemo quicquam habebit, nisi male partum, manuq; defensum; si qui erunt boni, præde, ac ludibrio habebuntur; nemo pietatē parentibus exhibebit; nemo infantis, aut senis miserebitur; auaritia, libido, ruiuersa corrūper, crūt cades, & sanguinis effusione; erunt bella non modo externa, & finitima, verum etiam intestina; ciuitates inter se belligerabunt; omnis sexus, & omnis etas arma tractabunt; nō imperij dignitas conservabitur, nō militia disciplina; sed more latrocinij depravatio, & \*vastatio fiet; regnum multiplicabitur; & dece viri os cupabant orbe, & partiēt, & vorabunt; & existet lōge potētior, ac nequior, qui tribus deletus Asia possidebit; cœtu in potestate sua redactis, & \*abscissis; vorabit omnem acitatis terram, leges nouas statuet, veteres abrogabit; Rempub. suam faciet; nomincū imperij, sedemq; mutabit. Tunc erit tempus infandum, & execrabile, quo nemini libeat viuen. Deniq; in eum stratum res cadet, ut viuos lamentatio, mortuos gratulatio sequatur. \*Ciuitas, & oppida interi. ciuitates bunt, modo ferro, & igni, modo terramotoibus crebris, modo aquarum inundatione, modo pestilētia, & fame. Terra nihil feret, aut rigoribus nimirū, aut caloribus sterilius. Aqua omnis partim mutabitur in cruorem; partim amaritudine vitabitur, ut nihil sit nec ad cibos viile, nec ad ponum salubre. His malis \*accident prodigia hominī- accidente bus ad timorem. Cometa crebro apparebunt. Sol perpetuo squalore fuscabitur. Lunam color sanguinis obumbrabit,

nec amissa lucis danina reparabit. Stella omnes decident; nec temporibus sua ratio constabit, hyeme, ac estate confusis. Tunc & annus, & mensis, & dies breuiabitur: & hanc esse mudi senectutem, & defectionem, Trismegistus elocutus est. qua cum venerit; adesse tempus sciendum est, quo Deus ad commutandum seculum reuertatur. Inter exurget hac autem mala & surget rex impius non modo generis hominum, sed etiam Deo inimicus. Hic reliquias illius prioris tyranni conteret, cruciabit, vexabit, interimet. Et tunc orunt \* etiam lachryma, luctus, & gemitus perpetes, & ad eum dec casse preces; nulla requies ad formidinem, \* aut somnus ad quietem. Dies cladem, nox mecus augebit semper. Sic orbis terrarum pene ad solitudinem hominum redigetur.

dicatos Tunc impius iustos homines, ac \* deditos Deo, duobus, & quadraginta mensibus persequetur; & se coli iubebit, vt Deum. Se enim dicet esse Deum, cum sit Antichristus, qui vt erit aduersarius, & vt credi ei possit; accipiet potestatem mirabilia faciendi; vt ignis descendat de calo; vt sol desistat a cursu; vt imago, qua posuerit, loquatur. Quibus prodigiis allicit multos, vt adorent eum; signumq; eius in manu, aut fronte suscipiant. & qui no adorauerit, signumq; suscepit; exquisitus cruciatibus morietur. Ita fere duas partes exterminabit: terra in desertis solitudines fugiet.

ira Sed ille vecors & proterua implacabilis furens adducet exercitum; & obsidebit montem, quo iusti consigerint. Qui cum se viderint circunfessos; implorabunt auxilium Dei voce magna; & audiet eos Deus; & immittet eis liberatorem. Tunc calum intempesta nocte patet; & descendet Christus in virtute magna; & antecedet eum claritas ignea, & virtus inestimabilis angelorum; & extinguetur omnis illa multitudo impiorum; & torreates sanguinis current; & ipse ductor effugiet; atque exercitu sape reparato, onibus quartum pralium faciet; quo captus cum & ceteris tyrannis tradetur

tradetur exuſſioni. Sed & ipſe dæmonū princeps, auctor, & machinator malorum, catenis igneis alligatus, custodia dabitus; vt pacem mundus accipiat: & vt vexata tot seculis terra requiescat. Pace igitur parta, compressoque omni malo, rex ille iustus, & victor, iudicium magnum de viuis, & mortuis faciet super terrā; & viuentibus quidem iustus tradet in seruitutem gentes vniuersas; mortuos autem ad aeternam vitam suscitabit; & in terra cum his ipſe regnabit; & cōdet sanctam ciuitatem; & erit regnum iuorum mille annis. Per idem tempus stella candidiores sunt; & claritas solis augebitur; & luna non patietur diminutionem. Tunc descendet a Deo pluia benedictionis matutina, & vespertina; & omnem frugem terra sine labore hominum procreabit. Stillabunt mella de rupibus: labii, & vini fontes exuberabunt: bestia deposita feritate mansuecent: lupus inter pecudes errabit innoxius: vitulus cum leone pascetur: columba cum accipitre cōgregabitur: serpens virus non habebit: nullum animal viuet ex sanguine. omnibus enim Deus copiosum, atque innocentem iūctum \* dabit. Peractis vero mille annis, ac resoluto deminutabili monum principē, rebellabunt gentes aduersus iustos; & venient innumerabilis multitudo ad expugnandam, delendamq; sanctorum gentem. concuriet enim a fundamentis suā terram; & corruent ciuitates; & pluet super impios ignem cum sulphure, & grandine, & ardebunt; & se inūcem trucidabūt: iusti vero paulisper sub terra latebunt, donec perditio fiat gentium; & exhibūt post diem tertium; & videbunt campos cadaveribus opertos. Tunc fiet terrae motus; & scindet se montes, & subsidet in latitudine valles profundi; & congerentur in ea corpora mortuorum; & vocabitur nomen eius θωλυάσπιον. Post hac renouabit Deus mundum; & transformabit iustos in figuram angelorum; vt immortalitatis ueste donati, seruiant Deo in semperi

etiam sempiternum, tunc enim impij resurgent non ad vitam,  
sed ad paenam; eos quoque secunda resurrectione facta,  
damnati & Deus excitabit, ut ad perpetua tormenta \*damnet, aeternis  
perfolant ignibus traditi, merita pro sceleribus suis \*soluant. Hec  
ad initiationem omnia vera, omnium consona \*administratione predicta,  
vi.n.24.c.  
cecinerint cum eadem Trismegistus, eadem Hydaspes, eadem Sibylla  
qui \*concinerint, dubitari non potest. \*Cura, spes omnes vite,  
posita ac salutis, in sola religione Dei sunt posita. Itaque nisi ho-  
mo suscepere, quem Deus ad liberationem misit, nisi sum-  
mum Deum per eum, qui missus est, cognoverit: nisi man-  
data eius, legesq; seruauerit; in eas incidet paena, de qui-  
bus locui sumus. Proinde fragilia contemnenda sunt, ut  
solida consequamur, spherula terrena, ut celestibus one-  
remur; temporalia fugienda, ut ad aeterna veniamus. Eru-  
torum dicit se quisque ad iustitiam, \*firmiter ad continentiam,  
preparat ad agonen, instruat ad virtutem; ut si forte  
aduersarius indixerit bellum, nulla vi, nullo terrore, nullis  
cruciatibus a recto, & bono diuellatur: non se subternat  
insensibilibus fragmentis; sed verum, & solum Deum re-  
agnoscet etius \*cognoscet: abiiciat voluptates; quarum illecebris  
anima sublimis deprimitur ad terram: teneat innocentiam:  
prosit quamplurimis: incorruptibles sibi thesauros  
bonis operibus acquirat; ut possit Deo iudice pro virtutis  
sua meritis vel coronam fidei, vel primum immortalita-  
tis adipisci.

FINIS.

## Incerti Auctoris Phoenix.

Et locus in primo felix oriente remotus,  
Qua patet aeterni ianua celsa poli:  
Nec tamen astios, hyemisq; propinquus ad  
Sed quod sol verno fundit ab axe diem. (oreus;  
Illae planicies tractus diffundit apertos;  
Nec tumulus crescit; nec caua vallis hiatus.  
Sed nostros montes, quorum inga celsa putantur.  
Per bis sex vlnas eminet ille locus.  
Hic solis nemus est; & consitus arbore multa  
Lucus perpetue frondis honore viret.  
Cum phaeothous flagrasset ab ignibus axis;  
ille locus flammis inuolatus erat.  
Et cum diluvium mersisset fluctibus orbem;  
Deucalioneas exuperauit aquas.  
Non huc exangues morbi, non agra senectus,  
Nec mors crudelis, nec metus affer adit,  
Nec scelus infandum, nec opum vesana cupidus,  
Aut mars, aut ardens cedis amore furor:  
Luctus acerbis abest, & egestas obsita pannis.  
Et cura insomnes, & violenta fames.  
Non ibi tempestas, nec vis furit horrida ventis.  
Nec gelido terram rore priuina tegit.  
Nulla super Campos tendit sua velleranubes,  
Nec cadi ex alto turbidus humor aqua.  
Sed sors in medio est; quem viuum nomine dicunt;  
Perspicuus, lenis, dulcibus vber aquis.  
Qui semel erumpens per singula tempora mensum,  
Duodecies vndis irrigat omne nemus.  
Eic genus arboreum proceri stipite surgens,  
Non lapsura solo mitia poma gerit.  
Hoc nemus, hos lucos auis incolit unica Phœnix,

Vnica, sed viuit morte reflecta sua.  
 Paret, & obsequitur Phœbo memoranda satelles.  
 Hoc natura parens munus habere dedit.  
 Lutea cum primum surgens aurora rubeficit,  
 Cum primum rosea sydera luce fugat;  
 Ter quater illa piis immarginit corpus in vndas;  
 Ter quater è viuo gurgite libat aquam.  
 Tollitur, ac summo confedit in arboris alta  
 Vertice, qua totum despicit vna nemus:  
 Et conuersa nouos Phœbi nascentis ad ortus,  
 Expectat radios, & iubar exoriens.  
 Atque ubi sol pepulit fulgentis limina portæ,  
 Et primi emicuit luminis aura leuis;  
 Incipit illa sacri modulamina fundere cantus,  
 Et mira lucem voce ciere nouam.  
 Quam nec iulaeæ voces, nec tibia posse  
 Musica cyrrheis assimilare modis.  
 Sed neque olor moriens imitari posse putatur,  
 Nec cyllenæ filia canora lyrae.  
 Postquam Phœbus equos in aperta refudit olympi,  
 Atque orbem totum protulit usque means;  
 Illa ter alarum repetito verbere plaudit  
 Non errabilibus nocte dieq; sonis.  
 Atque eadem celeres etiam discriminat horas;  
 Igniferumq; caput ter venerata; silet.  
 Antistes nemorum, & luci veneranda facerdos,  
 Et sola arcans conscia Phœbe tuus,  
 Quæ postquam vita iam mille peregerit annos,  
 Ac se reddiderint tempora longa grauem;  
 Ut reparet lassum spatiis vrgentibus, æuum,  
 Assueti nemoris dulce cubile fugit.  
 Cumq; renascendi studio loca sancta reliquit;  
 Tunc petit hunc orbem, mors vbi regna tenet.

Dirigit

Dirigit in Syriam celeres longæua volatus;  
 Phœnicis nomen cui dedit ipsa vetus:  
 Secretosq; petit deserta per ania lucos,  
 Hic ubi per saltus silua remota latet.  
 Tum legit aëro sublimem vertice palmam,  
 Que gratum Phœnix ex aue nomen habet.  
 Quam nec dente nocens animal perrumpere possit,  
 Lubricus aut serpens, aut avis vlla rapax.  
 Tum ventos claudit pendentibus Aeolus antris,  
 Ne violent flabris aëra purpureum;  
 Neu concreta Noto nubes per inania cali  
 Summoueat radios solis, & obfit avi.  
 Construit inde sibi seu nidum, siue sepulchrum;  
 Nam perit, vt viuat; se tamen ipsa creat.  
 Colligit hinc succos, & odores diuine silua;  
 Quos legit Assyrius, quos opulentus Arabs;  
 Quos aut Pygmeæ gentes, aut India carpit;  
 Aut molli generat terra Sabæa sinu.  
 Cinnama debinc, auramq; procul spinantis amomi  
 Congerit, & misto balsama cum folio.  
 Non casie mitis, nec olentis vimen acanthi,  
 Nec thuria lachryma, guttâque pinguis abest.  
 Hui addit teneras nardi pubentis aristas,  
 Et sociat myrrha pascua grata nimis.  
 Protinus in strato corpus mutabile nido,  
 Vitaliq; toro membra quieta locat.  
 Ore debinc succos membris circumque, suprâque  
 Iniicit, exequis immoritura suis.  
 Tunc inter varios animam commendat odores;  
 Depositus tanti nec tunet illa fidem.  
 Interea corpus genitali morte peremptum  
 Aestuat, & flammis parturit ipse calor;  
 Aerioque procul de lumine concipiit ignem;

m 5

Flagrat,

Flagrat, & ambustum soluitur in cinerem.  
 Hos velut in massam cimeres in morte coactos  
 Conflat, & effectum seminius instar habet.  
 Hinc animal primum sine membris fertur oriri;  
 Sed fertur vermis lacteus esse color.  
 Creuit in immensum subito cum tempore certo,  
 Seq<sup>z</sup> qui teritus colligit in speciem.  
 Inde reformatur, qualis fuit ante figuram;  
 Et Phœnix rupta pullulat exuuiis.  
 taxa Ac velut agrestes, cum filo ad \*saxa tenentur,  
 tunc Mutari<sup>\*</sup> penna papilione solent.  
 Non illi cibus est nostro concessus in orbe;  
 Nec cuiquam implumem pascere cura subest.  
 Ambrosios libat caelesti nectare rores,  
 Stellifero teneri qui cecidere polo.  
 Hos legit; his mediis alitur in odoribus ales,  
 Donec maturam proferat effigiem.  
 Ast ubi primaua cœpit florere iuuentu;  
 Euolat ad primus iam reditura domos.  
 Ante tamen, proprio quicquid de corpore restat,  
 Ossaq<sup>z</sup>, vel cimeres, exuuiasq<sup>z</sup> suas,  
 Vnguine balsameo, myrrhaq<sup>z</sup>, & thure soluto  
 Condit, & informam conglobat ore pio.  
 Quam pedibus gestans contendit solis ad ortus,  
 Inq<sup>z</sup> ara residens, ponit in aede sacra.  
 Mirandam se prestat, prebetq<sup>z</sup> videnti;  
 Tantus ibi decor est, tantus abundat honor.  
 Principio color est, qualis sub sydere cali,  
 Mitia quem croceo punica grana legunt.  
 Qualis inest foliis, qua fert agreste papauer,  
 Cum pendens vestit sole rubente polus.  
 Hoc humeri, peccatiq<sup>z</sup> decens velamine fulgent;  
 Hoc caput, hoc ceruix, summaq<sup>z</sup> terga nitent.

Cauda-

Caudaq<sup>z</sup> porrigitur fulvo distincta metallo;  
 In eius maculis purpura mixta rubet.  
 Clarum inter pennas insigne est desuper, Iris  
 Pingere ceu nubem desuper alta solet.  
 Albicat insignis mixto viridante smaragdo;  
 Et puro cornu gemmea cuspis biat.  
 Ingentes oculos credas, geminosq<sup>z</sup> hyacinthos;  
 Quorum de medio lucida flamma micat.  
 Aequatur toto capiti radiata corona,  
 Phœbei referens verticis alta decus.  
 Crura tegunt squamae flavo distincta metallo;  
 Ast vngues roseus pingit honore color.  
 Effigies inter Pauonis mixta figuram  
 Cernitur, & mixtam Pb. asidis inter auem.  
 Magniciem, terris Arabum qua gigantur ales,  
 Vix equare potest, seu fera, seu sit avis.  
 Non tamen est tarda, vt volucres, qua corpore magno  
 Incessus pigros per graue pondus habent.  
 Sed leuis, & velox, regali plena decore,  
 Talu in aspectu se exhibet vsque hominum.  
 Conuenit Aegyptius tanis ad miracula visus;  
 Et raram volucrem turba salutat ouans.  
 Protinus in scalpunt sacrato in marmore formant;  
 Et signant titulo remq<sup>z</sup>, diemq<sup>z</sup> nono.  
 Contrahit in cætum sese genus omne volantum;  
 Nec praedae memor est villa, nec villa metus.  
 Altuum stipata choro volat illa per altum,  
 Turbaq<sup>z</sup> prosequitur munere leta pio.  
 Sed postquam puri peruenit ad etheris auræ,  
 Mox reddit ista; suis conditur ille locis.  
 Hac fortunata sortis, satiq<sup>z</sup> volucris,  
 Cui de se nasci prestiti ipse Deus.  
 Femina, vel mas hoc, vel neutrum sit mage, felix,  
 Felix,

*Felix, quæ Veneris fædera nulla colit.  
Mors illi Venus est; sola est in morte voluptas;  
Ut posse nasci, hac appetit ante mori.  
Ipsa sibi proles, suus est pater, & suus heres,  
Nutrix ipsa sui, semper alumna sibi.  
Ipsa quidem, sed non eadem, quia & ipsa, nec ipsa est,  
Aeternam vitam mortis adepta bono.*

Venantij

VENANTII HONORII  
CLEMENTIANI FORTVNATI  
PRESBITERI ITALICI, AD FELICEM  
EPISCOPVM, DE PASCHA.

T *Empora florigerò ruitant distincta sereno;* vi.n.243.  
*Et maiore poli lumine porta pateat.*  
*Altius igniōnum solem cali orbita ducit;*  
*Qui vagus oceanas exit, & intrat aquas:*  
*Armatus radius elementa liquentia lustrans,*  
*Hac in nocte breui tendit in orbe diem.*  
*Splendida syncero producunt athera vultu;*  
*Leticiamque suam sydera clara probant.*  
*Terra ferax vario fundit munuscula cultu,*  
*Cum bene vernarit, reddit & annus opes.*  
*Mollia purpureum pingunt violaria campum:*  
*Prata virent herbis; & micat herba comis.*  
*Paulatim subeuntstellantia lumina florum:*  
*Floribus arrident gramina cuncta suis.*  
*Semine deposito late seges exilio aruis,*  
*Spondens agricole vincere posse famem.*  
*Caudice de sero, lachrymat sua gaudia palmes;*  
*Vnde merum tribuat, dat modo vitis aquam.*  
*Cortice de matris tenera lanugine surgens*  
*Preparat ad partum turgida gemma sinum.*  
*Subq<sup>z</sup> hyemis tempus foliorum crine refuso,*  
*Iam reparat viridans frondea testa nemus.*  
*Mista salix, abies, corylus, siler, vlmus, acer, nux,*  
acerinus  
*Plaudit queque suū arbor amena comis.*  
*Constructura fauos apis hinc aluearia linquens,*  
*Floribus instrepitans poplite mella rapit.*  
*Ad cantus reuocatur avis; qua carmine clauso*

Pigror

Pigrior hyberno frigore muta fuit.

Hinc Philomela suis attemperat organa canis;  
Fitq; repercuſſo dulcior aura melo.

Ecce renascentis testatur gratia mundi,  
Omnia cum domino dona rediffe ſuo.

Namque triumphanti poſt triftia tartara Christo  
Vndique fronde nemus, gramina flore fauent.

Legibus inferni opprefſis, ſuper aſtra meantem  
Laudent rite Deum lux, polus, arua, fretum.

Qui crucifixus erat, Deus ecce per omnia regnat;  
Dantq; creatori cuncta creaſta preccm.

Salve festa dies, toro venerabilis aro;

Qua Deus infernum vicit, & aſtra tenet.

nobilitas \*Mobilitas anni, mensum, lux alma dierum,  
vi. n. 244. puncta Horarum ſplendor, ſtridula \*cuncta fauent.

Hinc tibi filia comis, hinc plaudit campus arifis;  
Hinc grates tacito palmita viti agit.

Hinc tibi nunc auium resonant virgilia ſuſſuro;

geminus cano Has inter nimio paffer amore \*cauit.

Christe ſalutis rerum, bone conditor, atque redemptor,

Vnica progenies ex deitate patris,

Irrecitabiliter manans de corde parentis,

al. penetrare Verbum ſubſtens, & \*patris ore potens,

Aequalis, concors, ſocius, cum patre coeūus,

Quo ſumpſit mundus princepe principium;

Aetheria ſuſpendis, ſola congeris, aquora fundis,

Que locis habitant, que moderata vigent.

Qui genus humanum cernens mersum eſſe profunde;

Vi hominem eriperes, es quoque factus homo.

Nec noſtro tantum voluisti ē corpore naſci,

Sed caro, qua naſci pertulit, atque mori.

pateriautor Funeris exequias \*patris nouus \*author, & orbis,

intras \*Intra mortis iter dando ſalutis opem.

coſſerunt Triftia \*ceſſarunt inferna vincula legi;

Exauitq; chaos luminis ore premi.

Depereunt tenebrae Christi fulgore fugatae:  
\*Aeterna noctis pallia criffa cadunt.

Sollicitam ſed, ſedde fidem, precor, alma potefas.

Tertia lux rediſt, ſurge ſepulcra meus.

Non decet, vt vili tumulo tua membra tegantur;

\*Non pretium mundi vilia ſaxa premant.

Indignum eſt, cuius clauduntur cuncta pugillo,

Vi tegat inclusum rupe vetante lapis.

Lintea tolle precor; ſudaria linque ſepulchra:

Tu ſatis eſt nobis; & ſine te nihil eſt.

Solue carbenatas inferni carceris umbras;

Et reuoca ſurſum quicquid ad imarauit.

Redde tuam faciem, videant ut ſecula lumen;

Redde diem, qui nos, te moriente, fugit.

Si plane imprefti remeans pie victor olympum.

Tartara preffa iacent, nec ſua iura tenent.

Inferus infaturabiliter caua guttura pandens,

Qui \*raperet ſemper, fit tua prada Deus.

Eripit innumerum populum de carcere mortis;

Et ſequitur liber, quod ſuis \*author abit.

Emittit abſorptam pauidē ſera bellua plebem;

Et de fauce lupi ſubirabit agris oves.

Hinc tumulum repetens poſt tartara carne refumpta

Belliger ad calos ampla trophya refers.

Quos habuit poenale chaos, iam reddidit \*iſte;

Et quos mors peteret, hos noua vitatenet.

Rex ſacer ecce tui radiat pars magna \*trophæi,

Cum puras animas ſacra lauacra beant.

Candidus egreditur nitidis exercitus vndis,

Atque vetus vitium purgat in amne nouo.

Fulgentes animas uestis quoque candida signat;

Et grege de niueo gaudia paſtor habet.

Additur hac Felix \*concors mercede ſacerdos;

Et tunc

Pollux

xix

regule

auctor

in te

triumphæ

confessio

*Qui dare vult domino dupla talenta suo.  
Ad meliora trahens gentili errore vagantes,  
Bestia ne raperet, munit ouile dei.  
Quos prius Eua nocens inficerat, hos modo reddis  
Ecclæsia pastor ubere lacte finu.  
Misib[us] alloquius agrestia corda colendo  
Munere Felicis de repre nata seges.  
Afferat gens Saxo viuens quasi more ferino  
Te medicante sacer, bellua reddit osem.  
Centeno reditu tecum mansura per anum,  
Mensis abundantis horrea fruge reples.  
Immaculata tuis plebs hac agitetur in ylnis,  
Atque Deo purum pignus ad astra feras.  
Vna corona tibi detur, & tribuatur ab alto  
Altera de populo verner adepta tuo.*

INCERTI AVCTORIS CARMEN  
DE PASSIONE DOMINI.

*Visquis ades, medijq[ue] subis in limina templi,  
q[ui] Siste parvū, insonteq[ue] tuo pro criminе passum,  
Respice me, me conde animo, me in pectore.  
Ille ego, qui causas hominum miseratus acerbos, serua,  
Huc veni, pacis promissa interpres & ampla  
Communis culpa venia, hic clarissima ab alto  
Reddita lux terris, hic alma salutis imago,  
Hic tibi sum requies, via recta, redemptio vera,  
Vexillumq[ue] Dei, signum & memorabile fari.  
Te propter, vitamq[ue] tuam sum Virginis aluum  
Ingressus sum factus homo, atq[ue] horrentia passus  
Funera, nec requiem terrarum in finibus usquam  
Inueni, sed ubiq[ue] minas, sed ubiq[ue] labores.  
Horrida prima mihi in terris magalia lude  
Hospititia in partu, sociæq[ue] fucre parenti.  
Hic mihi fusa dedit bruta inter inertia primum  
Arida in angustis præsepi bus herba cubile.  
In pharijs primos vixi regionibus annos  
Herodis regno profugus, reliquoq[ue] reuersus  
Iudaam, semper ieunia, semper & ipsam  
Pauperiem extremam, & rerum inferiora secutus,  
Semper egens monitis humana salubribus alma  
Ingenia ad studium probitatis aperta salubri  
Plurima doctrina intungens miracula, quare  
Impia Hierusalem rabidis exercita curis  
Invidia, scuisq[ue] odijs, & caca furore,  
Insonti est paenit letalibus auffa cruentam  
In cruce terribili mortem mihi querere, quæ si  
Latius ipse velim distinguere, siq[ue] per omnes  
Ire iuuet gemitus, mecum & sentire dolores,*

*Collige consilia, insidias' ue, meiq; nefandum  
Sanguinis innocui pretium, & simulata clientis  
Oscula, & insultus, & saua iurgia turba.  
Verbera præterea, & promptas ad crimina linguae,  
Fige animo, & testes, & cæci infanda Pilati  
Iudicia, ingentemq; humeros, & fessa prementem  
Terga crucem, atque graues horrenda ad funera gressus.  
Nunc me, nunc vero desertum extrema securum  
Supplicia, & dulci procul à genitrice leuatum  
Vertice ad usque pedes me lustra.en aspice crines  
Sanguine concretos, & sanguinolenta sub ipsis  
Colla comis, spinisq; caput crudelibus haustum  
Vndique diuia pluens viuum super ora cruorem,  
Compresso speculare oculos, & luce carentes,  
Afflictas q; genas, arenem suffice linguam  
Felle venenatam, & pallentes funere vultus.  
Cerne manus clavis fixas, træctosq; lacertos,  
Atque ingens lateri vulnus, cerne inde fluorem  
Sanguineum, fossosq; pedes, artusq; cruentos.  
Flecte genu, lignumq; crucis venerabile adora  
Eblebilis, innocuo terramq; cruore madentem  
Ore petens humili, lachrymis suffunde subortis,  
Et me nonnunquam deuoto in corde, meosq;  
Fer monitus. Sectare meæ vestigia vita,  
Ipsaq; supplicia inspiciens, mortemq; seueram  
Corporis innumeros memorans, animiç; dolores,  
Disce aduersa pati, & propriae inuigilare saluti.  
Hæc monimenta tibi, siquando in mente iuuabit  
Voluere, siqua fides animo tibi ferre meorum  
Debita si pietas, & gratia digna laborum  
Surget, erunt vera stimuli virtutis, eruntq;  
Hostis in insidias clypei, quibus acer in' minio  
Tutus eris, victorq; feres certamine palmarum.*

omni

*Hæc*

*Hæc monimenta tuos si labilis orbis amicos  
Auertent sensus, fugiente decoris ab umbra  
Mundani efficient, ne spe captatus inani  
Mobilis occiduis fortuna fidere rebus  
Aueris; aut vita sperare fugacibus annis.  
Sed te nimirum, sic ista caduca videntem  
Secula, & exutum patriæ melioris amore  
Orbi opes, reramq; vsus, & vota priorum,  
Moribus extollens sacris, vitaq; beatæ  
Spe, duras inter poenas, terore fovebunt  
Calesti, paciç; boni dulcedine paſcent.  
Purpuream donec post ultima fata relicto  
Corpore, sublimes animam reuocabit ad auras.  
Gratia magna tibi tunc omnem exut a laborem,  
Angelicos tunc leta choros, ariesq; beatas  
Sanctorum inspiciens, æterna pacis amena  
Perpetuò felix mecum regnabit in aula.*

n 2

Inter-

*F I N I S.*

# INTERPRETATIO

DICTIONVM GRAECARVM,  
qua<sup>t</sup> in Laetantio reperiuntur, de verbo ad  
verbum facta, idque ut rudium Tirocinio con-  
sulatur, recensente, emendanteque Marco  
Musuro.

## Quæ in Quaternione A.

φρωτόγονος φαέθον περιμήκεος οὐέτος γίδας.

Principio genitus Phaëton longo aëre natus.

ἔκτισεν ἀθανάτοις δόμον ἀφθιτον.

Condidit immortalibus domum incorruptibilem.

οὐδὲ θεὸς εῖσι, οὐδὲ τοῖς ὀνόματος εἰποσθεῖται, εἴτε γάρ

οὐδὲ ἀνώνυμος. Deus autem unus, unus autem no-  
mine non egit. est enim qui est sine nomine.

## Quæ in Quaternione B.

εἷς θεὸς οὐ μόνος εἰσὶν υπερμεγέθεις ἀγέντος.

Vnus Deus, qui solus est excedens omnem magnitudinem  
increateus.

ἄλλα θεῶν μόνος εἰσὶ πανυπέρτατος οὐδὲ πεποίκης  
ὑπερνύντελον τε καὶ ἀστέρας, οὐδὲ στελένης,  
καρποφόρον γαῖαν τε, καὶ ὕδατος οὐδὲ μαλακὴν τε.

Sed Deus solus unus eminentissimus, qui fecit calum, so-  
lēmque et stellarum, et lunam, fructiferāmque terram, et  
aquea maris fluctus.

ἀντὸς τοῦ μόνου ὅντα σέβεται καὶ τορει κόστις,  
οὐ μόνος εἰς αἰώνας εἰς αἰώνος ἐποχεν.

Ipsum, qui solus est, colite principem mundi, qui solus est  
in seculum, atque a seculo fuit.

εῖς μόνος εἶμι θεός καὶ εἰς εἴσι θεός ἄλλος.

Solus enim Deus sum, εἰς τον̄ alius.

αὐτοφυῆς ἀδίδακτος ἀμύντωρ ἀειφέλικτος,  
εὔομα μηδὲ λόγῳ χωρίμενος, εὺ πυρὶ ναίνω,

πούτι

τούτη θεὸς μηκρὰ ἢ δεῦ μερὶς αὔγητοι οὐκούσι.

Ex se ortus non edocetus sine matre concussus nomine ne ver-  
bo quidem capiendum, in igne habitans. hoc Deus est: mo-  
dica autem Dei portio angelī nos.

πάντα φέ παντα λόδιδακτ' ἐνολοιστρόφε κέλυψι δαιμόν.

Omnia sapiens omnia doce, qui per cuncta versari exan-  
di demon,

έρμονίν κόσμου φαεσφόρε καὶ σοφὲ δαιμόν.

Concentus mundi lucifer et sapiens demon.

δαιμόνες οἱ φοιτῶσι φει κλόνα καὶ σφι πόντον  
ἀκάματοι δάκηναν. Οὐταὶ μάστις θεοῖο.

Damonēs qui ventitant circa terram, et circa pontum  
indefessi, dominantur sub flagello Dei.

αὐτοφυῆς, Ex se ortus, vel ex se ingeniosus.  
αὐτογενῆς. Ex se genitus.

αὐτόντος, Ingenitus. αὐτοίντος, non factus.

οὐ δύναται αὐτὸς

ἐκ μηρῶν μήτρας τὰ θεῖα τετυπωμέναν Θεόν.

Non potest ex viri semine et matrice Deus formatus esse.

δαιμόνες ἀφύχος, νεκύων εἰδώλα καθεμόντων

οὐ κρήτη καύχημα τάρπους οὐ δύσμορος ιχεῖ.

Damonēs inanimes, cadauerū simulachra mortuorum,  
quorum Creta in iactantiam sepulchra misera habet.

## Quæ in Quaternione C.

πρώτοις μὲν ἀνατενετείτιχοντων κρόνος ἀνδρῶν.

οὐ δικρόνου γένεται ἀντὸς ἀνατενέτων εὐρύοπα ζεύς.

Primus quidem regnator erat terrestrium Saturnus viro-  
rum: ex Saturno autem genitus est ipse rex magnus, et  
late cuncta intucens Iupiter.

Εἶλας δὴ τί τε πεποιθας εἰστιν ἀνδράσιν πρόγονος;

Πρός τι δῆρα μάταται καταθημένοις ἀνατίθεται;

Σύντις εἰδώλοις τίς τοι πλάγιως Κάλεν εἰ νῦν,

οὐ τέ σε τάδε ποιεῖν μεγάλοι θεοῖο προσώπου

λείπει ομένου;

n 3

Gracia

*Gracia quid cōfidis in viros principes? ad quid dona iniuria mortuis dedicas? immolas idolis, quis tibi in mentem errorem imposuit, ut hec perficias magni Dei ore reliquo?*

*Quae in Quaternione D.*

*καὶ πεφαλὰς κρονίδης, καὶ τοῖς πάρι πέμπετε φῶτα.  
Et capita Saturno, & patri mittite lumina, seu hominem.  
Ἑξηγήσεως πνευματικῆς. Expositionis Pindarica.*

*Quae in Quaternione F.  
Διάβολον. Diabolum.*

*Quae in Quaternione G.  
σικὸν ἔσ' αὐτρωπος εἰ μὴ λόγον ὄρθιὸν ἔχουσα.  
Γίραgo est homo mea rationem rectam habens.  
ὅς μόνος Θεὸς καὶ θεῖος ἀκράτητος ἡσάρχων.  
ἀντὸς δὲ εἰς πίεσε τύπων μορφῆς, μερόπωντος.  
αὐτὸς ἔμιξε φύσιν πάντων γένεσις θεοτοιο.  
Qui solus est Deus creator inuitus existens, Ipse autem firmauit figuram formae, hominumq[ue]. Ipse miscuit natu-  
ram omnium generationis vita.*

*Quae in Quaternione H.  
οἱ δὲ θεῶν τιμῶντες ἀληθινὸν, ἀέναον  
ζωὴν κληρονομεῖσι τὸν αἰώνα Θεοῦ χρόνον αὐτοῖς  
οἰκοῦντες παράδεισον ὅμοιος ἐσιθηλέα κῆπον.  
Qui autem Deum honorant verum, sempiternam utique  
vitam hereditario iure possident, per seculi cūp[er] ipsi habitantes paradisum aequē per amēnum hortum.*

*ἄνθρωπον πεπλάσμα θεῶν παλάμαις ἐνὶ αὐτᾶς,  
ὄντε πλάνησεν ὅφις μολίς δῆτα μοίραν ἀνελθειν  
τὸ δυνάτε, γκῶσιν τε λαβεῖν ἀγαθόν τε κεκλεῖτε.  
Hominem formatum esse Dei manibus, quem etiam se-  
duxii serpens dolose, ut ad satum accederet mortis, notio-  
nemq[ue] acciperet boni, & mali.  
τοὶ μὲν δαιμones εἰσὶ δίοις μεγάλου διὰ βελᾶς  
ἔθλοι ἐπιχθόνιοι φύλακες δυντῶν ἀνθρώπων.*

*Li qui-*

*Bi quidem demones sunt iouis magni propter voluntatem  
boni terrestres custodes mortalium hominum.*

*μία, inquit, φυλακὴ, εὐσέβεια, εὐσέβειας γράνθερωπον ἔτε  
δαιμῶν κακὸς, οὐτε εἰμαρμένη χρεῖται. Θεὸς γράνθερος Γένος  
εἰσεῖται παντὸς κακοῦ. τοῦ γράνθερος, καὶ μάρον εὐανθρώποις  
εἰσὶ ἀγαθὸν εὐσέβεια.*

*Vna, inquit, custodia, pietas: pius enim hominem nec da-  
mon malus, nec fatum tenet. nam Deus liberat pius ab  
omni malo. quod enim unum, & solum in hominibus bo-  
num, est pietas.*

*ἡ γράνθεια γράνθος εἴσι τὸ θεῖον.*

*Pietas enim notitia est Dei.*

*ἀρρέπεις τοντηρίς. Angelos malignos.*

*— εἰσὶ πλένον τούτα τάξις εἰσὶν,*

*ἀπεράφρονες αὐτρες ἐργανῶσι κατ' οὔπαρο.*

*Quia error hæc omnia sunt, que stulti homines scrutan-  
tur quotidie.*

*Quae in Quaternione N.*

*ὁ κύριος, καὶ τοῦ πάντων ποιητής, διὸ θεῶν καλεῖν νερούμικα-  
μεν, ἐπεὶ τὸν δεύτερον ἐποίησε θεὸν ὄρατὸν, καὶ αἰδηπτὸν.  
αἰδηπτὸν δέ φημι & διὰ τὸ αἰδηπόν ἀντὸν (οὗτοὶ γράνθεια οὐκ  
εἰσι πότερον ἀντὸς αἰδηποῦ) ἀλλ' ὅπερες αἰδηπον τελετέμετροι  
γένεται. εἰσὶν τοῖς εἰδοῖς πρῶτον, καὶ μάρον καὶ ἔνα,  
καὶ δέ ἀντῷ ἐφάνη καὶ πληρέσατος τούτων τῷ ἀγαθῷ,  
ηγείσεται τὸν πάντα εφίλοτεν αἵσιδον τόκον.*

*Dominus, atque omnium creator, quem Deum vocare  
censemus, quia secundum Deum fecit visibilem, & sensi-  
bilem. Sensibilem autem affero non ideo, quia ipse sentit  
(hoc enim non est, virum ipse sentiat) sed quia ipse in sen-  
sum mirat, et mentem. Quoniam ergo hunc fecit primum  
& solum & unum, pulcher autem ei visus est, & plenissi-  
mus omnium bonorum, sanctificansq[ue], & amavit valde,  
quasi proprium filium.*

*n 4*

πάντας ἐφον κτίσιν δι τις γλυκὺν τανεῦ μαῶπαι  
κατέθετο χρύπηρά θεῶν ταῖς ταῖς ταῖς ταῖς.

Omnium nutritorem, creatoremque, qui dulcem spiritum  
omnibus apposuit, ac principem omnium deorum fecit.  
ἄντεν ἐδωκε θεὸς ταῖσις αὐτράσι γεράπειν.

Eum dedit Deus fidelibus viris honorare.  
ἀντὸν σὸν γίγνοντες θεὸν θεὸν εἶντα.

Ipsius tuum cognoscere Deum, qui Dei filius est.  
Δημιουργὸν τοῦ θεοῦ. Opificem Dei.

σύμβουλον. Consiliarium.

αἵτια δὴ τούτου τὰ αἵτια ή τὸ θεὸν ἀγαθὸν βούλοντος ή θεὸν  
εργάζεσθε, οὐ τὸ θεόντα οὐ δύνεται ἀνθρώπῳ σώματι  
λαμβάνειν.

Causa autem huius causa est diuini boni voluntas, qua  
Deum protulit, cuius nomen non potest humano ore dici.  
Est δὲ τις ὡτένον απόρρητος λόγος σφίσις θεοῖς  
τοῦ μόνου νυξίου, ὃν εἰπεῖν οὐτέρες αὐθεωπόν εἶται.

Est enim filii secretus quidam sermo sapientie sanctus de  
solo domino, quem dicere supra hominem est.  
εὐποὺς δὲ δυμαὶ λεσσαὶ ή χρισταὶ ἐλαῖφι.

Eos autem famula lauerunt, & unixerunt oleo.  
Ἄπο τὸ ἀλειφέδος. Ab ungendo.  
εὐτοτάτος, ή αὐτομήτος.

Ipsius sui patrem, & ipsum matrem sui.

Quia in Quaternione O.

Ὥρητὸς ἐν καταστάσι σφόδρα τερετάθειν ἔργον,  
εἰλέγοντο χαλδαῖον κριτῶν ὅπλοις συναλεωθεῖς,  
γόμφοι ή σκολόπεστι πικρὸν αἴτελπο τελευτήν.

Mortalis erat secundum carnem sapiens portentificis  
operibus, sed sub iudicibus Chaldaicis armis comprehensus,  
clavis, & cruce amarum toleravit finem.

ἄνθροι δὲ ἄνδος καθαρὸν. - Florescat autem flos purus.  
πάντα λόγοι φρεστὸν πᾶσάν τε νόσον δέρατεν τον.

Omnia

omnia verbo agens, omnem infirmitatem curans.

Τηρεσθεντὸν δὲ ἀνάστασις ἔσται

χαλῶν δρόμῳ ἐπαρκὺς καὶ καφός ἀκέστει.  
η πυλοὶ βλέψουσι, λαλίσσοστος Ἀλεύοντες.

Mortuorum autem surrectio erit, & claudorum cursus erit  
velox, & surdus audiet, caci videbit, & mortui loqueretur.

εἰς ἄρτοις ἀκατέστητα, καὶ ἐχθρεστοῖς δοιοῖσιν  
εἰδῶν χιλιάδες ηρίμωφ πάντες κορέσει,

η τὰ φειοτεύοντα λαβάνη μετὰ πλάσματα πάντα  
δέσμη πληρώσει κοφίνους τοῖς ἐλαῖσι πολλῶν.

In panibus simul quing, & pisibus duobus hominū mil-  
lia in deserto quing, satiabit, & reliquias tollēs post frag-  
menta omnia duodecim cophinos implebit in ſpē multiorū.  
τοὺς ἀνέρες πάντας τε λόγῳ, σερώπει δὲ θάλασσαν  
μανοκέντρου ποσὶν εἰρίνης πίστην τε πατίσας.

Ventos compescet, sternet autem in ſanum mare pedibus  
pacis, fidei calcatum.

κύματα πεζεύσει, νόσον ἀνθεώπων ἀπολύσει,  
ζέστη τεθνῆταις, ἀπάστολος ἀλγεα πολλοῖς,  
εἰ δὲ μᾶς πηγῆς ἀρτες πόρῳ ἔσεται αἱρετῶν.

Fluctus perambulabit, morbos hominum ſoluet, viuifi-  
cabit mortuos, arcebit dolores multos; ex viuo autem fon-  
te panis, ſatietas erit viris.

— φίσουσι σιεύλλου

μανοκέντρου θεύεται επάντιον ή γένιπται αἴπαντο,  
πηγὰ μου μηνίου ποιούστε, καὶ εἰκόπετο εἰδεῖς  
μανοκέντρου φίσει με θεῖς μεγάλοιο φροφίτην.

Dicente in ſanam vatem, & mendacem. Cum autem facta  
ſuerint vniuersa, τοῦ mei memineritis, neq; me iam quis-  
quam mendacem dicet Dei magni prophetam.

Quia in Quaternione P.

οἰκησός, ἀπομόνως, ἀπορῷος ἐλπίδα δόσει.  
Miserabilis, ignominiosus, informis, ut miserabilibus ſpē  
prebeat.

n 5

αἱ

ἀλλ' ὅτε ταῦτ' ἀπέντα τελειωθῇ, ἀπέρ εἶπον,  
εἰς αὐτὸν πᾶς λύσει νόμον. —

Sed quando hac omnia perfecta erunt, qua dixi, in ipsum  
omnīs lex solueretur.

εἰς ἀνόμων χειρές καὶ ἀπίστων ὑπερον οἵξει,  
δώσουσιν δὲ φράστηματα χεροὶν ἀνάγνοις,  
καὶ σόμασιν μαροῖσι τὰ πλύσματα φαρμακευτα,  
δῶσει δὲ εἰς μάστιγας ἀπλῶς ἀγνὸν τότε γάτον.

In manus iniquorum, ἐν infidelium postea veniet. dabunt  
ei alapas manibus incestis, ἐν faucibus immundis expuent  
salivas virulentas. dabit autem in verbena simpliciter in-  
nocens tunc dorsum.

καὶ κολαφίζομεν Θεοὺς στριψότες, μή πις ἐπιγνῶ  
της λόγους, οὐτόθεν δὲ λαθεν ἵνα φθιμένοισι λαλήσῃ,  
καὶ σέφαρον φορέσῃ τὸν ἀκάνθινον.

Et colaphos accipiens tacēbit, ne quis agnoscat quod ver-  
bum, ἐνδε venit, ut mortuis loquatur. ἐν coronam  
portabit spineam.

εἰς δὲ τὸ βεβῶμα χολὴν, καὶ εἰς διήθαν δῆξε Θεός οὐδακαν,  
της ἀφιοξενίν ταύτην διέξουσι τράπεζαν.

In cibam autem fel, in sūmū acetum dabunt, in hospitali-  
tatis hanc monstrabunt mensam.

ἀποτὸν δὲ σὺν ἀφρῷ τὸν σὸν δεὸν δὲν ἔνόντας,  
παιζοντες δὲν θυντοῖσιν νοίμασιν, ἀλλὰ καὶ ἀκάνθινοις,  
ἴσεταις σφάγους, φοβερίντες χολὴν ἐκέρδουσι.

Ipsa enim stulta Deum tuum non cognovisti, ludentem  
inter mortales cogitationes: Sed ἐν spinis coronasti coro-  
na, horridumq; fel miscisti.

ναὶ δὲ χριστοῖς Θεοῖς πάτερα, καὶ ἡμαπ μέσος  
νῦξ εσαι σκοτίωντα πλάνει Θεὸν τρέπεις.

Templi vero simdetur velum, ἐν medio die  
Nox erit tenebrosa ingens tribus horis.  
καὶ θαύματα μοῖχαν τελέσει τείτον ἥμας ζενῶντας,

ἡ τότε ἀπὸ φθιμένων ἀναδείξεις εἰς φάσιν οἵξεις  
φρόντος αὐτούσιων κλυτοῖς αρχὴν οὐσοδείξεις.

Mortis fatum finiet triduum sopitus; ἐν tunc à mortuis  
egressus in lucem veniet,

Primus resurrectionis vocatus initium ostendens.

ιδαῖον μακάριον δεῖον γένεται ζεγνύσων.

Indeorum beatorum diuinum genus caelestium.

### Quæ in Quaternione C.

ἡτὸν αὐτὸν δὲ ἐξ ἀμφοτέρων φύσεων της τελείωνάτε τοῦ  
της θυντῆς μίαν ἐποιές φύσιν ἀνθερότας, τὸν ἀυτὸν τοῦ μητρὸ<sup>ν</sup>  
θάνατον, την δὲ θυντὴν ποιήσας, καὶ πῦτον φέρων ἐν μέ-  
σῳ θεάς καὶ ἀδανάτου φύσεως, καὶ της θυντῆς, καὶ μεταβελ-  
τον ιρατείσατο, ἵνα ὄρῶν ἀπαντα, ἀπαντα καὶ θαυμάσῃ.  
Et idē ex utraque natura immortali, atq; mortali vnam  
faciebat naturam hominis, eundem parum immortalem,  
parum mortalem faciens, ἐν hunc ferens in medio diu-  
nī, ἐν immortali naturā, ἐν mortali, mutabilisq; colle-  
tauit, ut omnia videns, omnia miraretur.

Φυχὴ μὲν μέχει δὲ στριωτοῖς φρόντος σῶμα κρατεῖ  
φρεστὰ νοέσαι ταῦτη, θυνταῖς ἀλγυδόσιν εἴησ.  
μήδη δὲ ἀνάλυσιν βροτέλιν μετὰ σῶμα μαραθὼν  
ώκιστα εὑρεται, ἐς αἰδεῖσαν πάσαι φορεῖται,  
αἱὲν ἀγήραθος μένδε δὲ εἰς ταύπταν ἀτφίνι.  
φρωτόσην Θεόν τετο θεοῦ διέταξε φρόνοια.

Anima quidem quoad vinculis corporeis tenetur, corrup-  
tibile passiones sentiēs, mortalibus cedit doloribus. Cū  
verò humanus solutionem velocissimam post corruptum  
corpus inuenerit, omnis in ethera ficer, nunquam sene-  
scens, ἐν manet in totum indomita: Prīmogenita enīne  
hoc diuinā disfusit prouidentia.

Quæ

Quæ in Quaternione D.

σάλπιγξ ἐρενόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφίσῃ.  
Tuba de celo vocem luciferam emisit.

ἔσαι κόσμος ἄκοσμος ἀπολυμένων ἀνθρώπων.  
Erit mundus immundus pereuntibus hominibus.

ἔτος ἀν δὴ ταῦτα ὁδὸν γένηται ὃ ἀσκητὶς τότε ὁ κύει. Καὶ πατήσῃ τὸ θεός καὶ τὸ φῶτον καὶ ἐνὸς θεοῦ μημερύζος ἐπιβλέψας τοῖς γενομένοις καὶ τῷ ἑαυτῷ βουλήσει τοῖς πιέστοις, τὸ ἀγαθὸν αὐτερείσας τῇ ἀπεξίᾳ, καὶ ἀνακλεσάμενος Θεὸν τὸν πλάνων καὶ τῶν κακῶν ἐκκαθίσας, τὴν μὲν ὕδην πολλῷ πεπαλύσας, πῆδε πυρὶ ὀξυτάτῳ διακύνουσα. ἔνιοτε δὲ πλέοντος, καὶ λοιποῖς ἐπιπέδοις ἥχαγε ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀπεκτίνοις τὸν ἑαυτὸν κόσμον.

Cum hac ita facta fuerint ὁ Asclepi, tunc dominus, & pater, & Deus, & primi, & unius dei creator, respiciens quæ facta sunt, & sua voluntate cum bonum obiecisset remeritati, & errore reuocato, malitiaq; purgata: partim aqua nimia diluens, partim igne rapido cremans, interdum bellis, & pestilentiis extergens ad statuū pristinum perduxit, & restituuit sūnum mundum.

ἵξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξακταῖς  
καὶ κέντης θεότεν βασιλεὺς πειθόεις ἔτος ἰδίων  
πάντας δὲν βασιλεὺς μεγάλους καὶ φῶτας αρίστους.  
ἔτος δὲ των κρίνεται τοῦ ἀριθμοῦ ἀνθρώπων.

Veniet & beatorum volens urbem expugnare: & quidā à Deo missus rex ad suos, omnes perdet reges magnos et viros optimos: & sic iudicabit ab immortali hominibus.

καὶ τότε ἀπ' ἡλίου πέμψεις θεός βασιλεὺς  
ος πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμου κακοῦ.

Tunc ex sole Deus mittet regem

Qui omnem terram placabit à bello malo.

-μετέρεγς δουλείας

Συγδύει συστάσας τὸν ἀνθρώπινον κέμενον ἀρχαῖον

καὶ θεοὺς ἀπέστρεψε λύστει δεσμούς τε βιαιούς.

Nostra seruitutis iugum intolerabile in collo possum tolerari, & leges impias soluet vniculag; violenta.

— ὁτατὸν ἀν ἔλεη,

αὐτὸς οὐκέτι θέτι μέσην νυκτὶ μελαίνη.

Cum veniet ignis erit, tenebraq; in media nocte obscura. τριφονοὶ δὲ εἴδωλα βασιλοὶ καὶ πλευτοὶ ἀπαντα.

Conferent autem simulachra homines, & diuinias omnes.

Ὕρα δὲ χειροποίητα θεῶν σωματάσιαν. Ὅ.

Opera autem Deorū humanis manibus facta exurentur. ισπότε καὶ τὸ λαβύρινθον τέλος αἰσμονὶδες βασιλοῖς,

καὶ διὰ φίλην Ἑρίκον καὶ Διονύσιον θεοῖς,

ἥτιν ἐτονθετος μεγάλου κρίσιος οὐδὲ καὶ ἀρχῆς.

Cum autem dies iste finem fatalem acceperit & ad mortales indicium immortalis Dei venerit, veniet super homines magnum iudicium, & initium.

προφέται δὲ καὶ τότε δείξει γαῖα χαρεῖσσα,

ἥτιν δὲ τὸ βῆμα θεοῦ βασιλῆς ἀπαντάς.

Tartareum autem chaos ostendet terra debiscens.

Venient autem ad tribunal Dei reges omnes.

Ιεροὶ γείτων γαῖας πενθυμῶντες αἰσθάνονται,

καὶ τότε ἀναστῶν νεκροὶ μοιχαντες ἀναλύσας,

καὶ διονύσιον κέντρον καὶ ὑσερον εἰς κρίσιν αἴξονται

κρίσιον εὐστέβων καὶ δυστέβων βίον ἀνδρῶν.

Celū volvēs terra latebras aperiā, & tunc exuscitabo mortuos fatum fulvēns, & stimulū mortis, posteaq; in iudiciū ducam iudicans piorum, atq; impiorum vitam virorum.

τούτου δὲ ὑπό των ἔχοντος, δύλων οὐδὲν αἰδίνετον, καὶ ἡμεῖς μετὰ τὸ τελευτῆσαι, πάλιν πειδόντων πνῶν εἰληπτιμένων

χρόνον εἰς ὃν νῦν ἐσμὲν κατασύστασης γένεται.

Quod cum ita sit, apparet non esse impossibile & nos cum vitam finierimus rursus vertiginibus certū temporis reuelūs, in hunc statum, in quo nunc sumus, restitutum iri.

Quæ

### Quæ in Quaternione E.

Διάσπορον γδ ἀσταν μερόπων γένθ.<sup>Θ.</sup>. ἀλλ' ὅταν ἡδη  
κόσμος καὶ θυτῶν ἔλθῃ κρίσις, πᾶν θεός αὐτὸς  
ποιότει, κρίνων ἀστεῖες δ' ἄμα εὐσεβεῖστε,  
καὶ τότε μναστεῖες μὲν ἐπὶ ζόφον ἐν πυρὶ πέμψετε:  
ὅσοι δὲ εὐσεβεῖστε, πάλιν ζόσιος ἐπὶ γαῖας,  
πνεῦμα θεῖον δέοντος, πικρὸν ἄμα καὶ βίον αὐτοῖς.

Etenim durum ad credendum omne hominum genus: sed  
cūm iam mundi, & mortalium venerit iudicium, quod  
Deus ipse faciet iudicans impios simul & pios, tunc de-  
mum impios quidem in tenebris in igne mittet: qui autem  
pietatem colunt, iterum viuent in terra, spiritum Deo dan-  
te honorem simul, & vitam ipsis.

πάσους γδ γαῖας τότε θυτῶν σύγχυσις ἐσαι,  
αὐτὸς δὲ παντοκράτερος ὅτε ἀν ἔλθῃ βίηματι κρίνεται  
ζόντων καὶ νεκρῶν θυγέτες, καὶ κορόνοις ἀπαντα.

Totius enim terra mortalium confusio tunc erit, & ipse  
omnipotēs cūm venerit tribunali iudicare viuorum, mor-  
tuorumque animas, & mundum viuierū.

καλύτε δέ με μέρεστος βασιλεὺς αἰώνιος Ἀρχης.

Audite me homines: rex sempiternus dominatur.  
καὶ τόλμη, πᾶν ἐποίησε θεός, ἀντὶν ἐποίησε  
λαμπροτέραν ἀρχαν, καὶ πόλεις, πᾶδε σελήνης.

Vrbem, quam fecit Deus, eam fecit

Clariorēm astris, atque sole, lunaq;  
οἱ δὲ λύκοι σὺν ἀρνεστὶ ἐν κρησταν ἀκαλλανθ.:  
χόρτων γδ λίθες τῷ ἐστροφον ἄμα βέσονθ:

ἀρκτοῖς σὺν μέδονισιν ὄμοι καὶ πᾶσι βροτοῖσι:  
σφραγέσθρ. τε λέων φάγετ ἀχυρον τῆς φέτναις.

σὺν βρέφεσιν τε δράκοντες ἀμαλροσι τομοῖσιν,

Et tunc lupicū agnis in montibū versabuntur;

Herbamq; linceis pariter cum boevis pascentur;

Vrsi cum ritulis simul omnibusq; pecoribus:

Carnivorans leo comedet paleas ad præcepta:

### Quæ in Quaternione H.

Ἐγένετο δὴ καὶ χαρὰν μεγάλων θεῶν αὐτούρων δάσοις,  
καὶ γῆ, καὶ θεόραι, καὶ ἀστεῖα θρέψυματα γαῖας  
δάσουσιν κερπὸν τὸν ἀληθινὸν ἀνθραποῖσι  
τὸν γένετον Θεού γλυκέως, λευκᾶς τε γάλακτος  
γάστρι, ὅπερ ἐστὶ βροτοῖς καλλισον ἀπαντῶν.

Tunc gaudium magnū Deus dabit hominibus: νᾶς & ter-  
ras, & arbores, & innumerabilia terrae pecora dabunt fru-  
tūν verū hominibus, vini, & mellis dulcisimi, & cadi-  
latis, atq; tritici: quod est hominibus optimum omnium.  
Ἄστεον δὲ μόνων ἀγρία χθὼν πάντα ταῦτα οἴσει,  
τάκη μέλιτος ἄπο τέρτιος, ποδὸς πηγῆς,  
καὶ γάλατ' ἀμβροσίας ρεύσις πάντεος διηγεῖσι.

Piorum autem solum sancta terra omnia hac feret,

Fluentum mellis de petra, atque de fonte,

Et lac immortalitatē manabit omnibus iustis.

### Quæ in Quaternione H.

ἄφερτον κτίσις εἰώνιος αἰδερέα νείαν,  
τοῖς τῷ ἀλεκτοῖς ἀκανθοῖς προφέρεντος πολὺ μείζονα μαδόν.  
τοῖς δὲ κακοῖς ἀδικοῖς τῇ χόλον καὶ θυμὸν ἐγένετον.

Incorruperibilis, & conditor eternus in aethere habitans,  
bonis bonum preferens multo maiorem mercedem: malis  
autem, & iniustis iram, & furore colligens.

φυγεῖ δὲ λατρεῖας ἀνόμους, θεῶν ζῶντι λάτρεια,  
μοιχείας τῇ φύλασσε, καὶ ἀρσενοῖς ἀκριτον εὐνήν  
ιδίαν γενεὰν παιδῶν τρέσε, μηδὲ φύρε.

καὶ δὲ ἀθάνατος κεχολώθει δόκει ἀμέρτη.

Fuge sceleratas religiones, & viuo Deo famulare: adulteria  
caue, & masculi insanum cubile: propriam generatio-  
nem filiorum nutritias, & ne occidas.

Etenim ei immortalis succensabit, qui peccari.

ἔχομέννες δρῦν μεγάλην ἐπὶ κόσμου αἰπεῖν

έχετον εἰς εἰδῶν θεῖον μηνύματα φεύγω,

ἀνταῖς πολέασι καὶ ἀνταρτοῖσιν ἀπεισιν,

γῆν εἰκάλυπτε θάλασσα κατακλυσμοῖο ῥαγέντος.

Veniente ira magna ad mundum perimacem postremum ad seculum Dei edicta pando ipsis vrbibus, & hominibus cunctis terram cooperust mare diluuiu rupto.

καὶ ὅτε τὸν ὄφγὸν θεὸν καὶ ἔτι φρεύνοντα,  
ἄλλον ἐξειβρίσθωτα, λὺξολύνοντά τε γένναν  
ἀνθρώπων, ἀπεσαν τοῦ ἐμπροσμὲν πένθουτα.

Et tunc Deum iram non amplius placantem, sed aggrauantem, & perdentem genus hominum, ac torum id incendio depopulantem.

ἄλλον ἐλέαι μετέθεδε βροτὸν νῦν, μὴ δὲ τῷ ὄφγῳ  
ταντολλα ἀγάγητε θεὸν μέσαν. —

Sed misericordia conuertimini homines nunc, neque ad iram variam ducite Deum magnum.

ἐκ δὲ τοῦτος ταῦτα χόλον εὗτ' αἱ ἄποτες  
εὐτέλειν φέρει θυμῷ ἐπὶ φρεσὶν ἀσκήσοτε.

Negat perdet, sedabit autem iterum iram, cum omnes pietatem ex animo in præcordiis exerceritis.

μάντοτε Σωμαθεῖς θεὸς ἀφθιτοῦ ἐξαπόλεσμα  
τῶν γένεων ἀνθράκων βιοτον λύφιον αἴναδες,  
δεῖ σέργειν γενετῆρα θεὸν σφόδραν εἴντα.

Ne forte iratus incorruptibilis Deus omne genus hominum perdat vitam & gentem improbam; oportet genitorem Deum amare, qui sapiens semper est.

ἴδε θεὸν Καστηναὶ γεννητῆραν τῷ πάντων  
οὐ τρέμετε καὶ γαῖα, καὶ ἐργάσησθε,  
ταπτάρεοτε μυχοῖς, καὶ θάλασσας ἐπεριπλεύσω.

Et regem autem & genitorem omnium, quem terra contremiscit calumq., & mare, & latebra tartarea, & dannones abhorrescant.

## MICHAELIS THOMASII

### AD LIBROS L. COELII FIRMIANI LACTANTII NOTÆ.

#### AD PRIMUM LIBRUM NOTÆ.

Quod opus nunc nominis tui &c.] In quinq. codicibus Vaticani, & in duobus illis Bononiensis deest tota hæc oratio, que ad Constantiū Imperatorē refertur. idem quoque est in omnibus aliis libris, vt nulla mentio Constantini reperiatur. quod mihi quidem probatur, cum propter auctoritatē tot antiquissimorum, atque optimorum codicum, tum quia eo tempore, quo Lactantius hosce libros scribēbat, durabat sc̄uītia ac crudelitas tyrannorum contra Christianos, quod ipse grauitate de eo coniuerens lib. v. cap. xij. & xiiij. demonstrat, de quo etiam lib. v. cap. xvij. ait: Spectata sunt enim spectanturq; adhuc per orbem terrarum poenæ cultorum Dei, in quibus excruciantis noua & inusitata tormenta excogitata sunt. hanc tamen toram orationem retinendam iudicauit, & quia elegans est, ac digna Lactantio; & quia cogitauit, fieri potuisse, vt Lactantius ante tempora Constantini libros hosce scriperit, sed eos tempore Constantini ediderit.

Mens humana] est in libris impressis, omnes tamen boni codices manuscripti habent, mens una] quod mihi valde probatur, quia cum antecedentia oratione valde conuenit. Nam, vt doceat ab uno Deo omnia, quæ fiunt in mundo gubernari, inter alias similitudines illam, quæ quidem aptissima est, adducit, quod ab una mente omnes corporis actiones regantur.

Et Saitē seūt & colunt eum] erat in libris impressis, & female colunt eum religiose] haber alter ex codicibus sancti Salvatoris: ex illo autem female feci Pheneatæ. hunc vero locū ex Cicerone lib. iii. de natura Deorum sumpsi. Lactantium clare appetret. de Mercurio enim loquens Cicero sic ait: Quintus, quem colunt Pheneatæ, qui & Argum dicitur interemisse, ob eamq; causam Aegypto præfuisse, atque Aegyptiis leges, & literas tradidisse. hunc Aegyptijs Thoyt appellant, eodemq; nomine anni primus mensis apud eos vocatur, portio Pheneatæ populi sunt Arcadia; ut tradit Pausanias lib. viij. Saitē vero populi sunt Aegypti. ex quo etiam appetat, legendum esse Pheneatæ, quia supra dixerat de Aegyptiis, à quibus transit ad alios, nempe Pheneatas Arcadicos.

Quo Delphis, credo emigraverat Asia ductus amanitatem] antiquis, atque alij optimi codices sic habent, & mihi valde placet.

○ Nam,

M I C H A E L I S T H O M A S I

Nam quod, ut est in libtis impressis, nullo modo legi potest.  
& illud, credo, efficit ironiam quandam elegantem, quasi illi  
dij huiusmodi essent, qui locorum amcenitates sectarentur.

5.n. *Cuius nomen explodunt.* ] habent aliquor antiqui codicis, non  
exponunt ] & sancē reēlē dicitur Dei nomen explodere & ciū-  
cere, qui illud pluribus tribuit.

6.n. *Dīs ego si sunt immortales & eterni quid opus est altero sexu cum  
successione non egeant.* ] antiquus codex sic habet & defunct illa  
nimur ut generent, ipsa progenie quid opus est ] quæ sanè lectio mihi  
placet; quia sententia est optima, & oratio est efficacior, bre-  
ui quodam enthymemate conclusa. vt dicat: vtrq. sexu non  
est opus dīs, quia successione non egeant, qui futuri sunt sem-  
per. in quo enthymemate aliquis in margine voluit illa adiun-  
gere nimur ut generent &c.

7.n. *Cum Deus qui est omnipotens, ut vocatur, sine vsu] habent impres-  
si libri & aliquor manuscripti. cum Deus qui est omnipotens sine vsu]*  
habet antiquus codex, & vacant illa, ut vocatur, quæ iudico  
omnino esse inducenda quia ante dixit eum esse omnipoten-  
tem, vnde haec adiectio, ut vocatur, inepta est & nullo pa-  
cto stare potest.

8.n. *Qui leonem, quam qui violentiam & in seipso &c. Jerat in libris  
impressis. qui leonem, quam qui violentiam in seipso inclusam feram  
superat iracundiam.] habet antiquus codex, quod mihi valde pro-  
batur, nam oratio ipsa eleganter est, ac grauor. quod si le-  
gamus violentiam, non video, quæ ratio reddi possit, cur ira-  
cundiani appellauerit sciam in seipso inclusam, cum violentia  
sit acerbior quedam iracundia. ita, cum vnum vni velit tan-  
tum comparare, & leonem assumat, illū sine dubio cum vio-  
lentia illa fera iracundia comparat.*

9.n. *Imperator indicus maximus ob amorem ac libidinem] legitur in co-  
dicibus impressis. ab amore & libidine] legendum est, in quo  
omnes boni codices cum antiquo concordant. Nam si dice-  
remus, liberum ob amorem fuisse viēlum, videremur indi-  
care, amorem & libidinem ei fuisse causam, quare ab aliquo  
victus fuerit, cum tamen nesciamus ab aliquo duce libe-  
rum in illa indicis expeditione viēlum fuisse. à libidine ta-  
men, quia in Ariadnē exarxit, viēlus fuit.*

10.n. *Quale M. Antonij] habet libri impressi quale Pompeij] habet an-  
tiquus codex, cum quo aliquor manuscripti concordant,  
quod mihi probatur. Nam lege Gabinia ad liberandum à  
prætoribus mare data est Pompeo classis præfectura, & vt  
in oīni ora maritima prouinciarum pop. Rom. maius  
esset imperium ipsius, quam illorum, qui prouincias obtine-  
bant, ad quod respiciens Lactantius reēlē illud appellauit im-  
perium iūsuitum, quod post ipsum nulli alii legimus fuisse  
decreatum.*

A D L I B. I. N O T A F.

decretum. Vide de hac lege Gabinia, & industria Pompeij in  
eo bello confiendio M. Tullium in orationibus pro lege  
Manilia, & pro lege Agraria contra Rullum, qui ob felicem  
eius successum ab adulatoribus fuit Neptunus appellatus.  
quinetiam multa antiquæ imagines Pompeij reperiuntur,  
in quibus ei Neptuni insignia attribuuntur.

Ibi Iuppiter Neptuno imperiu dat matis, vt in insulis omnibus & qua-  
sum secundum mare loca reguntur ] sic habent fere omnes codices  
manuscripti, haec enim omnia non sunt sumpta ex carmini-  
bus Ennij, sed ex sacra historia, quam ille soluta oratione  
scripsit, quod aliqui non animaduertentes, ei putarent Ennium  
tantum carmina scripsisse, aliqua in ea oratione mutauerunt,  
vt versus quodammodo fierent.

In calum quod nominatur ] sic legitur in codice antiquo, alter  
codex sancti Salvatoris habet in calum, quod nunc nos vocamus ]  
vtraq. lectio bona est, & eundē haber sensum. & excludunt  
illam vocem Græcam γένετα, quæ sane addita est inepte, nam  
aut partem illam mundi, quam nuc calum nominamus, cum  
primum Louem eo nomine appellauisse.

Nec sanum se voluit, nec senē scriū] habet codex antiquus. quod C. xviii. 13. n.  
mihi probatur, quia illa similitudo dictiōnum, sanum, & se-  
nem efficit quandam orationis venustatem. alter codex san-  
cti Salvatoris habet, nec sanari se veluit, ne senex aut deformior vi-  
deretur ] quæ etiam oratio non est inepta, neque inconcinnia,  
sed quia lectio vulgata est optimus sensus, eā retinuimus.

Quin ipsius sint omnia, qui & sapientiam traxit homini, ut inueni-  
re, & ipsa illa, que possent inueniri primus inuenit ] habent impressi  
libri. & ipsa illa que possent inueniri, aries quoque, &c ] habet codex  
antiquus, ita, vt expungantur verba illia (primus inuenit) quæ  
sanè expungenda sunt: nam de Deo ante, & hic loquitur, de-  
clarans homines, quanvis aliquem vsum humano generi  
vitilem multarum rerum invenierint, tamen omnia in Deum  
esse referenda, qui & prudentia hominibus ad inueniendum  
ea tribuerit, & res ipsas efficerit, in quibus prudentia hæc  
posset apparere.

Presentes habent] Jerat in libris impressis. Secum habent] lego ex  
antiquo codice: nam illud (presentes) intelligeretur, id est,  
fautores, cum tamen pavor, & pallor fauere non possint, sed  
nocere.

Sensibus intimis colere] Jerat in libris impressis. sensibus intimis hor-  
me] habent aliquor codices manuscripti, cui directo repu-  
gnat, si legamus, colere. horre autem, propterea mihi pro-  
batur, quia hic redit ad reprehendendos illos, qui vitia imi-  
tatione Græcorum colebant, quæ quidem non colere, sed  
horre (vi ipse ait) debuerant.

AD LIB. I. NOTAE.

- 23.n. *Sic iuuenes ab iisdem ante admisi, &c.]* erat in libris impressis.  
 aliquot vero manucripti habent sic iuuenes ab iisdem ante missi  
 cum virginibus, ex quibus sunt parthenii nati.] Nam hie locus me valde torlit, quia in codicibus manucriptis varie legebatur, &  
 vix ex vila lectione poterat sensum elicere. re tamen diligenter considerata, cognoui hanc esse veram lectionem, in qua  
 tres codices Vaticanis, & duo mei boni concordant. Verum, vt sensus eliciatur ponendum est, spartanas mulieres, quando egressa sunt ad pugnam contra Messenios, domi virgines reliquise, cum ob pudorem virginalem, tum ne vrben plaine nudam relinquerent. Lacedamones quoque audita irruptione Messeniorum, miserant ante ad vrbum iuuenes expeditos, post quos ipsi cum toto exercitu ea via, qua putabat hostes iter esse facturos sequebantur, quibus cum vxores occurrerent, inter viros & mulieres accidit, quod supra narravit Lactatius: idem quoque in vrbe accidit virginibus, vt ad eas iuuenes promi: cue accesserint: ex quo congressu natos, vt honesto aliquo nomine appellarentur, cum re vera spurii essent, quasi ex virginibus ortos, parthenios vocauerit. ita legem dñi ante misi] quod si legas ante abmisisti] nullū sensum elicies.
- 24.n. *Vtrum ioui cedere vellet]* habent libri impressi. *Vtrum ioui cederet]* legendū est ex antiquo, atq; al:is codicib⁹ manucriptis. nam, cum de diis illis loquarur, qui nihil velle poterāt, nēpe qui essent inaniates, nō rectè dixisset, vellēt. Ideo Lucanus:
- Nunquamque sati quisquis osiris.
- 25.n. Cum hunc cl. cum prætermissione, vir juris vtriusq; consuli-  
 tissimus atque aliis omnibus bonis artibus instruētissimus  
 Didacus Couatiquias Episcopus Segobiensis, quo, cum Tri-  
 denti essent, familiari ter vīs sum, admonuit me, hic me-  
 moria lapsum Lactantium, Lucanum pro Ouidio citauisse,  
 quod ita esse inueni, cum hic versus in 1 x. libro Metamor-  
 phoeos reperiatur.
- 26.n. *De obſceni magnitudine]* legendum ex antiquo, & tribus Vaticanis codicibus, & inducitur illa vox membi] quod mihi probatur, quia vtecundius: presertim, cum infra dicat Lactantius: non extiit, non denudo Priapum.
- 27.n. *In lusu nimis lascivius* Jerat in libris impressis. *in lusu minus sanus]* lego ex antiquo codice, quia si legamus lascivius] nō congruit cum his, quae paulo ante dixit, vbi non de lascivia, sed de infavia Furi loquutus est: hoc etenim vnius tantum virij proprium est, nempe libidinis; cum illud minus sanus, ad omnia possit referri.
- 28.n. *In aperto sacrificant]* habet libri impressi. *in operto sacrificant]* legendum est ex antiquo, atque alis codicibus manuscriptis, non autem in aperto. quia illud congruit cum ipſa dea, quæ s: tantopcre occultabat.

MICHAELIS THOMASII AD

LIBRVM SECUNDVM, NOTAE.

*Constantine Imperator]* Sicut in principio diximus, in duobus libris sancti Saluatoris, & in quinq; Vaticanis, ea verba non habentur, sed parum refert, si addantur, modo sciamus; quid in antiquis codicibus reperiatur.

*Corporis sui seruent: cuius originem suo loco narravimus, nunc fallacias agnamus]* Hanc posteriorem clausulam addit codex antiquus: quæ, quia elegans est, & cum re de qua agitur apte congruit, rectè mihi addita videtur.

*Enim uero ex humo subleuauit & ad contemplationem]* erat in libris, em vero ex humo subleuat ad contemplationem] habet antiquus, & tres codices vaticani. quod mihi probatur: quia ex eo vero, video factum fuisse enim uero: & tum necessarium fuit ut verbo subleuauit, & addere copulam &.

*Fucum stultitia perbiberunt]* habent libri impressi. *fucum stultitia perdeuerunt]* habet codex antiquus. in altero vero codice sancti Saluatoris, cum quo tres codices vaticani concordant, legitur, *fucum stultitia perbiberunt]* quod mihi magis placeat, vt sit allegoria quadam à succis, & rebus liquidis, quas bibimus, ad hosce errores & stultitiam translata. præstantissimo tamen ac doctissimo viro Antonio Augustino Illedeæ Episcopo, magis placeret lectio impressorum codicium: *Fucum stultitia perbiberunt]* vt sit trâslatio à coloribus, quibus pâni insciuitur.

*O cura hominum, ò quantum est in rebus inane]* in neutro codice sancti Saluatoris legitur: quod sane inducendū est, quia nihil facit ad rem ille versus, cu ille alter tantū faciat, ò curuæ, &c.

*Anifex venus]* habent codices typis excusis. *anifex vester]* legendum est ex codice antiquo, cum quo tres Vaticanis concordant. nam cum primum loquutus fuisse de simulachris, quorum est artifex homo, nunc loquēs ad homines de Deo, rectè enim vestrum artificem appellat.

*Taranum vergentibus versari]* habent impressi codices. *inter-*  
*terramque vergentibus coequari]* habent antiquus, & quinque codices Vaticanis. nemo enim est, qui cum terrenis & bruis animalibus non versetur: sed illi dicuntur cum bestiis coequari, qui Deum ignorant, & terrenas res tantum appetunt.

*Erat quidē]* habent libri impressi. & erat quidē multo pulchrum, C. iii. 31.n. *ut ob benedicta potius]* legendum est ex antiquo codice, cum quo quinque Vaticanis concordant. & sane nisi copula illa, &, ad datur, nulla potest confundre sententia.

*Corpora sunt animabus carentia]* legitur in libris typis excusis. *Corpora sunt animabus caretia]* habent duo codices sancti Saluatoris, cum quibus tres vaticani cōcordant. hominibus vero dicit

MICHAELIS THOMASI

dixit efficacius, & grauius. hoc, cum non placaret aliquibus illiteratis, pro hominibus mutarunt, animabus.

**33.n.** *Et eodem modo* erat in libris impressis. *& eo modo* legendum est ex auctoritate codicis antiqui: vt sit sensus; refutatis falsis religionibus, & nulla certa constituta, eo tanquam modo, & via quadam inductos esse reprehensores religionum, vt nullam dicere esse religionem: qui error fuit grauior, quam eorum, qui fallam religionem sectabantur. eodem autem modo, vt est in codicibus impressis, legi nullo modo potest. quia non eodem modo, neque eisdem rationibus aliquis efficitur contemptor religionum, vel sectator falsae religionis; sed contrario modo, & plane repugnantibus rationibus,

**34.n.** *Concedi posse imperitum, & qui se sapientes esse non satentur* ] habent libri impressi. concedi potest imperitum, & qui se non esse sapientes fateantur ] legendum est ex viroque codice sancti Salvatoris, & negatio debet poni ante infinituum esse, non autem ante verbum fateantur, vt est in libris impressis.

**35.n.** *Esse ali quam veram religionem* ] habet codices impressi, esse aliquam religionem ] habet antiquus codex, & inducenda est illa dictio, veram . quia, eti veram religionem ignorarent, tamen aliquam esse religionem intelligere poterunt. ad hoc enim demonstrandum longa deinceps oratione virtut Lactantius.

**C.iii.36.n.** *Ad te M. Tulli, hoc est, ad te ipsum hominem* ] erat in libris impressis. *ad te M. Tulli, hoc est ad hominem* ] Iego ex viroque codice sancti Salvatoris, & inducenda sunt illuc voces, *te ipsum*, quia esset inutilis ciudem repetitio.

**C.v.37.n.** *Neque domus habere dominium sui* ] legitur in libris typis excusis. *neque domus habere dominium sui potest* ] omnino legendum est, ex viroque codice sancti Salvatoris, & quinque Varianis. nam ex eo, quod domus non potest habere sui dominium, probat neque mundum habere sui dominium: vnde nec Deum esse, aut dici posse. Facile vero potuit ab imperito scriptore omitti.).

**C.vi.38.n.** *Scelus esse educatur* ] habet libri impressi scelus esse dicatur] habet vterque codex sancti Salvatoris, cuius quibus tres Vaticani concordant; quod mihi probatur. quia docti, & sapientes, cum similarent se magnificare veretur auctoritatem, dicebant quidem scelus esse in eam inquirere, non tamen id scelus esse ducebant, cum saepe ipsi multa suorum maiorum irridenter.

**39.n.** *Qua quidem tibi ab alio insinuat, sed à te ipso invenit, & electa est* ] legitur in libris impressis. *qua quidem tibi ab alio insinuat, sed à te ipso invenit, & electa est* ] habet vterque codex sancti Salvatoris, & negationem illam quinq. codices Vaticani adiungunt, quæ necessario adiungenda fuit. illa autem vox electa, potius quam electa, legenda videtur.

AD LIB. II. NOTAE.

**Sis autem veritas maior est, que suadet, fatere igitur** ] in antiquo codice cum scriptum esset literis maiusculis: *sin autem pietas maiores sequi suadet, fatere, &c.* Jvt est in impressis, atq. in aliis omnibus manuscriptis codicibus, tamen supra illam vulgaram lectionem literis minoribus, sed perinde antiquis scriptum erat, vt in principio possumus. quæ in orationem, ob antiquissimi codicis auctoritatem, & quia sensum bonum efficit, non luimus prætermittere, quin ea in margine notaremus: quamvis mihi vulgaris magis probatur.

*Falsum esse conuiceris* ] legitur in libris typis excusis. *quod falsum esse conuiceris* ] habet codex antiquus, cum quo quinq. Vaticanum concordant, omnino autem sic legendum est, vt sit praeteritum subiunctui, & referatur ad Ciceronem, qui ea ob priuatem sequebatur, quia falsa esse conuicerat.

Post illa genera humani perspiciat enotes] continenter sequuntur hæc in antiquo, & in quinque codicibus Vaticanis cum esset Deus ad excusandum prudentissimus, &c.] vacant autem illa omnia sicut mater sine exemplo, Gr. vsq. credit singulare] & illa fecit in principio bonum & malum, Gr. vsq. que adhuc effient] quæ sane omnino expugnanda sunt, quia clare cognoscitur, ipsa esse ab haereticis adiecta. nam in priori loco est manus eius Arianismus, & in altero est error Manichæorum, & virobique oratio est inconcinnata, ac perturbata, & Lactantio indigna, vt clare appeteat ista ab haereticis esse adfixa.

*Id fecerit* ] legitur in libris typis excusis. *id voluerit* ] habent duo codices sancti Salvatoris, & tres Vaticanos. & sane multo melius est, quam si legimus fecerit. nam hic loquitur de diuinis personis, & de æterna filii generatione, in qua nulla factio reperitur.

Post illa verba ad Deum deferat sequitur exorsus igitur Deus fabri-  
cam mudi, &c. Irelquia vero omnia defunt, quæ sine dubio adiecta sunt ab aliquo Manichæo, quia continent apertissime fontem erroris illorum, cum illa, quæ paulò ante annotauimus eundem obscurius indicant. quod autem ea non fuerint eundem obscurius indicant. quod autem ea non fuerint sententia Lactantij, vt Deus duo principia, sive duos spiritus creauerit, unum bonum, alterum malum; ex his verbis quæ sine dubio sunt Lactantij clare appetunt: sic enim paulò ante dixit. Itaque suapè inuidia tanquam veneno infectus est, & ex bono ad malum transcedit. & paulo inferius: hunc ergo ex bono per se malum effectum, Graci dīdōv appellant, ex quibus clare constat, quæ fuerit in hac re sententia Lactantij, & ipsius contrariam adiectam esse ab haereticis, vt se tanti viri auctoritate tuerentur. nec vero solum hic, sed in aliis locis hæc, vel similia fuerint ab eisdem adiecta, quod suis locis annotabimus, quia nihil huiusmodi in antiquis codicibus.

MICHAELIS THOMASI

bus reperitur. quæ sanguines tam mihi iucunda fuit, ut ea sola potuisset me ad suscipiendum laborem emendandi hunc librum impeliere, etiam si aliae defuerint, ut scriptorem optimum, & antiquissimum ab ista calumnia liberarem. In quo, non nego aliquos errores reperiiri, qui etiam in antiquis codicibus reperiuntur, tanzen hic Manichaorum, qui ei multis in locis erat a scriptis, in illis antiquis s codicibus non inuenitur. Verum, quia hic obscurius de diuinitate filij loquitur, & for-  
tasse non adeo recte ac debuit, quamvis in aliis locis recte de ealquarum, propterea haec abuinde, & praesertim ex libro iiiij. quem citat, sunt interpretanda. capite enim viii, quarti libri, aperte diuinitatem, & aeternitatem verbi explicat, & quare verbum, & ratio Dei dicitur subtiliter declarat, atque manare filium a patre, tanquam à fonte riuum: & tandem illum locum Ioannis citat: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, in quo omnis diuinitas & aeternitas filij con-  
tinetur. cap. etiam xviiiij. eius libri ait: quid de huius crucis indignitate dicemus, in qua Deus à cultoribus Dei suscep-  
tus est, atq; suffixus. Sed clarissime ipsam Christi diuinitatem eius-  
dem libri iiiij. capite penultimo demonstrauit. ita, si cui ea,  
que in hoc loco dicuntur non adeo placet, que sane melius ac  
clarius dici potuisse, alia loca legat, vbi hoc ipsum aperte  
explicatur. nec te moueat, quod ea oratio elegans sit, &  
digna Lactantio, ac proprie non fuerit reiicienda; hoc enim  
nos temere non fecimus. Nam primum septem codicum  
antiquissimorum auctoritatem in eo sequuti sumus, & si di-  
ligenter consideraueris, intelliges, vel illam totam oratio-  
nem fabricatur Deus hunc mundum, &c.] esse inducendam,  
vel hanc: Exclusus igitur Deus fabricat mundum. ] nam de eodem in  
utraque tractatur, nempe de prima illa mundi creatione, cum  
tamen longe aliud in hac, & in altera dicatur: in hac enim  
qua verè est Lactantij dicitur: Deum Patrem Filium vniuer-  
so orbis præfisse, quod est verissimum: in ea dicebarūt, Deum  
ante omnia fecisse duos fontes, & duos principes spiritus, al-  
terum rectum, & alterum prauum, quod ab omni veritate  
alienissimum est, & est propria hæresis Manichaorum.

45.n. Is & prouidentia, & prudens & ratione] legitur in libris impres-  
sis, prouidentia & ratione] habet vterque codex sancti Salvato-  
ris, cum quibus concordant tres codices Vaticani, & deest,  
& prudentia] & sane recte, quia prudens refertur ad homines  
propræ prouidentias ad Deum.

48.o. Porò si habuit naturam] habet antiquus codex, & addit con-  
iunctione illa porò, sine qua vix constare ea oratio posset.

47.o. Preparauit ex eo, erat in libris impressis. preparauit, & preparauit  
ex eo] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus unus  
Vatica-

AD LIB. II. NOTAE.

Vaticanorum concordat. & sane multo concinnior est ora-  
tio, ut repetatur.

Nam si est aliquid ante illum, si factum est aliquid non ab ipso, iam 48.n.  
potestatem Dei, &c.] habet codex antiquus, quæ oratio habet  
optimum sensum, & conuenientem susceptæ disputationi.  
quod si legas, ut est in libris impressis. nam si est aliquid ante il-  
lum factum, &c.] non videtur facere cum eo, quod supra dixit:  
illis enim satis erat, si concederemus materiam simul cum  
Deo fuisse, & factam à Deo non fuisse, & contra hoc dispu-  
tandum erat Lactantio. nam illud, quod materiam ante deum  
fuerit, nemo, quod sciam, ex philosophis alicuius nominis  
dixit. illi enim, qui aeternitatem docuerunt, simul Deum &  
materiam fuisse, hoc est semper fuisse, dixerunt.

Nisi fuerit rationi prouisum, aut quemadmodum fiat antequam est, aus 49.n.  
quemadmodum consit] legitur in libris typis excusis. nisi fuerit  
ratione prouisum, & quemadmodum fiat antequam est, & quemadmodum  
consit, &c.] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum qui-  
bus tres Vaticani concordant. & sane ita legendum est, quia  
disiunctiones hic locum habere non possunt.

Id enim etiam pythagorici] legitur in libris impressis. Id enim py- 50.n.  
thagorici] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus  
tres Vaticani concordant. & sane ita legendum esse, ipse ora-  
tionis ordo demonstrat.

Qui sunt principes omnis discipline] habetur in libris typis excus. 51.n.  
sis, que sunt principes omnium discipline] habet vterq; codex sancti  
Saluatoris, cum quibus duo Vaticani concordant, quod mihi  
probatur, quia ante, nō tam Principes ipsos philosophorum re-  
tulit, quam ipsas principes sectas, & familias philosophorum.

Quam materie prouidentia congregata] legitur in libris impres- 52.n.  
sis, quam materie prouidentiam congregata] habet antiquus codex,  
cum quo tres vaticani concordant prouidentiam autem cum  
materia congregata ait ille, qui prouidentiam eodem tem-  
pore cum materia fuisse existimat; & putat nihil potuisse ef-  
ficere prouidentiam, nisi ante, vel simul materiam habuisset.  
in quo quidem multum prouidentia detrahitur. hoc vero  
generi sermonis vitetur sapientia M. Tullius in libro de fato: fa-  
tum globum casuarum inuicem dependentem appellans.

Sole nondum instituto] erat in libris impressis. Sole nondum insti 53.n.  
tu] habet codex antiquus, quod mihi probatur: quia optime  
conuenit cum iis, quæ continentur sequentur: nec frugibus,  
nec animalibus natu, quæ omnia in solo versantur.

Oriens Deo similis censetur] habet libri impressi. oriens Deo ad. C. ix. 54.n.  
censetur] legendum est auctoritate antiquorum codicium. Si-  
gnificat autem idem, quod adscribitur, & adtribuitur: quod,  
cum aliqui non intelligent, absulerunt ad, ut manaret cen-  
setur,

### MICHAELIS THOMASII

serur, & addiderunt similis, ut aliquē sensum possent elicere. quod autem sic legendum existimem, facit, quia postea de occidente ait: occidens autem conturbat illi, prauæque menti adscribitur.

55.n. *Potest corporare, nec corpus animare*] legitur in libris impressis. *nec humor potest corporari, nec corpus animari*] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus tres Vaticani conueniunt. sensus vero est, in aibus humorē ob crassitē suam non posse corporari, nec corpus posse animari, nisi fotu caloris hæc in ipsis fiant.

56.n. *Quia immobilis est ac deorsum vergēs*] habet antiquus codex, in quo cum prius esset scriptum mobilis fuit additū in, vt esset immobile. quod mihi placet, quia te vera aqua ex iūi natura quieta est, & immobile, nisi vi ventorum agitur. ex eo etiam, quod cum morte comparatur, debet dici immobile, quia mortem nemo vñquam dixit esse mobilem.

C.xi.57.n. *Quomodo autem*] legitur in libris impressis. *quomodo igitur*] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus tres codices Vaticani concordant, quod nīhi probatur, quia hæc est interrogatio quādam ipsius Lactantii, cui subnec̄tit responſionem de sententiā Epicureorum.

C.xij. 58.n. *Inferiore autem ea que sum diaboli, corpus viq.*] hoc loco aper-te spiritū referit ad Deum, & corpus ad diabolum: quod, si benignius voluimus interpretari, præfertim cum ante Lactantius clare dixerit omnia à Deo esse creata, dicere possumus, pro corpore intelligi hic partem illam sensitū, in qua fomes est peccati, quam etiā propterea Apostolus nominat peccatum: quo quidem ipso nomine ad diabolum referenda est, cū Deus nullius peccati sit auctor. vel dicere possumus, loqui hic Lactantii que in modum supra fecit, cum Deo attribuit orientē, diabolo occidetem: & ita etiam hic facere videtur, ad hoc tantum, vt ostendat corpus animo esse deterius, quo cunq. tamē modo eum defendamus, mihi hic modus loquendi nullo modo placet, & notandum hanc locum puto, vt errorum caueamus.

59.n. *Est enim terra quasi vasculum*] legitur in libris impressis, est enim quasi vasculū] habet antiquus codex, & deest tetra: quod mihi probatur, quia referēdū est ad corpus, quod est, quasi vasculum, quo rāquam domicilio temporali spiritus vtratur, vt ipse continenter adjungit.

60.n. *Tum Deus sentientia in peccatorē leta, eiecit hominem de Paradiso, ut viētum sibi labore conquineret*] legendum est auctoritate antiquorum codicū, in hac enim oratione ponitur prius id, quod re vera præcessit, scilicet latam fuisse sententiam, ob quam homo de Paradiso eiectus fuit, & cū in singulari dicat ho-

minem

### AD LIB. III. NOTAE.

minem non poterat dicere peccatores, præfertim cum per hominem vterque sexus commode intelligatur.

*Nec enim ullus in ea regione* etc. Jerat in libris impressis: *ne ullis in C.xij.61.n. u regione*] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus tres Vaticani concordant; & vacat enim, neq; debet esse vlla paræthesis, vt oratio rectè sequatur. non sunt autē in illis regionibus imbreis, quia Nili inuidatione Deus illis prouidit.

*Vel dispergeret homines, quos in exordio rerum fecerat*] legitur in libris impressis. *vel dispergeret homines, quod in exordio rerum fecerat*] habet antiquus codex, cum quo quinque Vaticani conueniunt. referendum autem est, ad peccatum originis, in quo omnes peccauimus, & perieramus, nisi nos Christus sua benignitate liberasset. post quæ verba ait angelos se cum mulieribus miscuisse, in quo est error manifestus, & detestādus, in quem multi antiqui scriptores lapsi sunt.

*Qui sumus ideo excitati, & ex eo*] legitur in libris impressis. *qui C.xvij. 63.n. sumus ideo excitati ex ea*] habet antiquus codex, cum quo tres Vaticani concordant. excitatos enim ait nos esse è terra, vt non amplius terrena speciemus. quod si legamus, & ex eo, non video ad quid referri posit.

*Hic calo Dœq. dignus*] legitur in libris impressis. *bis deniq. & C.xvij. 64.n. lo dignus*] habet vterque codex sancti Salvatoris, cum quibus tres Vaticani conueniunt. *ex illo enim denique facile potuit fieri, Dœq. quamvis nō erat necesse hoc addere, quia ex eo, quod calo dignus dicatur, Deo quoque dignus intelligitur.*

### MICHAELIS THOMASII AD LIBRVM III. NOTAE.

*Diffliuit nisi ornatur*] sic habet codex antiquus. *reliqua aliunde C.i.65.n. ornata, quæstio circumlitum facit ac politum*] deflunt. alij tamen codices illa habent.

*Neg. ego nunc reprehendo*] sic est in codice antiquo, quod nīhi 66.n. valde probatur. quia hic, enim, ponit nō potest, cū nulla causa reddatur, sed simpliciter suam tentatiām Lactatiū exponit.

*Cogitationes philosophorum flultas effe*] sic habet vterque codex 67.n. sancti Salvatoris, cum quibus tres Vaticani concordant, & deest illa dictio, omnium. nam Diuis Paulus à quo hoc sumptum est, non hoc dicit de omnibus philosophis.

*Nee quæstio sapientia recte est*] legitur in libris typis excusis. C.ij.68.n. tamē nec quæstio ipsa recta est] legendum est ex vitroque codice sancti Salvatoris, & tribus codicibus Vaticani, nā, vt oratio sibi confer, de quæstione in viuēsum intelligētur est.

*Vtū quietū sit & immobile*] lego ex antiquo codice. Nā si legamus mobile, (vt est in oīnib' aliis codicib' tā manuscriptis) quam

quam impressis) hæc quæstio haberet tres partes: vna, si quietum; altera si mobile, & tertia, an valde mobile, ita, ut incredibili celeritate volatur. & tum, ea secunda, si sit mobile, esset quæstio quædam inepta, cum hoc certum sit, si dicamus, cælum quiescere, necesse esse, ut dicamus tertiam incredibili celeritate volui. quod quidem, quamvis sit, παρεξ οὐλον, hoc tamen Cælius Calcagninus ausus est in commentatione quadam sua assertare: & contra, si dicimus terrâ quiescere, necessario idem erit de incredibili motu cæli dicendum. Nam videmus maxima spatha breuissimo tēpore pertransiti, ita ut ad id maxima celeritas requiratur, vnde omnino illa quæstio, an sit mobile, esset inepta, & præter rem. & ut maximè hæc lectionem probem, facit, quia in antiquo codice sic erat scriptum, vt est in aliis, sed post minoribus literis, æque tamen antiquis, sic erat, ut adscriptum, corretum. ramen quia omnes codices vidi in ea vulgari lectione conueniente, eam retinui; hac alia in margine annotata.

70.n. Licit conticere videatur] habet vnum ex codicibus Vaticanis, quod mihi valde probatur. nam supra dicebat impudetiam eorum non esse propterea minorem, quia sermone aliquius non redarguntur; & addit Deum eam redargueret, lict conticere videatur. conuiuere autem, vel cohibere, quod aliqui codices habent, nihil significat, quod ad rem facere possit.

C.viii.71.n. Nisi ut omib[us] litigioribus fuior[is] legendum est ex omnibus antiquis codicibus; nam hic de hominibus contentionibus loquitur, non de contentionibus ipsis, nec de litigationibus, vt est in libris impressis.

72.n. Huius disputationis] legitur in codicibus impressis. huius definitionis est *vniuersitatem*] habet omnes codices antiqui. quod mihi placet, quia supra nullam disputationem, exposuerat, sed hanc nudam sententiam, quam hic disputationem appellat: scientiam esse summum bonum.

73.n. Beatiores videri] habet libri impressi. Verum, *beati omnes videri*] lego ex antiquo codice, quamvis alij cum libris impressis conueniant. Nam hic non loquitur de maiori beatitudine, sed simpliciter docet necessarium sequi ex illius sententia, qui scientiam summum bonum putabat. ut omnes, qui aliquam arrem, sicut turpem scierint, beati sint appellati.

74.n. Sine ulla animi contentione comprehendat] legendum est ex omnibus codicibus manuscriptis, non aucto[n] deprehendat, quia comprehendere magis refertur ad infelicitatem, de qua hic tractatur.

75.n. Per quod necesse est] sic lego ex omnibus antiquis codicibus, nam id vult dicere: quia per virtutem ad summum bonum pertinet, propterea ipsam nō posse dici summum bonum, propter

pter quod legi non potest, quia hic nulla causa significatur.

Eorum enim, que dixerunt, habet vterque codex sancti Saluatoris, & duo codices Vaticani. sensus vero est, nihil eorum, que illi dixerunt esse summum bonum, est tale: & qui, legi non potest.

Anne carebunt suis quoque munieribus] habent libri impressi. num 73.n. carebunt suis quoque munieribus] legendum est ex omnibus antiquis codicibus in qua oratione plana est & aperta sententia.

Neque tam *immanis uera*] legitur in libris typis excussis. neque C.x.79.n. iam manfacta, neque tam *falsa*] habent vterq. codex sancti Saluatoris, & tres Vaticani. quod mihi placet, ut sic vniuersas gentes sit complexus: vel eam, quæ ob nimiam manfactudinem stolidior & timidior iudicari potest; vel eam, quæ ob feritatem potest estimari audacior. quod si legamus *immanis uera*, ad vnum tantum genus referri poterit.

*Nisi velimus quidem nō possumus]* habent libri impressi. nisi ve- 80.n. finis quidem possumus] lego ex antiquo codice. Significat autem, quod, cum natura vultum ad cælum erectum habeamus, non possumus, etiam si velimus, ad terrâ procumbere.

Deum beatum & incorruptū vocat *quia sempiternus est*] habent om- C.xi.81.n. nes codices antiqui, in qua oratione est optimus sensus, cum in vulgari lectione, non ita apertus esse videatur.

Et Mores duo Decij legitur in libris impressis. *Mutiu[m] & duos* C.xii. 82.n. *Deci*] habent codices antiqui. de Mutio enim Scœvula nota est historia, quod se morti deuouerat, ut Regem Porfennam occideret, qui cum pro Rege alterum occidisset, ob fortitudinem, qua vltus est, manus dexteram in ignem immitten- do, à Rege fuit liberarus, de Deciis etiam est vulgata historia, quod se hostias pro populo Romano deuouerunt.

*Quoniam ad illum in hanc vitam*] habent libri typis excussi. 83.n. *quoniam illud ad hanc vitam restiterunt*] lego ex antiquo codice, quod mihi valde placet, & est facilis, ac conueniens sententia disputationi quam tractat: cum ex vulgari lectione nullus bonus sensus elicatur.

*Quā vocant λόγιον in qua tota dialektica*] legendū est ex omni- C.xiii. 84.n. bus antiquis codicibus, nam grauius sic dicitur, & in singulis græcis vocabulis nunquam in antiquis codicibus adjungitur interpretatione. itaque illud, id est, rationalem, expungendum est.

*Et grecos reprehendat*] habet codex antiquus. quod mihi pro- C.xvii. 85.n. batur, quia re vera hoc lape facit Cicero, etiam cum nulla est causa reprobacionis. quod si legamus *ne grecos reprehendam*] non video, ad quem posit referri, cum nec conueniat cum priore ratione Laftantij, nec ad Ciceronem pertinere possit.

*Hominemque generant*] legendū est ex omnibus antiquis co- 86.n. dibus.

## MICHAELIS THOMASII

dicibus est vero frequentissimus modus loquendi apud Ciceronem, ut Deus dicatur hominem generare, id est creare: cuius vocabuli vim, cum aliqui non intelligenter, mutauerunt figuravit.

87.n. At quam *cōfessus fuerit philosophie veritatem*] legitur in libris impressis, at quam *cōfessus fuerit philosophie veritate*] habet codex antiquus, alij conueniunt cum lectione vulgari. Sed lectionem antiqui codicis valde probo, sic tamē, ut ironice dictū videatur. quod quidem valde conuenit cum his, quae adiungit, cum docet, ipsum monuisse filium, ut sicut quidem praecipita philosophia, sed tamē ciuiliter viueret.

C.xv. 88.n. Qui *disciplinam non ostentationem suis scientias*] habet codex antiquus, alij codices habent, qui *disciplinam veram non ostentationem scientias*] mihi lectio antiqui codicis magis placet.

89.n. In *iudicium sui putes professos*] legitur in libris impressis, *indictum professos putes*] habet codex antiquus. alij partim conueniunt cum lectione vulgari, partim discrepant. Sed mihi lectio antiqui codicis sola probatur. *indictum vero ait eos esse professos*, quia cum ea via reprehendebant, quibus ipsi maximè irrecti tenebantur, indicabant ipsi, quibus maledictis essent digni. profiteri vero *iudicium dixit*, metaphorā quādam sumpta à participibus criminum, qui sc̄epe, ut eis impunitas criminum concedatur, profiterit *iudicium apud magistratum*, hoc est deferunt criminia, quorum ipsi etiam sunt socij: sic philosophi faciebant, cum ipsi libidinosi libidinosos; aut aquari auaros accusarebāt, ut ea delatione impunitatem suorum criminum consequerentur, corrupti vero hic locus facile potuit, cum pro *iudicium esset scriptum* *iudicium*, cui postea illa due dictiones, *in & sui*, adiunctæ sunt, ut aliquis sensus eliceretur.

C.xvii. 90.n. Si autem *leuiā sunt & humoris indigent*] habent libri impressi & multi manucripti, si autē *leuiā sunt & hanc indigent, cohærente non possunt*] legendum puto, vt est in antiquo codice, nam ante, & post loquitur de hamatis. *leuiā enim*, cum diceret esse primordia illa Epicurus, consequebatur, ut cohærente non possent, quod, ut erit, adiugebat eis hamatos. *humoris autem legi* nullo modo potest, quia humor additus levitati, nō solum nullam cohæsionem, sed lapsum potius efficit, intelligenda vero sunt haec, ut sit antecedens ab Epicuro datum: atomā *leuiā esse*, & *hamata*: quia aliter cohærente non possunt. ex his vero Lactantius, mutatis potius verbis, quam sententia colligit: hamata igitur esse oportet, ut possint catherari: quae repetitio valeat ad hoc, ut absurditas ipsa sententia Epicuri melius intelligatur.

C.xviii. 91.n. Quae *ratio est hominis nescientis*] habet antiquus codex, & mihi

michi probatur, ut legamus hominis, non homines. quia de hominibus vniuersim nō tractauit, quod illa nescirent; sed de Pythagoricis, & Stoicis, ait eos, qui rationem hominis nescierunt, quae est, ut homo ex duobus principijs, altero terreno, altero aeterno constare debeat, non potuisse intelligere animas esse aeternas si cum corporibus crearentur.

*Natum gratulari*] legendum est ex omnibus antiquis codicibus, nam paulo inferius ait: cuius temporibus natum esse se homo sapientia gratulatur. & prius dixerat, gratias agere naturam: nulli libi tamen legitur glorianti.

Siquidem nihil fuerit quod *adscinetur alieno*] legitur in libris impressis, & in multis manucriptis. siquidem nullus fuerit, qui *ab fine at alieno*] habet codex antiquus. quae oratio latina est, & planum sensum habet, cum altera clare videatur fuisse corrupta.

Nam si homo à conspectu alterius hominis auferretur quod facere videtur] habet codex antiquus, quod mihi omnino probatur; quia ea quae sequuntur de soliuaga natura animantium, & de soliditudine ipsarum, demonstrant omnino sic esse legendum. Verum, quia alij omnes codices cum vulgari lectione concordant, nolui eam omnino retinere.

Si propter gloriam patientie, non finetur] lego ex antiquo codice. C.xxvi. 95.n. quod quidem sic interpretor: si propter gloriam patientie est beatus, non fruetur ea gloria, moriturus scilicet, ut inferius dixit. quod si dicamus patientia non fruetur, nulla, iudicio meo, erit sententia.

*Praeis hominum iudicis non sequitur*] legendum est ex antiquis codicibus, in quo hic est sensus; ut dicat, prava hominum iudicia effectura esse, ut nulla inde gloria oriatur, ubi fuerit vera & solida gloria, vel vita digna hac gloria. quod si legas, non sequenda, nulla est apia sententia.

Res non *vestigabiles queruntur*] lego ex antiquis codicibus. vult vero dicere, eos, qui nullam religionem habent, & animam putant esse mortalem, nihil causa habere, cur in cœlum spectent, quia si ibi mortalitatem animalium, & imperiatem querunt, res querunt non vestigabiles, hoc est, quae inueniri non possunt, quod si legeres, non inuestigabiles, esset contrarius sensus, & plane nullus.

Michae-

MICHAELIS THOMASII AD  
LIBRVM IIII. NOTAE.

C. liij. 99. n. Instabilis & incestu] habet libri impressi: instabilis & incertus] legendum est ex antiquis codicibus. nam religionem Deorum duobus argumentis refutat: altero, quia est impudicus & incestu, vt superius dixit, nempe quia ad multos Deos pertinet: altero, quia est instabilis & incerta, quod etiam venit ex eadem deorum multitudine

C. v. 100. n. Ex aliquibus locis, quae hic ordine notabo, appetat Lactantium in chronologa non fuisse valde diligentem. Primum ait Moyse non gentes fore annis excidium Trojanum antecessisse. Verum, Eusebius à quo Beda paru differt, asserit trecentis quinquaginta annis tatum præcessisse Moysem Trojanum excidium. ab his non multū discrepat: Eutropius, qui putat quadringentos & decem annos intercessisse. Lactantius tamen in hac re videtur esse secutus opinionem impii Porphyrii, quem tamen Eusebius in eo loco refutat.

In 1. praef.  
Chron.  
In 2. lib. de  
ratione temp.  
in 3. atate.  
Bib. 1. c. 1.  
201. n.

Exinde sub iudicibus fuerunt per annos trecentos septuaginta] aperte hic significatur reliquos Iudices, exceptis Moyse, & Iosue rexisse populum eo tempore. quare si his addas etiam illos annos Moyse & Iosue efficies 437, ab hoc numero Beda non multū discrepat. nam, quamvis dicat Iudices imperasse annis 405. tamen si numeres singulos annos, quos vniuersi iudicii attribui, efficiunt annos 417. Verum in Eusebio video multo maiorem dispergantiam, qui inter Moysem & Regnum Saulis non numerat nisi 390 annos aduentendum tamen hoc est, quod Beda, & Lactantius referunt ad annos Iudicium 32. annos, quibus post Heli praefuit Samuel cum Saule, cum Eusebius deinceps post Heli numeret Regnum Saulis, & ita illos 32. vel 40. annos refert ad Reges.

202. n. Tum mutato statu Reges habere coepiunt, quibus imprium tenetibus per annos quadringentos sexaginta usq[ue] ad Selechiam Regnū, &c.] Eusebius, & ferè omnes chronologis scriptores numerat annos quingentos & quindecim, in quibus Reges usq[ue] ad capiuitatem Babyloniam imperarunt, ac Beda conuenit cum Eusebio, hoc tantum excepto, quod asserit Saulem regnasse tantum 32. annis, cum Eusebius, & alij dicant regnasse 40. Ita iuxta Bedam, si annis quartæ ætatis, qui sunt 473. addas 12. ex septuaginta, quos sequitur Eusebius, & 32. ex Regno Saulis quem Beda posuit in fine tertiae ætatis, habebis numerum annorum 507. Itaque Eusebius, & Beda omnino conueniunt, exceptis illis octo annis Regni Saulis. Verum in hoc loco erit minor error Lactantij, si consideres, & ab his numeris Eusebij, ac Bedæ detrahendos esse 32. annos Regni Saulis

AD LIB. IIII. NOTAE.

Saulis, quos Lactantius ad Samuelem, & ad tempora Iudicium refert.

Loquens de Salomone, ait eū 140. annis antecessisset excidium Troianū: in quo est manifestus lapsus memorie ipsius Lactantij: nam error scriptoris nō est, cum in eo omnes libri antiqui cōcordant. cumq[ue] ex diligenti suppuratione repertus Salomonē fuisse posteriorē excidio Troiano 140. annis, vel 143. & sine dubio hoc vellet Lactantius scribere, lapsu tamen quodam memoriae, quod facilium ē in huiusmodi suppurationibus eueniunt soler, eodē numero dixit Salomonem præcessisse excidium Trojanum, quo debebat dicere, ipsum eo posteriore fuisse. hoc vero ante me, ne quem sua laude priuem, noſter Ludo. Viues vir omni laude dignissimus, C. 20. lib. 18. de cūr. Del. annotauerat.

Tum miseruit eorum Deus, eduxit eos, ac liberavit de manu Regis Aegyptiorum post annos trecentos triginta] erat in libris impressis. post annos quadringentos triginta] legēdum est ex antiquis codicibus. sic enim habetur Exod. c. 1. habitatio autē filiorum Israel, qua manerunt in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum. Idem ait Apostolus ad Galat. c. 3. hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo: qua post quadringentos & triginta annos facta est lex. Verum, vt habemus hos omnes annos, non solum numerandi sunt illi anni, quibus populus Israel fuit in Aegypto, sed sumendum est initium à septuagesimo quinto anno nativitatis Abrahæ, quando ipse ingressus est terrā Chanaan. sic enim in loco Exodi, quem supra citavi, habet versio l. x. vt refert Beda: habitatio autē filiorum Israel, qua habitauerunt in Aegypto, & in terra Chanaan ipsi, & patres eorum, anni 430. Nam si tantum numeremus tempus proprium seruitutis, quæ verē incepit post obitum Ioseph, ab hoc tempore vñque ad exitium ex Aegypto sunt tantum 144. sicut Eusebius, & Beda clarē testantur. & si addamus tempus, quo Jacob cum omnibus filiis ingressi sunt in Aegyptum iuxta suppurationē Eusebij, nō sunt nisi 215. anni. Itaque quod hic ait Lactantius, intelligendum est iuxta illā suppurationē lxx. Interpretum.

Ante diem septimam Kalendarum aprilium Iudei Christum crucifixum] in libris antiquis est, ante x. Kal. Apr. nolo in hac nota disputare, quis sit verus Dies passionis Domini: scio enim, quam difficultis sit hæc quæſtio, & quam varijs sint de ea veterum, ac recentiorum opiniones. quod tamen ad hunc locum Lactantij intelligendum attinet, dico, si legamus, ante diem septimam Kal. perinde esse ac si dicatur octauo Kal. & tum consentire videbitur Lactantius cum Tertulliano, Hieronymo, Augustino, Beda, & omnibus ferè latinis, ac ex Græcis

MICHAELIS THOMASII

Græcis Chrysostomo, ac Cyrillo, qui auunt octauo Kalend. Aprilis hoc est 25. die Martij, eo die, quo in mōdum Christus fuit editus, cruci affixum fuisse. quod, si legamus ante diem x. vt est in libris antiquis, & vt videtur legisse in Lactantio <sup>2</sup> Paulus de Middelburgo, qui longissimam de hac re disputationem edidit, tum videbitur Lactantius ad opinionem Theophili accedere, qui putauit Christum Dominum xi. Kal. Aprilis fuisse crucifixum, & parum differer ab opinione Nicetæ, & fere omnium Græcorum, qui x. Kalend. Aprileis putant Christum Dominum fuisse crucifixum, vt colligant octauo Kal. eo nempe die, quo fuit natus a mortuis resurrexisse. Ita, cum virtute lectio habeat gravissimos auctores, cum quibus possit conuenire, alteram in texu, alteram in margine tussi notari.

C. xiii. 106. n. Post fierent illa miracula ] additur in codice antiquo, que eis Prophetæ futura predixerant ] quod mihi valde probatur. nam hoc modo clarus malitia Iudæorum demonstratur, & explicitantur talia fuisse illa miracula, quibus ipsos fidē habere oportuit.

C. xiii. 107. n. Qui constituit templum ad adiuntem templi, & ad conspectum Dei ] legitur in libris impressis, qui constituit, ad templum & ad conspectum Dei ] lego ex antiquo codice. nam, cum hic templum pro ecclesia accipiatut, non sufficit ad conspectum Ecclesiæ venire, vt quis saluus fiat, sed neceſſe est in ipsam Ecclesiam ingredi, & membrum ipsius effici: qua etiam via ad conspectum Dei peruenit.

208. n. Filium suum legavit ] legitur in libris typis excusis. quod faciunt vere diuinitatis expertes ] legitur in libris typis excusis. quod faciunt vere diuinitatis expertes ] habet vterque codex sancti Salvatoris, quod mihi probatur, quia referendum est ad cognitionem, quam nos Christiani habemus diuinitatis Christi. hunc vero, atque alios locos in quibus tam clare de diuinitate Christi loquebatur, puto ab aliquo Ariano corruptos, atq. immutatos fuisse, ne tam aperte contra ipsos hic auctor disputeret.

C. xvi. 109. n. Vera religionis expertes ] legitur in libris typis excusis. quod faciunt vere diuinitatis expertes ] habet vterque codex sancti Salvatoris, quod mihi probatur, quia referendum est ad cognitionem, quam nos Christiani habemus diuinitatis Christi. hunc vero, atque alios locos in quibus tam clare de diuinitate Christi loquebatur, puto ab aliquo Ariano corruptos, atq. immutatos fuisse, ne tam aperte contra ipsos hic auctor disputeret.

C. xxij. 110. n. Ut præceptis dei ] lego ex antiquo codice, vt sit sensus: Christum, si suam diuinitatem præcipue ostendisset, neque assumptisset humanitatem, maiore auctoritate portuisse docere doctrinam suam, vt pote præceptis Dei instructam; & confirmaram. quod si legamus profisi Dei ] vt est in impressis codicibus nulla erit sententia: quem locum Ariani quoque corruperunt. sanè valde latratus sum, cum haec loca in antiquis exemplaribus inueni incorupta, & Catholicæ doctrinæ conuenientia.

AD LIB. IIII. NOTAE.

venientia recordor enim, & non sine graui dolore, ante paucos annos, miserum adolescentem Laetantij studiosum ob haec loca corrupta male de diuinitate Christi tentisse, qui ob huc, & alios errores, quos pertinacissime defendebat, Romæ justissime fuit combustus. ex quo quiuis potest intelligere, quanti momenti sit collatio haec antiquorum codicium.

Eiam hominem illum ] lego ex antiquo codice, in qua lectio ne sensus est apertus, & optimus illud autem in homine ] quod est in impressis codicibus, & in aliquibus manuscriptis, factum est sic: vt litera, m, que ultima erat, fuerit preposita, & facta in minima muratione, vt clare quiuis potest intelligere. C. xxv. 112. n.

Habebat enim spiritalem ] legendum est ex antiquis codicibus. quod vero loco spiritalem in multis codicibus legatur speciale causa fuit, quia erat scriptum sp̄alem ] per quod potest intelligi speciale, & spiritalem, indocti vero scriptores posuerunt illud speciale, quod hoc in loco nil potest significare.

Mercedem nobis immortalitatis ] habent plerique codices manuscripti, & deest vox illa expetenda ] quæ sane inducenda est; quia quando nobis immortalitas, vt merces dabitur, non amplius expectetur, quia nemo expetit id quod habet.

Suffixus itaque cum spiritum sponte deposuerit ] habent libri impressi fixi; itaque quia spiritum deposuerat ] legendum est ex antiquo codice, vt desit illa dictio sponte. nam verbum ipsum vim in se aduerbi illius habet, cum ea dicamus deponere, quæ sponte nostra relinquisimus, & quæ facile per nos ipsos possumus accipere. C. xxvi. 115. n.

Expurgarent Dei templum ] lego ex antiquis codicibus, templo vero Dei appellat viros illos Christianos, qui sacrificiis intererant, qui martyrio affecti sunt ob querelas dæmonum, & eorum facerdotum: quo facto principes se vero sacrilegio contaminantur. quod si legeremus expurgarent, per Dei templum esset intelligendum Apollinis, vel alterius huiusmodi, quod Laetantius non templum Dei, sed dæmonis profanauit domicilium nominasset.

Qui de Deo patre omnium ] habet codex antiquus omnia] vero 117. n. legi mihi non placet, quia non puto Trismegistum omnia, quæ de parte diuinis literis continentur suis scriptis comprehendisse: multa tamen & de patre, & de filio video eum in suis dialogis dixisse. puto etiam coniunctionem &, adden dam ut dicamus patre omnini & de filiis ] quæ tamen in antiquis codicibus non reperitur.

Superstites vero colebant imagines ] legendum est ex plerisque antiquis codicibus. colere vero imagines latine & eleganter dicitur, celebrare nihil significat, quod ad hancrem facere possit.

M I C H A E L I S T H O M A S I I

possit hic locus in libris à Paulo Manutio impressis iam erat  
emendatus.

C.xxix.<sup>n.</sup> *Quod & alterum & mortalem*] legendum est ex antiquis co-  
dicibus. quod in libris à Paulo Manutio excusis haberetur. in  
aliis tamen ab aliis impressis. *quod & eternum & mortalem*] le-  
gitur; quod nihil ad rem facit. est enim hęc obiectio quedam  
génitum, quibus inepita videbatur nostra doctrina, eo, quod  
duos Deos, vt illi dicebant, faceremus; & horum alterum fa-  
ceremus mortalem: cui obiectio Laetantius in hoc capite  
ita responderet, vt clare ostendat se de filij diuinitate recte  
sensisse. & ex hoc capite aperte intelligi potest, ea loca, quę  
ante notauimus, ab Arianis fuisse corrupta.

M I C H A E L I S T H O M A S I I A D  
L I B R V M Q V I N T V M N O T A E.

C.i.120.n. *Crudelibus factis coacerbant*] legendum est ex antiquo codice.  
nam verba ipsa acerbare, & exacerbare sunt valde latina, sen-  
sus vero ipse est optimus, vt dicat, eos non contentos esse,  
quod suos errores sequuntur, nisi eos crudelitate sua acerbio-  
res faciant. quod si legas errores coaceruant, nulla est apta-  
sententia: & appetat manifeste, hoc ex illo, b, in u, mutato  
factum esse.

C.ii.121.n. *Non enim in tam malo statu*] lego ex plerisque antiquis co-  
dicibus, vt inducatur tota illa oratio plus impuris spiritibus quam  
sancto licet, aut] & sanè hęc omnia confundunt planam huius  
loci sententiam.

C.iii.122.n. *Omitto nunc ipsa opera comparare*] lego ex plerisque antiquis  
codicibus, nam hic loquitur de comparatione operum Christi  
& Apollonij: qui vero mutauit computare, hoc fortasse  
fecit, quia contineper loquitur de secundo, & quarto libro.  
Sed illa erat Christi, & Apollonij opera, qua comparare no-  
lebat: hoc alterum ad libros ipsius Laetantij pertinet.

C.iv.123.n. *Non id circa, &c.*] habent codices impressi. Sed mihi magis  
placeat lectio antiqui codicis. non solum idcirco à nobis Deum cre-  
ditum Christum, quia mirabilia fecit, verum etiam quia videmus, &c.]  
vt dicatur, illam quidem effectuonem miraculorum causam  
quandam fuisse, cur Christus Deus creditus sit, sed non eam  
solam fuisse causam, sed hanc quoque, quod videmus in eo  
facta esse omnia, quę multo ante erat à Prophetis prædicta.

C.vi.125.n. *Leges etiam sibi iustitia nomine munita*] legitur in libris impres-  
sis. *leges etiam sub iustitia nomine iniquissimas*] habet codex anti-  
quis, quod mihi probatur. & causam mutationis appetat,  
quia ex, sub, factū est, sibi, u, in duplex, i, mutato, quę tamein  
dictio

A D L I B . V . N O T A E.

dictio in eo loco non bene est adiecta. illud vero, munitas,  
additum est, vt oratio esset latina.

C.vii.126.n. *Deus ergo non exclusit malum*] habent plerique codices anti-  
qui, sic vt duæ illę dictiones, iustitiam reducturus, expun-  
gantur; quę sanè ex margine videntur fuisse translata: In  
hoc sanè capite multa videtur dicere Laetantius, quibus vi-  
deatur quodam modo auctorem mali facere Deum. Verum,  
si recte singula considerentur, hoc ipse non afferit, namque,  
aut dicit Deum malum non excludere, vel permittere, vt vir-  
tus cum quo pugnet habeat. hoc etiam in loco, atque alibi,  
cum de malis agit, nomine malorum, sępē nō tam res ipsas  
turpes, vel turpitudinem earum intelligit, quam res aduer-  
fas, & naturę contrarias; vt infelices euentus, venena, & si-  
milia: quę proprię, & per se mala non sunt, sed quia nobis  
sunt noxia, vulgo mala vocantur. idem vero, quod hic ait  
Laetantius, dixit Ambrosius in expositione Psal. 128. Serm.  
16. tantum quę Laetantius more vulgi vocavit mala, illa no-  
minauit austera: & mala, inquit, non creauit Deus, sed hęc,  
quę videtur nobis austera, verbera, mors, & huiusmodi alia,  
quę propter emendationē præscripta sunt noxiōrum, in malo  
etiam & quoquis peccato sicut Theologi; & in primis Au-  
gust. lib. v. c. 3. contra Iulianum late disputat, duo considera-  
ti possunt, turpitudi ipsa, & pœna: ac turpitudi nihil perti-  
net ad Deum; pœna tamen recte dicitur Deus auctor esse, &  
hac quidem divisione poterit verè defendi hoc loco Laetan-  
tius, quamvis quod ante diximus commodius videatur ver-  
bis Laetantij posse aptari. Si cui tamen videtur hic Laetan-  
tius dicere Deum simpliciter esse mali auctorem, sciat nos  
eam opinionem quam maximè execrari: ac propterea hunc  
laborem suscipere, vt videar ea opinio nullos auctores,  
præter Manichæos habuisse.

C.ix.127.n. *Leuia sunt, atque iniustitia*] erat in libris impressis. *Leuia sunt,*  
atque illis iustitia] lego ex antiquo codice. nam hęc testamer-  
torum suppositione apud gentiles valde erat visitata, quo no-  
mine M. Crassus, qui unus era ex Principibus Rom. reipub.  
male audiuit. quod cum in Principe accideret, quid de aliis  
credendum est. cumque ante dixerit leuia, necessario legen-  
dum est visitata.

C.x.128.n. *Impietas enim suscepta in eo quod est summum per cetera uniuersa*  
quereretur, atque fieri non potest] legitur in antiquo codice. cuius  
loci sensus, quia visus est aliquibus ad intelligendum diffici-  
lis, in eo aliqua mutarunt, cui tandem recentiores asteri-  
scum impegerunt. sensus hic esse videtur in priori parte, vt  
doceat eos, qui in religione errant, in omnibus quoque vitę  
rationibus errare. legendum vero est hoc prius membrum

MICH. THOM. AD LIB. V. NOTAE.

per interrogationem : quasi dicat, impietas suscepta in religione, in aliis vitæ rationibus desiderari poterit? quod perinde est, ac si dicat, non queretur, vel non desiderabitur, aquin fieri non potest, &c. hæc alia pars probat ex prauitate aliarum actionum, prauitatem religionis. Itaque docet hæc valde inuicem esse coniuncta, vt qui peccat in omnibus vitæ actionibus, in religione peccet: & contra qui errat in religione, in aliis quoque omnibus erreret. Antonio tamen Augustino Episcopo Ilerdæ viro doctissimo, cum quo hasce omnes notas communicauit, magis placet vulgatis lectio: per cetera vniuersa sequitur, eoque fieri non potest, &c.] vt sit sensus, impietatem in summo iuicem, id est, errorem in religione, per cetera vniuersa sequi, ex quo colligit: eq. &c. quæ sane lectio mihi quoque re melius considerata multū probatur.

C. xi. 129. n. Libro septimo scripta ] legendum est ex antiquis codicibus. nam si de his scriptis libros septem cōficiet, totum opus de officio proconsulis contineret centum libros, quod mihi absurdum videretur. fuit autem facilis occasio errandi, cum sic esset scriptum lib. vii, vt imperitus scriptor judicaret, libris scriptem esse scribendum. fuit autem is, Domitius Vlpianus, cuius multa sunt capita in titulo de offi. proconsulis.

C. xii. 130. n. Cum diu suis narinosi] lego ex vtroque codice sancti. Salvatoris, & ex aliis libris antiquis quod vocabulum in margine sic declaratur: narinosos appellavit, quod odoribus Thuri colantur.

C. xvi. 131. n. Si profitebitur emptori fugitiuum esse, bonus quidem] habent codices impressi. Verum legendum est, Si profitebitur, bonus quidem] ex antiquo codice, sic, vt inducantur illa verba, emptori fugitiuum esse, nam illa professio, non solum ad seruum fugitiuum, sed ad pestilenter domum, & similia referenda est.

C. xix. 132. n. Neque firma atque immutabiles esse] habet codex antiquus, ita vt hæc referantur ad religiones, in quo optimus est sensus. Sed quia vulgata lectio, ipsa etiam optima est, nihil in ea mutauit, sed hanc tantum in margiae notaui.

Michae-

MICHAELIS THOMASI AD  
LIBRVM VI. NOTAE.

Quomodo autem vite ista] legitur in libris typis excuffis. quomodo autem he vie] legendum est ex vtroque codice sancti Saluatoris. nam re vera de duabus viis antea disputauit, & illæ, quibus, vel in cælum, vel ad inferos itur, veræ sunt viæ.

In ea enim posuit Deus] habent libri impressi. in ea enim posita sunt omnia] lego ex plerisque antiquis codicibus. nam illa, quæ mala sunt, vel speciem quandam mali habent, non refrenda sunt ad Deum, sed ad nos, qui peccatis nostris mala nobis creamus, rebusque bonis in perniciem nostram male virimur.

Precipitatus in altitudinem profundam cadat] legitur in libris typis excuffis. precipitatus ex altitudine in profunda cadat] habet codex antiquus, quod mihi valde probatur. nam cadere in altitudinem nullo modo dici potest, cum illud sit erigî, non cadere.

Hec enim vita corporalis] legendum est ex plerisque codicibus antiquis. nam inferius illam, quam huic opponit, nominat spiritalem. cuius propriæ contraria, & repugnans est corporalis, non temporalis, quæ cum aeterna repugnat.

Qui nec Deum, nec aduersarium, eius] habent libri impressi. C. vi. 137. n. qui nec Deum, nec aduersarium humani generis] legendum est ex antiquo codice. nam si diabolum dicamus Dei aduersarium, nimum ei tribuimus, & viderit hoc ad errorem Manichæo- rum pertinere.

Deo enim ut inmoniale illud arcanum in aperto esset, posuit in via sua, que homines pro malis & turpibus aspernarentur, &c. ] locus est perobscurus, & primo asperctu videtur Lactantius Deum auctorem facere rerum turpium, ac malarum: sed ex his, quæ ante in eodem capite dixit, & praesertim ex capite ultimo precedentis libri hic locus intelligi debet; ait ergo Deum in via sua posuisse ea, quæ mala & turpia vulgo putantur, vt sunt crux, opprobria, verbera, & mortis; quare primum, vt probaretur electi, dein, vt multi, qui sapientiam inquirebant videntes Christianos pro religione, & disciplina suscepita constanter omnia tormenta, & mortem ipsam subire, inquirant, quæ nam sit ea religio, & ea disciplina, cui se ad dictos proficentur. ita illi, qui auersi erant à sapientia, & veritate, id est, à vera doctrina Christianorum, cum tamen sapientiam sine illo duce quererent, erant enim sapientiæ studiosi, quam tamen quomodo quererent nesciebant, in idipsum incidebant, quod vitare ac fugere cupiebant, id est, in ipsam religionem, & sapientiam Christianam, vel in illa ea-

M I C H A E L I S T H O M A S I I

dem tormenta & cruces , quas ante a vita constituerant .  
In. i. Apolo-  
gia pro Chri-  
stianis ad se delectaretur audiens multos ex nostris martyribus pro reli-  
gione Christiana constantissime mortem oppere , voluit  
eam religione nosse , pro qua illi tam libenter occumbabant ;  
quam quidem ille , cum perfecte intellexisset , pro eadem  
postea non dubitauit vitam libentissime profundere , in se ex-  
pertus , quod in aliis ante a fuerat admiratus . quod si hec sen-  
tentia non videatur tibi cum oratione Laetantij conuenire ,  
de illo iudicato , vt voles , modo scias nos horrere , vt aliquo  
modo Deus ab illo possit auctor mali cuiuspiam nominari ;  
& propterea laborare , vt hunc scriptorem ab eo errore vin-  
dicemus .

C.viii. 139.n. *Huic legi nec propagari fas est ]* legitur in libris impressis . *Huic legi neque abrogari fas est ]* habet codex antiquus . sed sancte nunquam legi huic modi verbum iunctum casui dandi . ita pu-  
tum Vlpiani tati posse . verba vero hec à nullo melius , quā ab Vlpiano ti-  
tulo primo declarantur . lex , inquit , aut rogatur , id est , fertur :  
aut abrogatur , id est , prior lex tollitur : aut derogatur , id est ,  
pars primæ legis tollitur : aut subrogatur , id est , adiicitur , ali-  
quid primæ legi ; aut obrogatur , id est , mutatur aliquid ex  
prima lege . propagari autem , quod est in libris excussum , plane  
nihil ad rem aptum significat .

140.n. *Sed & omni genti , & omni tempore una lex est sempererna , & inmu-  
tabilis , quam si continebit unusquisque erit communis quasi magister ]*  
habet codex antiquus in qua tota oratione optimus est sensus , & ad intelligentiam per facilis . & in hoc differt à vulga-  
ri lectione , quis hoc , quod ait de communi magistro refe-  
rendum est ad omnes , qui legem hanc probe intelligent . illud de Imperatore referendum est ad Deum . in vulgari ve-  
ro lectione utrumque referendum est ad Deum , quod mihi  
magis placet . propterea retinui vulgarem , antiqua tantum in  
margine annotata .

C.ix. 141.n. *Quem qui ignorat , & ipsum Deum ignoret ]* habent codices im-  
pressi . *quem qui ignorat , & ipsam iustitiam ignoret necesse est ]* le-  
gendum est ex vitroque codice sancti Salvatoris . vult enim  
probare Romanos , quia Deum ignorauerūt , iustitiam quo-  
que ipsam ignorauisse . ex lectione vero vulgari videtur ut  
contrarium colligi , quod non congrueret cum superiori  
oratione .

C.xi. 142.n. *Qui eius vita , qui spiritum donat ]* lego ex antiquo codice . nam  
retinere in vita , vt est in libris impressis , latne non dicitur .

C.xii. 143.n. *In hos se laqueos induit ]* erat in libris impressis . in hos se laqueos  
induit ]

A D L I B . VI . N O T A E .

*Induit ]* legendum est ex antiquis codicibus . quo in loco nul-  
lus debet esse asteriscus , cum omnia recte consequantur , in-  
ducere vero se in laqueos nemo , quod sciām , vñquam dixit .

*Iustitiae cum iam non homini ]* habent libri impressi . in isto que cum sit , jam non homini ] legendum est ex antiquis codicibus . intelligendum vero est , cum sit id , quod ad humanitatem pertinet illa vero dictio , quæ , relativa , erat omessa , propter coniunctionem , que adiunctam dictioni iustior .

*In arcā Dei ]* erat in libris impressis . in aram dei confersat ] 145.n.  
lego ex plerisque antiquis codicibus . in aram vero confert  
diutias , qui illas dando pauperibus , Deo donat , & offert . in  
arcam vero legi non potest , quia non eas accipit Deus , vt  
recondat .

*Animum tuum contra te geram ]* habent vterque codex sancti  
Saluatoris , & sancte dictio illa , tuum , omnino adiungenda est .  
quasi dicat , geram animum in humanum , & immiferor-  
dem erga te , qualem tu erga pauperes gestisti .

*Imposita , aut nihil , aut certe , &c. ]* habent libri impressi . multa C.xv 147.n.  
nomina iisdem rebus imposita ; aut certe non multum inter se illa distare ]  
lego ex antiquo codice , sensus vero est , vt illa nomina , qui-  
bus illi aliqua cum affectibus coherentibz significari vole-  
bant , doceat , non diuersis rebus , sed iisdem , aut certe non mul-  
tum inter se distantibus suis imposita . itaq . hoc mēbrum :  
aut certe non multum , &c. respondet illi , multa nomina  
iisdem rebus imposta . quod cum aliqui non intelligent ,  
addiderunt illud , aut nihil , quod est in libris impressis . quod  
omnino expungendum est , quia totam hanc orationem  
perturbat .

*Qui immortalitatis velamine candidati ]* erat in libris impressis . C.xviii.  
qui immortalitatis velut candidati ] legendum est ex antiquis co- 149.n.  
dicibus ; candidatos vero immortalitatis appellant Christians ;  
quemadmodum candidati consulatus , vel Prætorū diceban-  
tur illi , qui consulatum , vel prætorum perebant . hoc , cum  
non intelligent aliqui , ex illo velut fecerūt velamine , quod  
plane ineptum est .

*Qui inebet , uti maledictis & ledentibus ]* habent libri impressi . C.xix. 150.n.  
uti inimicis ac ledentibus ] habet codex antiquus . in quo est  
expressum Christi præceptum de inimicis diligendis . alter  
codex sancti Salvatoris habet maledictis , quod eriam optime  
potest coniungi cum ledentibus . & ex hoc videtur corru-  
ptum , quod habetur in impressis codicibus , maledictis .

*Contra quinque sensum voluptates ]* erat in libris impressis . con . C.xx. 151.n.  
tra iniquos sensu voluptatis ] habet codex antiquus . mihi tamen  
magis placet , si legeremus , voluptatum , vel iniquas sensus  
voluptates . cum utrumque cum minima literatim muta-  
tione

MICHAELIS THOMASII

tione fieri possit. nam paulo inferius dicit, quæ omnes, &c. quæ non possunt refiri ad voluntatem in singulare numero. illud autem, quod legitur in libris impressis. quinque sensuum] mihi nullo modo placet; quia videtur nimis pueriliter, & magis scholastice dictum, quæ eleganter, aut grauiter.

C. xxii. 152.n. Religionem acceſſerint, ab aliquo imperio doctore, & ] habent libri impressi. cum ad Dei religionem acceſſerint, si non fuerint ab aliquo perito doctore fundati ] legendum est ex antiquo codice. sensus vero est hic, ut dicat: homines literatos, & politis literis imbutos, si, cum ad religionem accedunt, non habent doctorem religionis, qui præter ipsam religionem, sit quoque peritus, & literis imbutus, minus solere credere, quod despiciat simplicitatem sermonis sacramentum literarum, & simplicitatem sensus ipsius doctoris. in vulgari quidem lectione idem est sensus, verum oratio est inconveniens, atque obscurior, illud vero vocabulum fundatus, tametsi apud politissimos scriptores non reperiatur, eo tamen Iurisconsulti, ad quorum ætatem referri debet Lactantius, vtuntur: præclarosque illos antiquiores Iurisconsultos, fundatos in iure appellant.

C. xxiii. Pudicitiam flagitauit] legendum est ex omnibus antiquis codicibus. flagitare vero in hac significacione est, de stupro instantiis aliquam virginem appellare. qua significacione vtitur hoc verbo Vopianus in leg. ij. de priu. delic. ff. Item si quis ancillam alienam surripuerit, & flagitauerit vtraque actione tenebitur. quam verbi huius significacionem qui ignorabant, pro eo fugauit, vel profugauit, posuerunt, in libris tamen à Paulo Manutio impressis hic locus erat emendatus, & sine vlo afterisco erat impressum, flagitauit.

C. xxvij. Quod in exhortationibus suis Seneca] habent libri impressi. quæ exhortationes suas Seneca ] legendum est ex antiquis codicibus. est autem sensus, ut velit dicere, ea sententia, quam antea retulit, Senecam exhortationes suas conclusisse. quod adducit etiam Senecæ verbis ostendit.

C. xxv. 155.n. Bene bene ô mi nate ô Asclepius] habent libri impressi. bene beneominare ô Asclepiades] lego ex antiquo codice. illud autem bene beneominare perinde est, ac si dixisset, absit hoc ô Asclepiades: quod & exclamatio præcedens, & sequens oratio declarat: vbi docet impietatem esse putare Deum thure & odoribus placare. quod tu intellige, si his tantum, non etiam corde atque animo Deo sacrificemus. nam, sicut illa, sine hoc cordis & interno sacrificio Deo non placent; sic huic adiuncta valde placent, quia Deo non mente tantum, sed corpore, & instrumentis rebusque corporeis; cum etiam nos mente, corporeque contemus, oportet sacrificare de quo tamen latius hic non differit Lactantius, quia contra eos agebat, qui nullam

AD LIB. VI. NOTAE.

nullam curam in sacrificiis mentis habebant; omnia Thuri, atque odoribus tribuebant.

Huius enim sacrificium sola benedictio] erat in libris impressis. 156.n. cuius sacrificium est sola benedictio] lego ex antiquo codice. bettereditio vero hic appellat gratiarum actionem. Sic enim nos bene de Deo dicimus, cum eum laudamus, ei que gratias agimus, sicut saepe in psal. Davidis legitur. haec vero sunt verba Trismegisti, qui illa benedictione pro solo sacrificio posuit, in quo nihil dici potest contra Lactantium, qui alia sacrificia Christianorum, & hoc nostrum missa sacrificium, quod olim apud Christianos fuit visitissimum, præclare nouit. nam hoc ipsum missa vocabulum antiquitatee quandam latinitatis redolet, cum missa idem, quod missio significet: nam apud Cyprianum saepe remissam pro remissione legimus. missa vero dicebatur eò quod peracto eo sacrificio, missio populi fiebat. idemque nunc apud nos valerit: missa est, ac illud illicet, quod peractus sacrificiis gentilium, ab eorum sacerdotibus usurpabatur.

Reste verbo enim sacrificai] habent libri impressi. restè est, verbo 157.n. ergo sacrificari oportet Deo] legendum est ex antiquo codice. haec autem sunt verba Lactantii, qui ex dictis Trismegisti colligit, propterea recte verbo, nempe benedicendo, ut supra expressum sacrificari Deo, quia Deus verbum est, ut ipse Trismegistus confitetur, & saepe in eo dialogo, qui Asclepiades nominatur repertus. omnia quæ in hoc ultimo capite ait Lactantius de donis preciosis, de quæ sacrificiis, sic intelligentia sunt, ut referantur ad errorem gentilium, qui totam spem in illis rebus collocabant, nullo adhibito interno sacrificio innocentiae, & honeste virtutis, à nobis vero, cum aliqua ad tempora, & altaria ornanda adhibentur, non sic sunt, quod putemus illa esse præcipua, & sine illis nullum posse offerri sacrificium: sed adhibentur illa, ut honestus res sacra fiat, & populus splendore illo commotus, studiosius diuinam contempletur. esset etiam genus quoddam impieatis, si cum domus nostræ multis ornamenti abundant, templum Dei nudum, & omnibus ornamenti spoliatum esse paternum itaque quæ hic debacchatur Beruleius, quasi Lactantius omnino cuni ipsius consentiat, nihil facienda sunt, quia spectandum est contra quos agat Lactantius. & scire deberent homines isti, quo in loco huiusmodi externa ornamenta à nobis habeantur: ita euini contra nos de illis agunt, quasi nos illa, tāquam præcipua quædam nostræ religionis sacramenta habeamus. Verum, si qua in parte nimis videatur Lactantius in rebus huiusmodi exterris damnandis, ego nullius errores volo tueri, sed matris meæ ecclesiæ catholicae ac Romanae præceptis semper

psal. 102, 103.  
& 106.

MICHAELIS THOMASII

semper sum paratus obediere. possem de missa, & altarium, ac templorum ornamenti multa ex antiquis referre, sed cum Roffensis Episcopus, & martyr, Ioannes fabri, Demochares atque alij doctissimum viri propriis libris multa praclare contra istos nouos rituum ecclesiasticorum corruptores dixerint, inepte facerem, si illorum longas, ac praeclaras disputationes in hanc breuem notam redigere vellem.

MICHAELIS THOMASII AD LIBRVM VII. NOTAE.

C.j.158.n. *Tum etiam probabilibus argumentis, ut, eque clarum sit*] habetur in libris impressis. *tum etiam probabimus argumentum datum: cum claram sit*] habet antiquus codex. mihi cetera placent, sed pro illo probabimus retinco probabilibus, ut est in impressis, atque alii manuscriptis codicibus. vult enim dicere, se satis facturum esse huic disputationi de beata vita, cum testimoniosis diuinarum scripturarum, tum probabilibus argumentis, datum, id est, poetarum & Sibyllarum ex quibus multa citat in hoc libro:

159.n. *Clausis oculis quoquo modo larvam*] erat in libris impressis. *clausis oculis canino modo larvam*] lego ex antiquis codicibus. quod multo apriori est, quam si legeremus quoquo modo.

C.ij. 160.n. *Calore solis, aut lune lumine*] habetur in libris impressis. *calore solis, aut lune*] habet antiquus codex, & expungitur illa dictio lumine] quia luna opaca est, non luminosa. Sed contra eam lectionem antiqui codicis facit, quia calor non potest lumen convenire; cum sit magis frigida, quam calida. in altero vero codice sancti Salvatoris legitur, *aut calore solis, aut lumine*] ut referatur vitrumque ad solem, quam lectione sum sequutus.

C.v.161.n. *Cuius rei argumentum natura & ratio corporis prebet*] habetur in libris impressis. *cui rei argumentum natura ratio, & natura corporis prebet*] lego ex antiquo codice, quod ego sic intelligo, ut revertit docere, summum bonum esse constitendum in vita spirituali, quia nec malum potest in ea, nec finis repertiri. verba vero sic sunt coniungenda: cui rei, nempe, quod in vita spirituali sit summum bonum, argumentum prebet natura ratio, & natura corporis: nam natura ratio docet summum bonum non posse constitui, nisi in re perfectissima, atque aeterna: natura vero corporis, quae est fluxa, & semper tendit ad interitum, docet in eo non posse summum bonum collocari.

162.n. *Quia solus possidet pietatem hominis; qui Deum honorauerit, hoc afficit premio*] erat in libris impressis. *quia solus possidet, pietatem hominis, qua Deum honorauerit, hoc afficit premio*] habet codex antiquus.

AD LIB. VII. NOTAE.

tiquus, quod mihi valde probatur, tortumque hunc locum sic iudico esse intelligendum, antea tractauerat latissime de laboris, qui erant suscipiendo, ut vitam aeternam, assequetur, quod sanè vellem bene intelligi ab ipsis inertiibus nostris temporibus euangelistis, nunc vult docere, haec ipsa nostra benefacta esse a Deo, & ipsa præmio affici ab eodem.

Nam pietas, qua illa efficiuntur a Deo est, nos enim diuinæ gratiae cooperatores sumus: & tamen illa ipsa opera, quæ donum ipsius sunt, ipse dominus præmio afficit. ad primum referendum est hoc: nam quia nullus præter ipsum donare eam potest, quia solus possidet: ad præmium vero, quo afficit nostra bona opera, hoc alterum referri debet: pietatem hominis, quia Deum honorauerit, hoc afficit præmio.

Sitque apud Deum & cum Deo semper, nunc totam rationem brevi, C.v.162.n. sic leguntur haec continenter in omnibus bonis codicibus, ita tamen, quod cum incipit: nunc totam, est parvum spaciun indicans rei diversæ principium, sicut fere est in omnibus locis, ubi in plurimis libris impressis sunt capitula divisiones. ex illa vero longa oratione, que est inter asteriscos, ab illis verbis: neque nunc aliquis, &c. vsque, yeti Dei cultus est, in antiquis codicibus nihil reperitur. quia tota oratio plena est erroribus Manichaorum, hoc quidem fatidum est, illum Manichæum, qui hunc locum corruperat, ut suam heresim tueretur, fusisse ex illis, quos ait August. bene literatos inter ipsos fusisse, nam ipsa orationis elegatia ita accedit ad Lactantium, ut ex stylo vix cognosci possit, non esse hoc Lactantii scriptum. Verum hic locus visus est omnibus suspicitus propter asteriscos, quibus eum omnes impressores notant: quem fortasse sic notatum in suis exemplaribus repererunt. Verum in hoc, atque altero loco fuit iste Manichæus apertior, cum in aliis esset tecrior, ac callidior, ubi paucis verbis suam opinionem veneni plenam inferebat: quæ nos singularis locis, usi auctoritate codicum antiquissimorum, annotauimus; & quantum potuimus hunc auctorem ab ea peste liberauimus. reiecta vero illa longa oratione Manichæi, interea, quæ continenter sequuntur, & quæ antecedunt, sententia optime cohæret: nam prius tractauerat de creatione mundi, atque elementorum, & ad hominem peruenientem longa quadam & diffusa oratione: hic rem totam breui summa comprehendit, ut ad alia transeat.

*Quia desiderari a seipso non potest*] habet codex antiquus. quod C.vii.163.n. mihi placet. nam motus omnis ad finem, tanquam ad id, quod appetitur, tendit, quædammodum Aristoteles multis in locis docet. in impressis tamen legitur. *quia desiderari a seipso non potest*] in quo etiam optimæ sententia est.

MICH. THOM. AD LIB. VII NOTAE.

- C. ix. 164. n. Constat esse aliquid constans, & sentiens ac viuens] erat in plexisque libris impressis. *constat aliquid esse sentiens ac vigens*] lego ex vtroque codice. sancti Salvatoris, & dictio illa constans expungitur. nam oratio ipsa multo concinnior est, & dictio vigens, vt referatur ad vocem, & odorē de quibus antea dixit, aprior est, quām viuens, quae in plexisque libris impressis habetur. quāuis in libris Pauli Manutij erat correctum, vigens.
165. n. *Quoniam nec erit secundum naturam*] legitur in libris impressis. que non erit secundum naturam] habet codex antiquus, quod mihi valde placet. nam loquens de virtute, ait, illam, si ratio tantum corporis habendi esset, non esse dicendam secundum naturam. nam si anima interieret, cum virtus corpus debilitet, & variis molestiis afficiat, magis dicenda esset contra naturam, quam secundum naturam.
- C. xiiiij. 166. n. *Sicut fortasse chaldaei*] habent libri typis excussi. *secuti fortasse chaldaeos*] legendum est ex vtroque codice sancti Salvatoris, & illa dictio fortasse facit, vt hanc lectiōē probem. nam non est certum, vtrum eos fecerit Plato, vel non, cum potuerit alium habere suę opinionis auctorem. quod si legeremus sicuri, ea dictio fortasse omnino inducenda esset.
- C. xv. 167. n. *Admirabilis omnium*] erat in libris impressis. *admirabile somnium*] legendum est ex antiquo codice. nam de vaticiniis loquens, numerat inter illa hoc somnium, modo vaticinij ad Hydaspe editum. occasio vero erroris est manifesta. nam, s, quae est ultima litera admirabilis iuncta dictione omnium facit somnium & i, i, e, mirato habemus admirabile.
168. n. In hoc libro sunt multi errores Lactantij, partim à philosophis præsertim Platonicis, quos ipse voluit sectari; partim ab Origine sumpti: quos omnes monemus ab omnibus esse cauendos: nam inde in libris etiam antiquis reperiuntur, ad quos refutandos non opus est longa oratione, cum manifeste se ipsi ostendant.
- C. xx. 169. n. *Vt si plura & grana fuerint, bona, iustaque, detur ad vitam eternam*] sic est in vtroque codice sancti Salvatoris. quod mihi propterea probatur, quia illa vox iustificantur, non est latina, neque ea legitimus Lactantium vñquam vñfuisse. ex illis vero duabus vocibus *iustaque denir*] facile aliquis facit iustificantur, præsertim cum sententia non abhorreter.

Michae-

MICHAELIS THOMASII AD LIBRVM DE I.RA DEI NOTAE.

*Longe à Dei*] erat in libris impressis. *longe à veri perfectione*] C. i. 170. n. legendum est ex antiquis codicibus. nam hic vult probare cognitionem omnem veritatis esse à Deo. de cognitione autem Dei, hoc est de modo, quo Deus cognoscitur verbum nullum.

*Aut utrumque pariter detrahendum*] erat in libris impressis. *aut* C. iij. 171. n. *utrumque tribuendum*] habet codex antiquus. alter vero codex sancti Salvatoris habet. *aut neutrum detrahendum*] vtraque lectio idem significat, & est optima. quia, vt sint quatuor membra inuicem separata, non potest aliter quam aliquo illorum modorum legi: quod si legamus. *aut utrumque pariter detrahendum*] vt est in libris impressis, erit hoc secundum membrum, idem cum quarto, cum ait: aut neutrum tribuendum.

*Vtique si Deus non est, auctorem esse alterum necesse est*] legebatur C. iiij. 172. n. in libris impressis. qui locus sanè ab aliquo Manichæo corruptus erat. *Vtique si Deus est auctor malorum, esse alterum necesse est*] legendum est, ex antiquis codicibus. quae sententia dictio repugnat cum heresi Manichæorum, qui Deum faciebant auctorem malorum; ad quam tuēdam multa loca Manichæi in hoc auctore, vt supra docuimus, corruerāt. hunc etiam, quia tam aperte cum eorum opinione repugnabat, obscurauerat. est autem argumentum deducens ad absurdum, hoc modo: si per te, Deus est auctor malorum necesse est, quod aliis sit auctor honorum: & hic sanè esset melior Deo, & nobis esset notior: hoc vero est absurdum, ergo illud quod à te ponebatur, Deum esse auctorem malorum, est multo absurdius.

*Non minus quam illorum qui utrumque detrahunt*] sic est in antiquis codicibus, & sic omnino legendum est. nam si post utrumque non addas detrahunt, intelligi possit, eorum, qui utrumque Deo tribuunt, falsam esse orationem; cum tamen sit verissima.

*Aspera inquit, & angulata sunt & hamata*] habetur in libris impressis. *si aspera, & angulata sunt, & hamata*] lego ex antiquo codice. nam hæc tota oratio, est Lactantij refutantis errores Epicuri, ita, cum de altero membro dixisset, quod primordia illa non poterant esse levia, nunc agit de altero, docens non posse esse aspera, neque hamata, quia tum erunt secabilia. in impressis vero legitur, *aspera, inquit, & angulata*] ita, vt hæc videatur oratio esse Epicuri, quæ esse non potest. ita necesse est inducere eam dictiōē, inquit, & addere si.

*Denique si ex innibzibz suis que videtur; cur ignis nemo videt?* C. v. 173. n.

**det:** ] erat in libris impressis. deinde, si ex inuisibilibus sunt, quæ non videntur: conseq̄uens est, ut ex visibilibus sint, quæ videntur] lego ex vtroque codice sancti Salvatoris. nam Leucippus dicebat, res inuisibiles, vt sunt memoria, mens, ingenium, constare ex feminis inuisibilis. quo posito, argumentatur Lactantius argumento sumpto à contrariis: quod, si inuisibilius femina sunt inuisibilitas; visibilius semina debent esse visibilia, & continenter vrget; cur igitur nemo videret intellige, semina huiusmodi visibilia.

**276.n.** *Animalium fabricam tam subtiliter à non sentiente natura formari*] erat in libris impressis. animalium fabricam tam subtilem, tamque minabilem à non sentiente formari] legendum est ex antiquis codicibus. nam illa duo subtilem & admirabilem recte ad fabricam animalium referuntur: & naturæ nomen non est addendum, cum facile intelligamus de quo loquatur.

**277.n.** *Atqui potuerant atomi*] erat in libris impressis. *atqui debuerant atomi*] lego ex antiquis codicibus. nam dictio illa, debuerant, inducit quandam necessitatem, cur ea ab atomis efficienda essent, cum non sit eadem vis, si legamus, potuerant.

**C.xj. 178.n.** *Quod diuina vis, ac potestas si distribuatur in plures, diminuitur utique mortalis est*] erat in libris typis excusis. *quod diuina vis, ac potestas, si distribuatur in plures, diminui eam necesse sit: quod autem minuitur, utique mortale est*] lego ex vtroque codice sancti Salvatoris. quod quidem multo concinnius est, & habet illustriorem ac planiorē sensum. quia ex distractione probatur diminutio, quæ non potest cum immortalitate conuenire.

**179.n.** *Nec in uno regimine*] legitur in libris impressis. *nec in uno examine muli reges*] legendum est ex antiquis codicibus. quia antea posuerat exempla hominum, postea descendit ad muta animantia. itaque omnino intelligendum est de examine apum, quarum singula examina suum regem habent.

**180.n.** *Obitus simulacra*] erat in libris impressis. *obitus sepulcra*] habent codices antiqui, & recte, quia eos homines fuisse nihil clariss, quam obitus, & sepulcra demonstrare potuerunt. & conuenienter post obitus adiecit sepulcra. quod, si simulaclera legamus, non ita recte videntur posita esse, post obitus.

**C.xj. 181.n.** *cum diuinitatis intellectus quo differimus à bellis; in homine solo repetitior*] habent libri impressi. quia sapientia est diuinitatis intellectus, quo differimus à bellis: in homine solo repertii iustitia quia nisi etc.] habent meliores codices manuscripti, qui locus, quamvis sic paulo obscurior, tamen habet veram, optimamque sententiam, vult ergo ostendere, sapientiam, & iustitiam, quæ sunt in nobis, manare à Deo, & ita religione conferuari. ait autem, propterea sine religione non posse constare sapientiam; quia sapientia est diuinitatis intellectus: hoc est, ille sapiens dici

dici debet, qui diuinitatem intelligit, aduertendum vero est, non hic agi de intellectu, vt est facultas quædam animæ, sed accipitur intellectus pro actu ipso intelligendi. quo quidem intellectu differimus à bestiis, quia sumus capaces intelligentie diuinitatis, quod illi nō sunt, & post illam vocem, bellus, ponenda sunt duo puncta, & deinceps legendum: *in homine solo repertii iustitiam*] & repetendum est verbum illud, diximus. nam hic voluit breui repeteret ea, quæ superius fuissemus disputauerat: & propterea paulo obscurius fuit loquutus; elici tamen bonus sensus potest. Verum si quis ex aliquo codice antiquo vocem aliquam adiungeret, quæ planiorē orationem efficeret, mihi tanq̄ probaretur: Antonio Augustino, quem honoris & familiaritatis causa s̄p̄ius nominō, locus hic manus videretur, qui retenta lectione veterum librorum in priori parte, facile restitui potest, si in altero membro legamus, in homine solo repertit iustitia, quæ lectio mihi quoque probatur cum viuis tantum literis à duabus dictiōni bus subtractione aprati possit.

Adeo & *in ipso ira est, & gratificatio*] erat in libris impressis. **C.xvij. 182.n.** adeo & *in ipsa ira inest gratificatio*] habent libri antiqui. nam, cum antea docuiſſet, Deum saepe flagitosos nocentesque de medio tollere, vt bonis consulat, recte ex hoc colligit, adeo & in ipsa ira intellige, contra malos, inest gratificatio, erga bonos scilicet.

*Ac vigorem capiant de quiete. quies igitur*] erat in libris impressis. **C.xvij. 183.n.** *ac vigorem capiant. denique requies*] legitur in antiquo codice. nam capere vigorem de quiete, latine non dicitur. ex his autem, denique re, facile potuit fieri, de quiete, cui postmodum addita est dictio, igitur, ut aliquis sensus elicereetur. hæc fuit occasio erroris, sed lectio antiqui codicis omnino retinenda est.

*Superius diximus iniusta*] lego ex antiquo codice, quia reuerat **184.n.** talis est, & cum infra loquatur de ira iusta, recte hanc iniustam iram hoc in loco nominauit. in libris tamen impressis deest illa dictio, iniusta.

*Dum iis quos odio habent irascuntur, qui paribus*] erat in libris impressis. **C.xvij. 185.n.** *paribus, dum iis quos odio habent irascuntur: ergo etiam non peccantibus* **185.n.** *irascuntur, etiam paribus*] legendum est ex antiquis codicibus. nam recte, cum iustum iram dixisset, quæ contra peccantes concipitur, nunc iniustam iram dicere esse, quæ etiam contra non peccantes irascimur, causa vero erroris & omissionis tot verborū fuit, quod, cum irascuntur, ybique esset scriptum, non respiciens scriptor ad primum, cœpit à secundo.

*Propter fragilitatem: non ideo intelligere debemus*] erat in libris impressis. *propter fragilitatem intelligere debemus*] legitur in vtroque codice **C.xxi. 186.n.**

habent libri impressi. ut quemque locum decebat, ut que solida essent  
conclusa regerentur] lego ex viroque codice sancti Saluatoris.  
illud vero, ut quemque locum decebat, intelligendum est, ut  
crura, & brachia cinxerit solidioribus quibusdam musculis,  
quia sic opus erat ad motu; costas vero molli carne, & abdo-  
mine, quia sic opus erat, ut stomachus foueretur. ut qua  
solida essent, id est ossa, conclusa regerentur. quod si legas, ut  
est in libris impressis, nullus est sensus huius loci.

198.n. *Innumerabiles animantium perferat varietates*] habent libri im-  
pressi. *Innumerabiles imaginis praferat varietates*] lego ex antiquis  
codicibus. nam varietates maxime cernuntur in imagine: &  
perferat, nihil significat, quod ad hanc rem possit pertinere,  
sed legendum est omnino, præferat.

199.n. *In suo genere & specie*] habent libri impressi. *in sui generis spe-  
cie*] lego ex antiquo codice. est autem sensus, ut in exemplis,  
qua ipse afferat de elefante, & camelo, dicamus, illa specie  
brutorum nihil mutari posse.

C.viii. 200.n. *Ei repercuſu retenta foramina ipſa conueherent*] habent libri typis  
excusſi. *& repercuſu retentam foramina ipſa combiberent*] habet vter-  
que codex sancti Saluatoris. quia vox in orificio aurium ex-  
cipitur, & per cauos sinus aurium repercutitur, quam tadem  
foramina illa æterna combibunt, ut ipse ait. quod quidem  
illa, qua continentur de vocibus hauriendis dixit, demon-  
strant.

201.n. *Ad viſum inutiliſ ſieri poterit*] erat in libris impressis. *ad viſum  
inutiliſ ſieri poterit*] habent meliores codices, & sic legendum  
est. nā utile, vel inutile dicitur aliquid ratione viſus, cui aptū  
est, vel inceptum. ad viſum vero inutile latine non dicitur. ad-  
di vero unica litera ab imperito scriptore facile potuit.

C.ix. 202.n. *Curilli fallantur*] erat in libris impressis. *cur oculi fallantur*] ha-  
bet vterque codex sancti Saluatoris. quod mihi probatur,  
quia antea & post loquitur de errore oculorum; & nititur  
declarare rationem, cur oculi fallantur. quod si legas, cur illi  
falluntur, referendum est ad Epicurus, quorum tamen in  
haec nulla proprieſt facta mentio.

C.x. 203.n. *Deutes autem ipſos mirabil modo per ordinem fixos*] hasce quartuor  
dictiones postremus addunt codices illi duo sancti Saluatoris, qua optime cum tota oratione conueniunt.

204.n. *Extantium lacertorum vigens robur*] habet vterque codex sancti  
Saluatoris, nam, extantum, non bene referri potest ad robur.  
& de lacertis hominiſ loquens, non dixit, ingens robur,  
quod potius leoni, vel tauri, quam homini conuenire.

205.n. *De quaquinque materia odoris captio decerpit*] habet libri impressi.  
de quaq. materia odoris captio decerpit] habet vterque codex sancti  
Saluatoris. est vero sensus, ut doceat saporem incenarrabili-

modo

modo penetrare ad sensus, eadem ratione, qua odor capitur  
sive villa parte rei odorabilis. captio vero noue hic sumitur  
pro ipso actu capiendo, cum alias potius ad fraudes referatur.

Maturius funditus] erat in libris impressis. maturius funditus]  
habet codex antiquus. alter codex sancti Saluatoris, habet  
manus funditus] itaque non funditur, sed funditur legendum  
est. maturius vero fundi non video, quid possit significare.  
fundi vero in diuersum manus potest dici de pollice, quia  
habet neruum ab aliis quatuoſ digitis separatum, & à vola  
ipsa, quam hic appellat manum; cum tamen alij magnam  
quamdam coniunctionem habeant, ut si vnum moueas, vix  
possit alius non moueri.

Sed unus ad manus carnem necitur] erat in libris impressis. sed  
unus ad manum connectitur] habet antiquus codex, quod mihi  
tanquam multo aptius dictum valde placet. nam illud ad  
manus carnem necitur, neque apte dicitur, neque verum est,  
quod articuli ad carnem nestantur, quia aliis ossibus nestantur.

Ad os quoque iter patet] erat in libris impressis. ad os quoque in-  
ter patet] habent plerique codices antiqui. interpretare vero C.xi. 208.n.  
dixit, quia non recte tendit ad os, sed ad narē. ad os tamen  
patet aliquantulum, & habet ad ipsum aliquem meatum.  
hoc cum non intelligeret scriptor, fecit iter patet quod plane  
nihil significat, quod ad rem facere possit.

Tantum patet, nec procedens ex eo spiritu efficere vocem sine lin- 209.n.  
gue ministerio posset] haec addit vterque codex sancti Saluatoris,  
& sanè recte, nam si non praecedenter non recte colligetur  
quod adjungit: aperuit igitur viam voci, &c.

Sicut sunt nerii bene intenti ad confirantem sonum] erat in libris  
impressis. sicut nerii bene intenti confirantem sonum] habet vter-  
que codex sancti Saluatoris. & intelligendum est, efficiunt:  
qua oratione rectissime intelligitur harmonia, quam Aristote-  
lenus dicebat esse mentem; & omnino expungenda sunt  
duæ illæ voces, sunt, ad.

Circa hoc opus] erat in libris impressis. circa hoc opus] legen- C.xx. 211.n.  
dum est, quasi dicat: homo post emissionē illam nihil aliud  
facere potest, sed in eo sistit. animam vero suo tempore Deus  
infundit.

Quo vitam potest adipisci. magna est enim vis hominis, magna ratio, 212.n.  
magnum Sacramentum] haec leguntur continent in antiquo  
codice, & desunt omnia, quæ interposita sunt, fuerunt au-  
tem illa adfixa ab illo eodem Manichæo, qui plura loca  
horum librorum, quæ supra annotauimus, corrupserat. nam  
res ipsa indicat, hunc sermonem esse, quasi centonem quen-  
dam male assurum, in quo etiam non eadem elegancia vfu-  
sti, qua in alijs locis. quod si recte consideres non potuit  
q. 3 inclius

M I C H . T H O M .

melius connecti illa oratio , quam ut post illam periodum ,  
hoc enim cōcessō , &c. continenter sequatur; magis ēst enim  
vis hominis , &c. vbi mentio est eiusdem sacramēti; quo  
Christo nos per baptismū addicimus. ita , vt si illa dux  
clausula tam longo spatio diuidātur, sicut facere voluit ne-  
quam ille Manichaeus , oratio ipsa futura sit ineptissima , &  
non congruens modo scribendi Lactantij.

<sup>213.n.</sup> Nam ipse homo] erat in libris impressis. nam mens hominis] le-  
go ex antiquo codice. quia hic de mente disputatur. & reue-  
railla est, quæ neque tangi, neque aspici potest. cum ipse ho-  
mo, & tangatur, & conspicatur.

<sup>213.n.</sup> Ex pectoratione libri de opificio Dei appetet, prius hunc  
librum fuisse scriptum , quam illos septem libros contra  
philosophos. quia hic pollicetur illam disputationem lon-  
gissimam, atque elegantissimam contra philosophos. quam  
postea illis septem libris semper apud posteros victuram,  
consignauit.

M I C H A E L I S T H O M A S I I . A D .  
E P I T O M E N L A C T A N T I I N O T A E .

<sup>C.i.214.n.</sup> Post Deum agnouerunt nec culum eius legemque tenuerunt.] addit  
codex antiquus, quod bene & conuenienter additū videtur.

<sup>215.n.</sup> Si indicabit, iustus utique, &c.] priores duas illas dictiones ad-  
dit codex antiquus, quæ necessario additæ sunt.

<sup>216.n.</sup> Intelligens & arguta, non sapientia] lego ex antiquo codice, ut  
expungantur illæ dictiones, sed argui videatur quia] nam pertur-  
bant orationem, & sunt additæ, quia vox arguta , non satis  
fuit intellecta.

<sup>217.n.</sup> Non potest igitur, neque stulto infititia, neque iniusto sapientia] lege-  
num ei ex codice antiquo . neque enim potest nullus sensus  
constare, nisi illa verba non potest] adiungantur.

<sup>218.n.</sup> Et est omnis terra sub potestate ipsius] erat in libris impressis. cum  
omnis terra in ipsis si potestate ipsius] legitur in antiquo codice. quod  
multo aptius est, & concinnius: imo ex vulgari lectione vix  
potest nullus sensus elici.

<sup>219.n.</sup> Aut extra hominem sunt . hoc sacrificium non est, nec quod ex area] erat in libris impressis. extra hominem sunt, inepta, fragilia, ingrata  
sunt. hoc est sacrificium verum, non quod ex area] habet codex anti-  
quus. quam lectionem, qui quis intelligere potest, quanto me-  
lior sit, quam ea quæ in libris impressis habetur. neque vero  
abutantur hoc Lactantij dicto haeretici ad tuendas insanias  
suas , quibus omnem externum cultum ab ecclesiis auferre  
conantur: nam Lactantij hic cum gentilibus agit, qui om-

A D E P I T . L A C T . N O T A E .

nem spem suam in his collocabant. nos vero, hoc est catho-  
lici, & ceremonias ecclæsticas magnificamus, & tamē non  
in his tantum, sed in diuina gratia, vita que puritate, & ma-  
gnarum virtutū exercitatione spem totā nostrā collocamus.

Vinculum dissoluitur est, quod ab ignorantiā veri Dei, &c.] habent C.ii.220.n.  
libri impressi. dissoluitur est, ab ignorantia veri Dei nascitur] legen-  
dum est testimonio antiquorum codicum. in qua oratione  
sensus est optimus, & apertissimus, cum ex ea, quæ est in li-  
bris impressis nihil intelligi possit.

Diceremus, ut errore vita prioris abiecto simul cum ipso Deo nosmet-  
ipso, quos impetas disassocuerat, diceremus] sic habet codex anti-  
quus . quod quantum conueniat cum re , quam tractat,  
qui quis intelligere potest . causa vero erroris fuit, quod scri-  
pтор ad secundum, diceremus, respiciens, omisit illa, quæ in-  
ter vtrumque erant interposita.

Inde illicita nuptia] habent libri impressi. inde illiciti amores] le-  
gendum est auctoritate antiquorum codicum. nam quamuis  
in nuptiis peccari facile posset, tamen si nuptiæ sunt, illicitæ  
dici non possunt.

Et suasionibus] erat in libris typis excussis. & suavitatis] C.iii.223.n.  
legendum est ex antiquis codicibus . suavitates vero possu-  
mus intelligere vel respectu cantus ac musices, vel respectu  
iocorum, qui ab hominibus facetus proferuntur . de quibus  
paulo inferius ipse Lactantius ait: qui autem rapitur auditu,  
vt raseam de cantibus, qui sensus intimos, ita sœpe deliniunt,  
vt etiam staurum mentis furore perturbent; compositis certe  
orationibus, numerosisque carminibus, aut argutis disputa-  
tionibus ad impios cultus facile traducuntur. suasionibus, ve-  
ro legi nullo modo potest, quia nihil significat, quod ad vo-  
luptatem aurium referri possit.

Sed dubia] erat in libris impressis. sed dulcia] legendum est, <sup>224.n.</sup>  
quia antea de sermonis elegantia dixerat, & postea etiam de  
eadem tractat: præfertim, cum nemo sit, qui dubia querat; &  
esset insanus, qui ea se cœteratur.

Vita nostra multitar] erat in libris impressis . vita nostra mu-  
nitur] legendum est testimonio codicum veterum . nam lo-  
quitur de tutela, & præsidio hominum in pace degentium.  
quoniam enim leges sceleratos puniant, ramen hoc faciunt,  
vt bonorum vita muniantur. & sic legendum esse demonstrant  
verba illa, vita nostra, id est, vita ciuium in pace degenerium.

Et hoc ut scelus vindicent] habent libri impressi. & hoc sit vo-  
luptas, quod scelus vindicatur cedibus] habet codex antiquus, ex  
hac vero lectione, ac vulgari effeci hanc , quam iudico esse  
aptam & concinnam. & hoc sit voluptas, quod ut scelus vindicent]  
illud enim ut scelus vindicent] sumpli ex vulgati lectione & ex  
dictione

di<sup>c</sup>tione cedibus facile potest fieri legibus , muratis tantum  
c. in l. & d. in g. quæ literæ pro vario vsu scriptorum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>  
solent esse valde similes. quod si hæc mutatio non placet, ea  
dictio facile potest omitti. lectio tamen antiqua per seipsum  
aptam sententiam continet.

227.n. *An non minus corruptela disciplinarum est ] erat in libris impressis. nam minus corruptelarum disciplina est ] legendum est, quibus verbis minimum, de quo tractat, vere definitur.*

228.n. *Sed nec iustione ] legitur in libris impressis. sed hac iustione ] legendum est auctoritate antiquorum codicum. hæc vero ius-  
tio intelligitur de p<sup>r</sup>æcepto non occidendi. cōtinenter enim post illa verba narrantur multa , in quibus hoc p<sup>r</sup>æceptum locum habet.*

229.n. *Si mendacium nocet ei ] habent libri impressi. si falsum testimonium mendacio nocet ] habet codex antiquus, nam cum de falso testimonio coepit loqui, de eo aliquid dicendum fuit; cuius occasione postmodum de mendacio quoque tractat.*

230.n. *Non est vir iustus qui non sine noxa virtuoso sermone, &c. ] erat in libris impressis . est ergo vir iustus, qui non etiam sine noxa in ontofo sermone menitur ] habet codex antiquus. mibi placent omnia, nisi quod velleme negatione esse in principio. non est ergo, &c. ] nam in medio posita perturbat totam orationem, p<sup>r</sup>æsternit, cum hic potius tractet de vitiis , quibus vita hominum inquinatur, quam de virtutibus; quod ipse paulo inferius clare ait. & vide, quæ fuerit sententia Lactantij de mendacio, quia omnino consentit cum Augustino*

C.v.231.n. *Impertiamur. si quis nudus occurrit vestiamus ] addit codex antiquus, quod optimè additum est: quia in sacro euanglio cura vestiendi nudos in primis misericordia operibus ponitur, quæ non recte hic omisla videretur.*

232.n. *Magnanim opus est ] habent libri impressi. magnum misericordie opus est ] legendum est ex antiquis codicibus. nam hic non de magnitudine animi, sed de misericordia susceptra est disputatio.*

C.vi.233.n. *Deo est, vt cum angelis suscipiat peccatorem confitentem, quem in regni, &c. Jerat in libris impressis. legendum est ex antiquis codicibus; Deo est, qui cum magis suscipiat peccatorem confitentem, quam iustum superbum: quanto magis iustum suscipiet confitentem eumque in regni, &c. ] quæ tota oratio, quam concinna sit, & quantum cu susceptra disputatione cōueniat, qui vis potest intelligere.*

234.n. *Possent sequentia prouidere, qui scientiam nullo modo habeant ] erat in libris impressis. possent sequentia prouidere, qui summam nullo modo habebat ] lego ex codice auricu. sensus vero est: vt dicat eos, qui ignorabant summam, id est Deum, & eius prouidētiā, nullo modo potuisse videre sequentia: hoc est , hominis,*

atque

C A R M I N A, quæ in libris impressis Lactatio attribuuntur, in nullis antiquis codicibus inueni. & Phœnicis carmina, Lactantij non sunt, quamus sint ab elegantissimo aliquo poëta scripta, quem tamē certo credo non fuisse Christianum. Nam Phœnicem nominat solis sacerdotem, & sic de nemore illo loquitur, & de Phœbo, tanquam ille re vera sit Deus, & habeat nemus illud charissimum, ac sibi dicatum, carmina illa de resurrectione siue de Pascha, quod ad elegantiam spectat, cum illis Phœnicis comparari non possint, & ex ipsis appareat manifeste non eundem fuisse eorum aucto-rem: hæc vero inter opuscula Venatiij Fortunati, poëtae Christiani, quæ sunt in bibliotheca Vaticana, ab optimo & literato viro Antonio Girona admonitus, inueni. de quibus postmodum aliqua annotabo. illius tertii poematis, de passione Domini, nullum vestigium vsquam inuenire potui, in quo tamē non multi errores reperiuntur: ita ut diligenter

q 5

tia

tia emendationis in eo non valde fuerit necessaria.

<sup>243.n.</sup> In Phcenice in illo disticho erat prius:

Ac ve*m* Agrestes cum filo ad saxa tenentur  
Mutari pennæ papilio solent.

Admonuit me vir doctissimus Didacus Couarunias nunc Episcopus Segobiensis, vt in secundo versu loco pennæ scriberem, tineæ, quod mihi valde probatur, nā tineæ sunt vermes illi, ex quibus serici papilio[n]es nascuntur. hoc vero in loco videatur poëta imitari voluisse Ouidium, libro ultimo Metamorpho, qui de hac eadem mutatione sic ait:

Quaque solent canis frondes intexere filis.

Agrestes tineæ, res obseruata colonis,  
Ferali mutant cum papilio[n]e figuram.

Ac sane non dubito, quin pro illo nomine, pennæ, legendum sit, tineæ, sed in priori versu illa filo ad saxa tenentur, videatur mihi non satius cum recipia conuenire, cum fila illa potius ad frondes, vel ad ramos ducantur, quam ad saxa, propter ea puto potius legendura taxa, quam faxa.

<sup>243.n.</sup> In carminibus resurrectionis, quia aperte inueni, cuius illa essent, mutauit totam inscriptionem, & eam ascripsi, quæ est in illis opusculis: Venantij honori, &c. quæ sunt in bibliotheca Vaticana, ex quibus multa in libris impressis emendauit, multa tamen reliqui, quia melior mihi visa est lectio vulgaris, quam illa codicis Vaticani, est enim ille codex valde corruptus, tamē est, qui eum iuuare possit, qui eo cum iudicio vratatur. & sane sic faciendum est eis, qui hanc curam emendandi veterum auctorum libros suscipiunt, ut s̄pē ex pluribus malis codicibus unicum optimum efficiant.

<sup>244.n.</sup> Distichon quod est in principio poematis:

Salve festa dies toto venerabilis aeo  
qua Deu*m* infernum vicit, & astra tenet.

Auctoritate codicis Vaticani mutauit, vt esset post viginti disticha, quo sane in loco esse debet. nam ante nihil de passione, vel resurrectione Christi dicit; sed ver ipsum, ex multis propriis naturæ sua bonis commendatur. postquam vero facta est mentio resurrectionis, recte illud additur: Salve festa dies, &c. cui disticho recte etiā illud continēter adiungitur.

Nobilitas anni, mensum, lux alma diem,

Horarum splendor, stridula panitia fuent.

Nobilitas enim legendum est ex codice Vaticano, vt laus aliqua illi diei quem laudare vult attribuatur, cum ex mobilitate, vt erat ante, nulla laus ad diem aliquem accedere possit, quia hoc est omnibus commune. Legendum quoque est, stridula puncta, in secundo versu, vt omnia ad diem referantur, aliqua alia in his carminibus mutauit, quæ tamē, vt arbitror, melio-

meliora feci: quod quiuis nostrum librum cum aliis conferens, intelligere poterit.

In hoc poēmātē ex illo codice addidi decem versus, qui <sup>245.n.</sup> optimè cum recipia conuenient, & declarant cur illa carmina ad Felicem Episcopum Venantius scripsierit, qui sane Felix nullus est Romanorum Pontificum, sed fuit aliquis ex primis illis Saxonum Episcopis. Nam saxones cum à Carolo Magno victi essent, religionem Christianam suscepserunt: ex Romanis vero Pontificibus ultimus, qui nomen hoc Felicis habuit, fuit Felix iiiij. qui multo ante Carolum Magnum vixit, illos vero decem versus propterea iudicauit addendos, quia optimè cum re, de qua agitur conuenient, & quia in fine poematis additus erat numerus versus cx. ita ut omnino decem ad explendū numerum decessent.

in omnibus his libris multo plura sunt à nobis mutata, quod quidem non sine magna ratione, & auctoritate veterum codicium fecimus, ad quæ singula, ob multitudinem nullas notas fecimus: sed tu nostrum hunc librum cum aliis conferens, experieris, quanto sit hic aliis emendatio, ac melior.

Has notas diligenter examinatas, dignas esse queri, pū committantur iudicamus: Louanij Calendis Septembribus. I 5 6 8.

Augustinus Hunneus.

# INDEX NOMINVM,

ET RERVM IN LACTANT.

- A**
- Abortus 524.15
  - Academia 133.32
  - Academiae Arcesilas conditor 131.17.
  - Academici nō credunt. 13.6.8
  - Academicorum ignorantia 133.14.135.4
  - Academicorum incerta. 12.31
  - Academici liberi 94.27
  - academia philosophiae iugulatrix 129.11
  - academici, & Socrates 129.11
  - accius Nautius. 90.31.120.8
  - accusare 367.31.
  - acesta vrbs 65.18
  - acfestes. 65.30 Achilles 66.9
  - acies 508.14
  - adulatio 538.26
  - adulter 375.27
  - adulteria 375.6
  - adulterium Martis, & Veneris 23.15
  - adulteriū cōtra naturā. 24.23
  - aēris amplitudo 11.9
  - aēr conceptus ore , deferuefactus in pulmone , tepefactus in corde, diffusus in corpus anima est 523.33
  - aēr de quo Deus ortus 11.7
  - aēris receptaculum 512.25
  - aēr verberatus vox 519.31
  - æacus 430.28
  - ægeum mare 32.25
  - æger delirans 164.15.456.3
  - Aegyptus 14.22
  - Aegyptus aēr 115.24
  - Aegyptiorum anni 114.6
  - Aegyptiorum Dij & ritus 54.1.115.27.173.13.207. 12.307.25
  - Aegyptus, & Io bos 27.16
  - Aegyptus, & Isis 39.22. 58.10
  - Aegyptia Iudæorū servitus, & liberatio 206.27. 418.19
  - Aegyprus, & res frumentaria 418.15
  - Aegyptiorum regnū. 420.4
  - Aeneas 40.1.48.9.65.18. 249.27.280. 5
  - Aeolicū gen' sermonis. 15.21
  - æther 33.10
  - æther Deus suminus 13.1
  - æsculapius 39.10.79.12. 120.16
  - æsculapius in cælo 41.29
  - æsculapius Epidauri 92.28
  - æsculapio Gallus immolandus 173.17
  - æsculapij lucus 92.4
  - æsculapius medicus 46.33
  - æsculapius Messenius 23.5
  - æsculapij mors 23.1
  - æsculapij ortus 22.32
  - æstas 102.28.109.5
  - æternum 360.24.409.32. 410.1.523.14
  - æternitas 35.1.
  - ætna 59.1.166.24.
  - affectus 347.30.351.28. 352.9.353.5.13.17.357.
  - affection tres, vi furia. 534.14
  - affectuū humanitas. 358.24
  - affection loci 352.23
  - affect. ratio. 447.30.477.24
  - affection vſus 354.33
  - aficanus Ennij 48.21.25
  - agamemnon 66.8
  - agatho-

- I N D E X.**
- agathocles 57.28 anima & lumen 523.26
  - agesilaus Pluto 28.26 aias à Magis videri. 415.13
  - aglaosthenes. 33.15, aiax. animarum migratio. 414.4
  - albunca Sibylla. 16.18 (66.9) anima mortalis. 336.7:402.7
  - alcibiades 17.1.21 animam morte ſopiri. 525.4
  - alcmena 21.12 animi officium 74.30
  - Alexander 92.10 animi opera 409.5.11
  - Alexandri ætas 21.8.20 aia ortus. 112.4.166.13.19
  - Amazon 21.3.2 aia patibilis. 427.30.432.11
  - Amalech 228.6. animæ periculum 379.16
  - Amalthea Sibylla 16.3 animū quietē nō capere. 473.
  - ambitiosi 342.30 animus rector 461.13.10
  - ambraciotes Cleombrotus ambrithyo 167.12 14.431.33.438.11
  - ambrithyo 24.17 anima sanguis 523.16
  - anacharlis 181.23 animæ non solutio, sed separa
  - anaximenes 12.33 tio. 413.32.414.2.15.415.10
  - anchifex 40.4.46.9 animum ſomno ſopiri. 525.4
  - ancyra 16.18 anima ventus 523.16
  - angeli spiritus 104.18 animalium brutorum muni-
  - angelorum metus 428.30. menta 393.27.490.30
  - anceris. 181.20 animalium brutorum ortus
  - anima. 104.14.111.17.112. 20.29.108.27.32. 110.11
  - 29. 410.19. 412. 14. 19. animaliū brutorū ſens. 366.3
  - 470. 26 animaliū brutorū vſus. 467.2
  - anima, & animus. 524.26.33 annales Samiorum 16.2
  - animus. 70.6.146.27.147.1. annales Pifonis 15.30
  - 11.315.8.393.19. annis mille post cōmune iu-
  - anima aēr 523.33. dicum quid accidet. 433.
  - animi bona 478.19
  - animi bona, & corpor. 389.7 aīæ & dei ſimilitudo. 523.31
  - anima à Deo 526.23
  - anima harmonia 415.21. 522.19
  - animus humanus ſolus virtu-
  - ris capax 407.20 Antonius M. 28.31.154.16
  - anima ignis. 112.29.523.16 Antonius M. Cos. 42.18
  - anima immortalis. 164.33. Anton. M. ſcleratus Deū Iu-
  - 166.6.169.2.402.4.405. lium Cæſarē appellat. 42.15
  - 27.406.11.409.6.411.22. Anthropiani 256.33
  - 414.7.478.24 apes 143.26.452.6
  - animi immobilitas. 358.33 apes ad os Louis pueri. 64.31
  - anima incolunai mens extin-
  - cta 525.3 apis bouis caput 207.15
  - apollo 40.10 apollo

## INDEX.

- apollo æsculapij pater 23.7  
 apollo Deus maiorum gen-  
 tium 42.5  
 apollo Dei minister. 18.1.18.  
 apollo Delphicus. 17.28 (30)  
 apollo flagitosus 22.32  
 apollo harmonia mudi. 19.5  
 apollo homo 20.14  
 apollo Milesius 21.5.3  
 apollo Smyntheus 19.3  
 apollinis vates 25.1.3  
 apollodorus Erythræus. 15.31.  
 apollonius. 265.4 (483.4)  
 apollonius; quasi Hercules 265.29  
 apostata 25.6.9. 13.33  
 appius 363.7  
 appius Claudius cœcus. 91.2.8  
 apuleius 265.5  
 aqua Deus 85.18  
 aqua, & igni exilibus inter-  
     dici 104.18  
 aquæ interitus 384.1.1  
 aqua, ex qua orta, & formata  
     omnia 12.24  
 aqua pecudum. 85.20.10.31  
 aquæ rores 45.8.12  
 aqua stagnans 358.29  
 aquæ vitreus orbis plenus. Belus Deus 66.4  
 aquæ viria. 547.29 (45.8.6) assyriorum regnum 420.5  
 aquæ visus 85.20. altra 527.8  
 aquila in auspicio 33.17  
 aquila in capite Iouis 33.19  
 aquila Ganymedis 27.10.  
 aquila regnū portedit. 33.19  
 arabia 115.8  
 arabia Chanaan 115.9  
 aratus 33.14  
 arcifilas 131.17.133.23  
 archimedes 84.7.  
 architectus 501.8  
 archytas Tarentinus 477.1  
 arcopagitæ 265.2  
 argi mors. 14.21 (64.25)  
 argonautæ. 11.1.22. 24.25. atlas 32.19.

atemo-

## INDEX.

- atomorū semina. 163.14.455. belus. 66.4 beli ætas. 66.7  
 31.456.8. 17.25.457.10.29. beneficentia 487.6  
 atticus T. 42.1.52.13 bithynia 261.31  
 auaritia 534.18.535.19 bona Dœa 63.28.172.6  
 auentinus mons 32.26 bona Dœa mors 63.31  
 auguria 90.29 boni & mali ratio 352.5  
 augur accius 90.31 bos Iō 27.16  
 augusti castra capta 92.31 boues Herculi immolari. 60.  
 augusti medicus 92.28 brachia 510.33 (21  
 aulatia 33.22 brutus. 420.27 butes. 46.9  
 aures 501.23.505.11.21.25 C  
 aures plus quam oculi. 142.2 Cabyrus. 39.23 Caca Dœa.  
 aureum amiculum Iouis Cadmus 41.8 (55.5  
     Olympij 79.9 C. Cœsar. 167.24. L. Cœs. 42.  
 aurea barba æsculapij 79.11 Cœsar Augustus. 92.26 (20  
 aureum caput bouis 207.15 C. Cœsar Pôtifex Max. 15.15  
 aurea columna 27.8 Cœsares consecrati 32.15  
 aureus imber 27.8 callidus 299.2 calliphon  
 aureum fœculum. 31.22.23.12.386.19 calor 103.21 (135.27  
     21.273.31.274.12.386.19 calor vitalis 111.30  
 ausus Iesus Naue 228.4 canina facundia Cicer. 363.6  
 auspicia. 90.29 autolicus. canino lacte nutritus Aescu-  
 autumnus 102.29 (66.3 lapius 23.4  
 B Belus 66.4  
 Babylon 16.29  
 Babyloniorū, & Assyriorum  
 Belus Deus 66.4  
 Babylonius rex 200.5  
 Babylonia seruitus iudeorū 200.6.207.32  
 Baptismus 398.2.  
 C. Bassus 63.23  
 beatus 308.33  
 beati, & miseri. 408.28.409.1  
 bebius Cos. 63.2 335.4.10  
 bellice rei præcepta in officiis  
 bellona virtus. 57.33 (330.6  
 bellū Ciuiile Brutianū. 92.27  
 bella pro feminis 175.2  
 bellum Iouis cum Titanibus  
     24.12.33.16  
 bellum latinum 91.5  
 bellum macedonicum 91.8  
 bellum punicū. 420.18 (32  
 bellū Troianū. 199.31. 204. castor. 23.14.39.9  
     castor in cælo 41.26  
 castor. mors, & Polluc. 23.16  
     castor,

## INDEX.

- castor, & Pollux 23.15 certamen anceps 363.20  
 Catilina. 169.19 Cato. ibid. certorum, & incertorum ar-  
 M. Cato 330.21 guimenta 448.8  
 M. Cato Vticēsis. 167.20.27 ceruix. 510.32 Chaldaei. 416.  
 Catonis Vticēsis mors 166. Cham 115.3 (20  
 Q. Catulus. 483.11 (26 Chanaan Arabia 115.9  
 causa adulterij 375.6 Chaos 11.24.94.2  
 causa animantiū mundus, & Chartilago 499.27  
     hominis animantes 393. Chiron 23.4  
     6. 10 Chloris Nympha 51.23  
 caucasus 108.4.282.17 Chretus 202.22  
 causa certaminum 147.8 CHRISTVS 202.19.212  
 causa dæmonum coléどrum 26.3.213.2.224.11.226.  
     120.33 2.228.10.426.9  
 causa Deorū appellandorum G H R I S T V S δημωργός τοῦ  
     47.15 θεοῦ 201.30  
 causa erroris de tam multis CHRISTVS σύμβολος τοῦ  
     Duis 9.24 θεοῦ 201.30  
 causa Dei cōtemnendi 69.9  
 causa I E S V aduentus. 209.  
     10.21.2.10.31. 213.28.  
 causa incommodorum Chri-  
     stianorum 311.9.312.2.  
     12.313.3  
 causa, cur Iudæi non intelli-  
     gerent 216.17  
 causa mentiendi 10.8  
 causa rationis dande homini  
     394.1  
 causa sexum duorum. 43.15  
 causa lÿderū creandorū 85.1  
 causa sua 161.8.165.23  
 causa victus 44.17  
 cautio 354.15  
 cebes 181.17  
 cecropides virgines 46.30  
 céſor Appius Claudius. 19.28  
 censor Fulvius 91.32  
 ceterum 52.1.  
 ceres Catinensis 80.21  
 ceres Dea 49.12  
 ceres Dea infelix 45.24  
 ceres Eleufina 58.31  
 ceres Ennensis 80.21  
 ceres Milcia 92.9.120.13

## INDEX.

- claudia 91.16.120.11 cratilus 350.15 creta 31.3.5  
 cleanthes 12.33 cretensis Iupiter 60.27  
 cleāthis mors 166.23 critias 171.21 cræfus. 350.15  
 cleombroti mors 167.13.18 crux I E S V C H R I S T I 247.25.  
 cloacina Dea. 52.1. clodi⁹.p.24.29 248.9.249.15.266.19  
 clodius Sex 63.28 (32 crucis christiana signum. 249.14.  
 codimors. 149.8. cogitatio. 338. codimors. 149.8. cogitatio. 338.  
 cœlum. 11.16.101.31.128.32. 20.26  
     178.33.179.29.524.5 crura 518.6 cubiti 511.2  
 cœlum Deum esse 11.17 cumæa Sibylla 15.29  
 cœlum elementū mudi. 11.18.33.29 cumana Sibylla 16.2.  
 cœli filius Saturni. 32.9 cumina Dea 55.7  
 cœli filij. 32.11. cœli genitalia. 34.16 cupidates. 21.31.326.7.13.357.  
 cœlum Ioui obtigile 28.22 cupiditates animi, & corporis. 409.  
 cœli mors 33.21 18.20.27  
 cœlum mortuis apertum 42.13 cupiditas genetandi in homine.  
 cœlum spectare. 184.21 coi.91.4 37.2.10  
 collum 510.32 cupido 25.1.4.9  
 colophonis Apollo 17.28 cutetes 31.4.61.17.23  
 cometæ. 547.32. cōcordia. 329.13 C.Curio cos. 17.1.483.9  
 confessio, & penitentia. 257.11 currī mors 149.8  
 cos.Anton. 42.18 cos.Bebi⁹.96.2 cynici. 158.9 cynosure 23.6  
 cos. Cornelius 62.2 Cyprianus 261.5.268.1  
 cos. Dolobella 42.2 cypri Salamin 56.1  
 cos.Romani 207.24 cyrenaici 135.27.137.12  
 confititia 351.93.359.3.17 cyrenæus Theodosius 455.12  
 constantinus Imperator. 3.19.192. cyrus 16.17.200.7.207.32  
 continentia. 376.6.12 (5.258.5 cyri ætas 16.17.200.7  
 conuicta in Herculem 60.17.23 cytheron mons 64.19  
 Coprianus Cyprianus 261.21 cypriæ mulieres 46.12  
 cor. 509.15.515.27.519.3.6 D  
 coriua. 66.12. Cornel. cos.63.2 dæmones 31.11  
 corona 246.29 dæmones Dei flagello domantur  
 corona ex panibus asello 59.13 19.10  
 corpus. 70.5.104.14.111.17.127. dæmones per terram, & mare. 49.9  
     19.146.27. 32.309.19.315.19. dæmonum genera duo 127.24  
     393.19.396.24. 397.2.470.26 danaæ. 27.5 dardanus. 66.11  
 corporis bona 398.14 darij ætas 200.13.218.20  
 corporis membra 504.23 David 204.29.212.27  
 corporis opera 409.5.7.15 Davidis ætas 233.13  
 corpus vnum ex duobus. 373.23 decemvirorum 547.17  
 corybantes 35.26.61.10 deciorum duorum mors 149.8  
 cos. Accij Nauij 90.31.120.8 decretum senatus de imperio M.  
 ceste 499.5 Antonij 28.33  
 C.cotta Pontifex 14.17.88.30 delphorum Apollo 39.27  
     5 delphi

## INDEX.

- Delphi ab Apolline relicti 17.28 Dei in conspectu 70.31.454.7.  
 Delphica Sibylla 15.27 Deorum connubia. 28.8 (541.9  
 Delphis 15.19 Deus quibus constet, quæque in eo  
 Demetrianus. 107.11.488.8 sint 17.17  
 Democritus 166.27.186.20 Deo conuenire 31.25  
 Demophile Sibylla 16.3 Deus corpore carens 404.29  
 Demosthenes 263.29 Dei cultus, 314.13.315.25.336.26  
 Dentes 510.11 395.5.398.1.28.399.4.452.23.  
 Dentes ad loquendum 509.28 469. 31.485.27.529.4. 531.31  
 Deucalion 106.16 Dea Cunina 55.7 (532.6  
 Deus ex aëre immenso 11.7 Deos Diagoras excludit 5.21  
 Dij Aegyptiorum 53.21 Dei dies magnus 417.32  
 Deorum æqualis Orpheus 10.33 Deus disertus 370.25  
 Deus æternus. 7.16.96.21. 404.29 Dei diuini 24.32  
 Deus Aether 13.1 Dei domicilium mundus 531.27  
 Dei affectus 471.29 Deus dominus 199.8.301.13  
 Deus alius alio tempore 25.20 Deo donum dignum 381.1.9  
 Deus animus 12.28 Dij duces curant 120.10  
 Deus animas virtute inspirat. 26.28 Dij duodecim 18.23  
 Deus ante omnia 11.3 Dea Egeria 82.22  
 Deus apparenſ 11.4 Deus Esus 56.6  
 Deus Aqua 85.20 Dea feminæ 28.4.43.1.3  
 Dij auro, ebore, gemmis exornati 78.7 Deus filius 254.1.6  
 Deus beatus 98.9.148.13 Deus per filium colitur 255.16  
 Deorum bella apud Homerū. 88.7 Deus fuisse non potest 33.25  
 Deus Belus 66.4 Deus fulminari non potest. 50.17  
 Dei beneficentia 472.10 Dea florum præſes 51.19  
 Dei bonum summum 150.8 Dea Fornax 54.33  
 Deus bonorum fons 327.3 Dea fortuna 185.24.187.27  
 Dea Caca 51.5 Deorum generatio Hesiodi. 11.23  
 Deus caput virtutis, & doctrinæ 335.14 Dei gratia. 445.21.23.31.446.5.  
 448.17.471.5.472.9  
 Dea Cloacina 52.1 Deus Hermes Trismegistus. 414.21  
 Deus celata esse voluit 100.24 Deos, homines fuisse. 38.22.316.  
 30.463.22  
 Dij cælestia omnia 82.32 Dei homo simulachrum 71.27  
 Deus cæli fabricator 17.9 Deus & homo quid differant. 1.26  
 Dei cognatio 451.15 Dei honor, & virtus 52.7  
 Deus ex coitu maris, & feminæ ef- Deorum res ad humanarum simi-  
 fe non potest 20.9.13 lit, dinem 45.4  
 Deos colli, alios, vt prosint, alios, ne obſint 52.29 Deum humanis rebus non indige-  
 Deos concipere non posse 43.17 xc 315.1.531.21.26

Deus

## INDEX.

- Deus in igne habitat 17.33 Deus Mutinus 55.9  
 Dea Iis Jo 27.18 Deus nascendi causa, & principium  
 Deus imbecillis non est 44.27 12.26  
 Deus immortalis. 7.16.20.19.387.  
 Deus inopassibilis. 9.21.96.20 (18)  
 Deus immutabilis 96.20  
 Deus incorruptibilis 7.16.9.20.  
 96.20.387.18  
 Deus inuisibilis 404.6.29  
 Deira 122.8.437.19.443.8.446.  
 5.23.471.3.472.17.473.3.31.  
 481.30.482.15.485.23  
 Deus Iudex 4.1.361.12.379.7  
 Dei iudicium. 386.9.404.4.415.8.  
 416.14.430.2.433.16.436.23.33  
 441.26.471.33.531.16.549.5  
 Deus Iulius Cæſar 42.15  
 Dei iniuſu nihil angelii 18.17  
 Dei Lacedæmonii 54.10  
 Dij, qui laudabantur, dieti. 27.2.  
 38.18  
 Deilex 332.29.374.11.380.6.9.  
 33.5.38.18  
 Dij Lucianus non pepercit, neque  
 hominibus 22.15  
 deos ludibriis hominibꝫ haberi. 54.  
 Deus lunen 443.29 (33  
 Dii maiorum gentium Apollo, Iu-  
 piter, Neptunus, Vulcanus, Mars  
 Mercurius 40.10  
 Deorum mater Dea infelix 45.16  
 Deorum matris sacrificia 57.30  
 Dea Mens 52.8  
 1.2.2.25.31.13.27  
 Deus, mens mundi 388.20  
 Deus mente concipi non potest,  
 neque verbis enarrari 19.32  
 Dei metus 356.32  
 Dii minores, si sint plures 7.12  
 Deus mundus 85.27  
 Deus mundi fabricator, & rector  
 noster 12.14.19.30  
 Dii ministri 14.6.18.1.13.15  
 Dei minister apollo. 18.30.32.19.2  
 Dea Muta 55.2
- Deus Mutinus 55.9  
 Deus nascendi causa, & principium  
 12.26  
 Deus Natura 95.22.25.28  
 Deus, Natura excellens 453.14  
 Deus, Natura sapiens 462.22  
 Deus naturalis vis diuina ratione  
 prædicta 13.5  
 Deus, lex diuina 13.7  
 Deus, necessitas diuina 13.6  
 Dei necessitas non natura. 471.12  
 Deorum necessitas nulla, sed liber-  
 tas 83.23  
 Dei nomen. 15.1.17.33.30.1.95.22  
 Deus, nomen Dei proprium. 15.7  
 Deo nomen hominis 29.33  
 Deꝫ nomē potestatis summa. 9.20  
 Deos non esse 5.22  
 Deos non esse illos, qui ne probi  
 quidem homines fuerint. 50.26  
 Dei notitia. 376.19.451.22.432.  
 33.480.27.481.2  
 Deorum nouorum ortus 43.20  
 Dei obliuio 68.8.23  
 Dij pallor, & paucor 52.3  
 Dij pares nisi sint, neque dij sint  
 9.18  
 Deos partitos officia 7.20  
 Deus pater 3.33.14.33.30.21.  
 199.7.301.18  
 Deus patrem non habet, neq. ma-  
 trem 18.5  
 Deorum mater Dea infelix 45.16  
 Deorum matris sacrificia 57.30  
 Dea Mens 52.8  
 1.2.2.25.31.13.27  
 Deus, mens mundi 388.20  
 Deorum plena omnia innumer-  
 abilium 43.21  
 Dei potestas 95.7.99.8.392.2.  
 463.2.468.33  
 Dei placatio 30.15  
 Deus primogenitus 11.3.11.19  
 Deus principalis 31.32  
 Deus primus dubita-  
 uit 5.20  
 Dei prouidentia 392.1.455.6.7  
 Dei

## INDEX.

Dei quies	473.15.25	13.16.16.31.17.8.20.50.11
Deus Quirinus	42.16	Deus vñus, sed is Iupiter nomine- tur
Dei recordatio	68.25.69.2	30.6
Dij qui reges olim fuere	21.3	Deus vñus rector eximus
Deorum religiones vanæ	122.19	Deus vñus gratias agentium, iu- rantium, optantium
Deus Romulus	43.1	68.19
Dei sacerdotes	195.30	Dei vocem Sibylla perficit ad ho- mines
Dei sacrificia	379.29.33.381.1.9. 531.19.24.532.6.539.26	17.18 Dei voluntas, & lex
Deus per se	17.32	473.29
Dei sermo	19.23	Dij, quæ vsui à Deo creata sunt
Deo seruire	142.27	14.12
Deorum sexus	44.7.203.25	dextra masculina
Deus sibi vni notus fatis	20.5	515.14
Dij siculorum	81.9	dia
Dei similitudo	21.26.350.4. 376.16.405.7.444.13.478.25. 527.16	diabolus criminator
Deorum simulachra	28.13	113.11.116.
Dij Sol, Luna, & sydera	81.17	dianas
Deus spiritus	12.1	403.24
Deo subiecta omnia	11.30	dicas archus, Democritus, Epicu-
Deus subiectus nulli rei	9.21.	rus
Deo succedi	10.20.25	dicta Dionysij tyranni
Deus summus	14.31.17.9	79.10. 13.17
Dij ovoi	15.20	dies
Dei templum	382.19	103.2
Deus Terminus, & eius sacrificia	382.19	dies, quo Christus passus est
Deus summus	14.31.17.9	dies, quo creatus constantinus.
Dij ovoi	15.20	dies, quo creatus constantinus.
Dei templum	382.19	dies, quo creatus constantinus.
Deus Terminus, & eius sacrificia	382.19	dies quo iudicabitur mundus.
Deus terra	85.17	55.16.25
Deus teftis	379.7	313.21
Deorum testimonia falsorum de- vero	17.26	dies Larentialiorum
Deus Teutates	56.7	51.9
Deus Thoyih Aegyptiorum &		die quadragesimo corpus consum-
Saitarum	14.23	matur in utero
Dij cclxv,	18.23	315.29
Deus veniam dat	335.9.479.19	diespiter, vel Orcus Pluto
Deus verbum	382.2	37.27
Deus veri doctor	401.8	digitorum titus, & religio
Dij viae	219.22	305.21
Dei virtus	100.6.392.2	diuinum
Dei vltio	307.18	106.9.108.9
Deus vñus.	6.20.22.7.18.12.32.	dinomachus
		135.27
		diodorus
		36.9.135.28
		diogenes
		181.18
		Dionysius Siciliæ tyrannus
		79.5
		dissentire
		277.13
		duies apud deum
		348.18
		duivisio, & interitus
		7.15
		duivitæ
		145.22.145.19.306.1
		duiortium
		541.2
		dolo-

## INDEX.

dolabella cos.	42.21	Elias
dolor	353.27	Esse sine principio non potest
donatus	482.15	Efus
dominari	9.19	Euclides
domitianus	265.10	Euemerus
domitius	284.8	Euphorbus
dux	320.5	Euphranor
		Ebur
		380.16
		Ecclesia catholica
		257.10
		Edictum Iouis
		35.16
		Egeria Dea
		62.22
Elementa.	31.21.32.2.24.102.9. 111.23.33.1.33.7	Elementa
		406.3
		Elementa Dij
		470.21
		Eleusina Ceres
		58.31
		Eloquentia
		260.21.528.3
		Elysi campi
		320.27
		Empedocles
		111.20.186.18
		Empedoclis mors
		166.29
		Enna
		80.24
		Ennius
		30.29
		Epichurus
		98.29.108.21.135. 25.156.32.165.3.30.180.22 264.14.281.5
		Epicuri vanitas
		480.2
		Epicurus veridicus
		384.16
		Eo cutus non verfutus
		447.19
		Epicurei
		100.2.378.13
		Epidaurus
		23.6.91.25
		Epigramma in Iouem
		31.7
		Equi Castoris, & Pollucis
		91.6.8
		Equus Soli maestatur
		60.1
		Eratosthenes
		16.1
		Eriæthonius
		46.18
		Eriæthonij ortus
		47.3
		Erythraeus Apollodorus
		15.31
		Erythraæ Sibylla
		15.30.16.27. 28.483.6
		Eryx
		46.9
		Flora meretrix
		51.13
		Floralia ludi
		51.16
		Flumi-

## IN DEX.

Flumina	391.29	Genus Agamēnonis, Achillis, Aia-
Fontes	391.26	cis, Vlytis, & Priami à Ioue. 66.9
Fornax Dea	55.1	Gerythium oppidum 16.16
Fornacula	55.1	Ginguaæ 510.13
Fortitudo. 351.10. 356.10. 398.12		Gladiatoris mors 367.19
Fortis vir	22.4	Glaucæ 37.26
Fortuna 185.24. 187.22. 188.19. 189.28		Glaucæ mors 37.29
Fortuna equestris	91.33	Gloria 183.33. 360.12
Fortuna natura	187.28	Guofus 31.5
Frates	310.26	Gracchana tempora 80.26
Frater Louis	26.23	Gracum esse 170.22
Fratre Quirinus interfecit		Graci leues, & idem eloquentes
42.17	40.12.48.3	
Frigora	497.15	Græcorum regnum 420.4
Frons	505.81	Græci sacrarum literarum ignari
Fructus virtutis, & vitij,	407.26	156.23
Fuga Saturni	32.8.34.33.38.18	Graii lliumi petentes 15.32
Fulvius. Cens.	91.32	Grammatici 116.28. 180.30
Fulvij Censoris mors & ipsius, & eius filiorum	92.2	Grammatici definiunt 519.30
Funus Cæsaris	42.21	H
Funus Herculis	22.30	Hadrianus 16.3
Furius	284.32. 289.29.294. 25	Hæredes Chriſti 235.32
Furius Bibaculus	62.4	Hæredes Moysis Iesu Nauæ 218.
G		23.227.28.228.9
Gabinius P. Legatus Rom. Ery-		Hæres Herculis Philocteta. 22.
thras	17.4	28.31
Galba	289.21	Hæres Pop. Rom. Floræ meteti-
Gaſſilæa	234.23	cis 51.14
Gallorum Dij	56.6	Hæreditas stultitiae ad Epicurum
Galli Marris Deorum	45.29	163.24
Galli, & Roma capta	54.6	Harmonia 46.7
Ganymedes	24.20.27.11.24. 66.13	Hebrei. 115.15 Hector. 181.25
Gaudium	353.24	Helena 23.22. Helias 209.3
Gaius	230.25	Helicon 11.32
Gemini Jupiter, & Iuno	37.21	Helleponicum mare 32.25
Gemini Pluto, & Glaucæ	37.26	Helleponica Sibylla 16.15
Generare homo potest: facere non ita	106.3	Hemanuel 211.6. 10.40
Genii	117.18	Heraclides Ponticus 16.16
Genitalis pars	374.1	Heraclitus 103.28
Genitilitas	316.5	Hercules 11.2.39.9.47.24
		Hercules adulter 21.11
		Hercules quasi Africarus inter
		Hercu-

## IN DEX.

Hercules famelicus	60.8	Hominis imperiū. 391.2.452.37
Hercules Hispania rediens.	56.27	Hominis munimenta 393.31.
Hercules Lindius	60.1	491.15.27
Herculis mors, & vxoris, & libero-	22.27	Homo mundi dominus 544.25
rum eius	21.12	Hominis natura 364.17
Herculis ortus	60.2.9.1.29	Hominis numerus. 43.21.371.11
Herculis scira	21.10.18	Hominis opera 101.7
Herculis vita, & opera	100.13.105.19.	Hominis ortus. 100.13.105.19.
Herillus	135.31	15.107.13.110.24.29.111.3.142.
Hermes Trismegistus, & eius artas	22.1.68.5.314.16.337.10.16. 464.30	22.1.68.5.314.16.337.10.16. 25.339.11.395.31.396.20.397.
Hermaphroditus	46.7	27.401.23.32.469.13.470.1. 491.15.492.12
Herophile Sibylla	16.3	Hominis propria 67.11.452.1
Herodes	208.1.231.32	Hominis scientia 101.21.25
Herodis artas	208.1	Homo simulachrum Dei 71.25
Hesitas	208.31	Hominis vita 114.2.336.33
Hesiodus	11.22	Honestas 141.1
Hiacynthi mors	23.12	Hieronymus 52.7
Hierosolyma	216.29.23.314	Hierarius 77.8.18
Hippolytus	23.1	Hortensius 18.11
Historicorum artas	430.12	Hospitalitas 344.17
Homerus Deos bellatæ fecit. 8.21		Hottis spiritus malus 323.17
Homerus ad veritatem nihil. 11.	20.15.33	Humana caro esitata 35.15
Homo.	68.3.69.21.74.25.243. 27.358.23.387.21.392.14.527.	Humana hostia 56.2.5.7.9.20. 57.5.20.23.121.28
Homo animal sanctū.	368.3 (18	Humanæ imbecillitas 96.7
Homo in angelum transformatus	28.340.10.358.24.347.30	Humanitas 143.9.337.8.15.
	438.7	Humilitas 541.27
Hominæ ante Vulcanum, Liberū, Apollinem, Iouem	148.30	Humor 103.21
Hominum, & brutorum disci- men	75.27	Hydaspes fluuius, & Rex 421.4
Hominem bruta imitatur. 143.28		Hyems 102.29.109.5
Hominis vniuersa, brutorum su-		Hyrcania 282.17
gula	352.22	I
Homicidium	48.16.536.31.33	Jacob 214.24
Homo quibus conſet	495.28	Ianiculus 63.3
Hominis cultus	470.8	Ianus 36.3
Hominis cū Deo cognatio.	299.12	Iani facies in numis 36.7
Homini, deo tributū.	337.1.533.33	Iapetus 106.2.5.8
Homines vt fungi	392.18	Iasius 66.12
Hominis figura	504.28	Icarium mare 32.25
Homo ex humo	461.12	Ida 61.7. Idas 23.17
		Idoneus. 341.30 Iecur 519.1
		Iecoris offitium 519.6
		Iello 519.4

## INDEX.

Iesse	316.7.13	Innatum omnibus	93.19
I E S V S C H R I S T V S	202.19.	Ino Leucothea, & Matura mater	58.29
	212.26.255.4		
I E S V C H R I S T I ortus.	200.	Intelligere	387.8
26.201.6.19.203.8.210.27		Intestina	514.27
I E S V aduentus.	210.27.214.32	Inuentores rerum	29.20
I E S V baptismus	220.5	Io 27.15 Ioannes	220.5
I E S V filius Dei	218.31	Iordanis	220.5
Iefus Iofedech	218.24	Iofedech	218.24
I E S V mors	233.33	Iofues	99.33
Iefus Naue	218.23	Ira 21.24.326.7.10.364.19.21.	
Iefus Naue Auses	218.4	29.365.3.21.446.26.448.22.	
I E S V supplicium	208.4.223.	449.3.474.32.475.8.476.5.534.	
		17.31	
Ignis	103.23	Ira in iecore	481.19
Ignis accenditur	458.3.8	Ira in minoribus coëcendis.	365.
Ignis elementum	405.32.33.	Isis	27.18.39.23
	546.10	Isis Dea infelix	45.24
Ignis interitus	384.11	Israel	215.3
Ignis & lux	406.7	Italia, & Saturnus.	32.8.35.29.36.
Igneæ natura	34.1.5	10.12.38.20	
Ignem oculos extinxisse	92.12	Italiæ Sibylla Cumæa	15.29
Ignis ex quo orta omnia	103.28	Italiæ viætus	36.10
Igois sempiternus	429.10	Iubas Rex	39.23
Ignis vñus.	465.32	Iudas	207.21
Immortalitas	147.32.148.18.	Iudas proditor	229.28
29.198.12.327.7.397.25.402.		Iudea	207.22
21.403.1.469.5.486.22		Iudea, & Israel domus	236.20
Imperiorum varietas	419.19.33.	Iudæi	202.22
	420.5	Iudæorum filij, & posteri.	236.23.
Inachus	27.15.32.19	311.26	
Incendium orbis	108.8	Iudæorum Indices.	200.2.207.23
Incensi libri Numæ	63.10	Iudæorum rectio	ibid.
Incessi libri Protagoræ	454.25	Iudaica religionis sacra	226.28.
Incensi libri sibyllini	16.7.10	229.15	
Incensus populus in phrygia.	28.3.12	Iudæorum seruitus & liberatio	
		207.32	
Indi	23.32	Iudæorum veritas	192.13
India	282.17	Iudex	263.20
Infantes Saturno immolari	57.5	Iudicis officium	126.32.479.18
Inferi	73.7.402.8.10.13	Iudicium de Apollonio	266.4
Inferni Plutoni obtigisse	28.22	Iulius Cæsar Deus	42.15
Inferi, & in iis Jupiter; Neptunus,		Iulius Proculus	42.29
Vulcanus, Mercurius, Apollo,		Iumenta	105.13
Saturnus,	251.12	Iuno	

## INDEX.

Iuno Dea infelix	44.30	Iupiter precatur	33.12
Iunonis ira	27.15	Iupiter principatu priuatus	18.28
Iuno Lacinia	91.32	Iupiter repertor hominum, & re-	
Iunonis Monetæ simulachrum		rum	25.17
	91.13	Iupiter Rex	24.32.25.12
Iunonis nomen	30.11	Iupiter sacrificat	33.8.16
Iunonis ortus	37.21	Iupiter salacissimus	43.33
Iuno Sami	39.25	Iupiter Saturno fortior	25.24
Iupiter	11.14.18.2	Ioui terminum non cessisse.	55.21
Iouis ætas	65.26.106.29	loues tres	31.13
Iupiter Atabyrius	65.10	Iupiter Triphyllius	29.7
Iupiter Cassius	65.12	Iupiter triumphatur à Cupidine	
Iupiter Cretenis	31.3.60.27		25.5
Ioui cælum obtigisse	28.22	Iura	293.13
Iouis cultus	30.5	Iuramenta Socratis.	173.15
Iupiter dæmon	251.8	Ius ciuile	334.18
Iupiter à dæmonibus inductus		Iuris ciuilis institut.	3.12
	119.11	Ius naturale	529.13
Iupiter Danaen violaturus.	27.5	Iustitia 3.15.142.26.143.10.173.	
Iupiter Deus	25.16.40.9	28.175.9.19.268.28.272.31.	
Ioues duo	29.28	289.9.190.10.21.292.15.326.	
Iupiter fabulosus	29.29	26.334.18.343.29.33.346.9.	
Iupiter Gauimedes in aquila ra-		347.29.470.8.487.6.529.4.	
puit	27.10	531.14.533.33	
Iouis res gestæ	29.4	Iustitia ciuile & naturalis	294.20
Iupiter homo	20.14.30.28	Iustitia fugata	533.5
Iupiter Imperij dator	29.11	Iustitia imago	330.11
Iouis imperium Orientis	28.25	Iustitia laudata, & euersa	289.
Iupiter impius, ac penè homicida			
	20.23	Iustitia officium	532.22
Iouis iutamentum	26.3	Iustitia opera	271.14
Iupiter Labradeus	65.10	Iustitia patroni Plato, & Aristote-	
Iupiter Larpius	65.12	les	289.32
Iupiter Latialis	56.8	Iustitia præcepta	10.15
Iouis leges	30.33	Iustitia radix	533.33
Iupiter Molio	65.12	Iustitia restituta ab Imp. Constan-	
Iupiter naturalis	29.29	tino	3.25
Iupiter nominetur vñus Deus.		Iustitia Saturno rege.	31.23.269.3
	30.6	Iustit. summa	375.19.470.8.531.12
Iouis mors	31.3	Iustitia tristes in cælum.	385.33
Iupiter olympius	29.16.79.8	Iustus	359.28
Iupiter Opt. Max.	24.8	Iustus Fabricius, & Aristides	330.
Iouis ortus	25.15.28.8.30.1.		16.17
	35.21.37.20.82.9	Iustus sapiens	298.9.330.27.
Iupiter pistor	54.26		536.11
		Iustus	25

## IN D E X.

Iustus stultus	289.10.194.1.	Lex Dei testamentum	235.20
295.3.28.529.10.330.2.		Lex Dei vna satis	275.18
Iuturnæ lacus	91.6	Legem diuinam & naturalem esse	
Iuuare	30.14	Deum	13.7
L		Lex eadem semper	333.9
Laborum requies	3.3	Leges Louis	30.33
Labra	510.17	Legumlatores	238.32
Labradeus Iupiter	65.10	Leges de latrocino	367.28
Lacedæmoniorum Dii	54.10	Leges Minois	62.28
Lacinia Iuno	91.22	Lex Papia	44.2
Laetantius de se.	152.30.261.31	Leges Plt. 173.28.174.8. 175.21	
Laelius	294.25.330.21	Lex, & prophetæ testamentum ve-	
Lætitia	354.15	tus	235.27
Lais	157.27	Leges publicæ	480.16
Lamia Euripidis	15.27	Leges de reorū defensione.	258.16
Lampsacenorū sacra Priapi.	59.	Leges Rom.	420.16
3.10		Leges Saturni	36.12
Laomedon	22.25.23.8.64.24	Lex apud Tauros	56.4
Lapius Iupiter	65.12	Lex viri, & vxoris inter se	540.33
Larentinalia	51.9	Leges de vsura Ciceronis	41.22
Larentia	50.32	Leucippus	103.22.456.1
Lares	55.3	Leucothea Ino	58.29
Larunda	55.4	Liberalitatis	342.3.358.8
Latini etas	64.23	Liberi ludi scenici	370.9
Latinorum Faunus	39.24	Libertas	351.12
Latinorum mores	56.7	Libri ad Christianos aduersus eos,	
Latium	36.12	duo	263.23
Latona Dea infelix	45.25	Libri cōtra Christianos, tres.	262.16
Laudantium fides	22.17	Libri Chrysippi	15.28
Lexna meretrix Athen.	51.5	Libri Cypriani	268.
Leda Nemesis	58.28	Libri Domini septem	284.9
Legatus Carneades	289.19	Libri Græcæ scripti	63.6.28
Legatus Pontius Pilatus	229.30	Libri Herma Trismegisti	14.30
Legati prouincia Syria	ibidem	Libri Herma Trismeg. ὁ λόγος τῆ-	
Legati Rom. Ennam	80.29	λεωφ.	201.1
Legati Rom. Erythras.	17.2.483.8	Liber Lactantii	107.11
Leges Aegyptiorum	14.23	Liber in manu simulachri Sibyllæ	
Lex alia alibi, & alio tempore	333.8	Albuneæ	16.20
Leges ad auaritiam.	269.17.334.4	Libri Minutii Felic.	260.32
Legis caput primum	333.26	Lib. Neuij de bello punico	15.29
Lex C H R I S T I noua	226.33.	Libri Numæ	63.5
Lex Dei	286.26 (227.18)	Liber Platonis de anima	167.8
Lex Dei Moysi data.	206.29.207.	Libri Protagoræ exusti publicæ	444.25
18.216.25.227.4		Libri sacræ scripturæ	200.16
		Liber	

## IN D E X.

Lib. Senecæ de Ira	475.7	Luna solis splendorē accipiet	434.
Liber Seneca, Quare &c.	311.11	Lunæ vsus	467.17 (13
Libri Sibyllini	15.16.16.11.80.	Lupa Romuli	51.30
28.91.17		Lupanaria 372.24 Lux	102.17
Libri Sibyllæ cumanæ	16.4.23	Lyta Mercurius repertor	23.29
Libri de temporibus	199.30	M	
Liber Tertulliani apologeticus		Macedonum Cabyrus	39.23
267.29		Magi	117.10.119.6.415.12
Liber Theophili	66.3	Magica ars	118.27.221.9
Libri M. Tullii de officiis	317.	Malum	446.25.
23.324.32		Malum Deus non facit	93.26
Libri M. Varronis	15.14	Manus	495.3.500.3.511.2
266.27		Marcellus M.	52.6
Liberi patris etas	114.33	Marcionite	256.32
Liber pater in celo	41.26	Maris interfusio	391.29
Liber pater Deus	49.12	Mare Neptunius	87.32
Liber pater hemo	20.14	Mare Neptuno obtigit	28.
Libido	21.33.326.15.355.27.	22.29	
364.30.365.2.373.11.534.18.		M A R I A virgo	210.27
535.8		Mare rubrum	206.31
Libysia Sibylla	15.26	Marica circæ	58.29
Lindus Rhodi oppidum	60.1	Maris vsus	466.4
Lingua	360.23.495.4.509.25.	Maritima ora M. Antonij	28.
510.6.23		32.29.12	
Litera	163.27	Mero pri. nostrorum poëtarum	
Litera Aegyptiorum	14.23	non longè à veritate	11.33
Literati	370.17	Merpeſius	16.15
Literarum scientia ad religionem		Mari homicida	23.13
259.20.26		Mars, & Venus	46.7
Locrensis Proserpina	92.7	Mares	44.26
Loquendi initium.	338.22.509.30	Marium, & seminarum creatio, &	
Lucianus	22.15	degeneratio	516.23
Lucilius	ibidem	Mæſculinum esse	170.21
Lucillus Q. Balbus	82.33	Mater minori fauet	37.15
Lucret. 111.22.162.1.16.500.23		Materia	95.6.96.19.27.97.
Lucretius veri nihil aſert	47.10	13.12.29	
Lucu delirare	41.13	Mathematici	177.31
Lucus Aesculapij	47.3	Matrimonia communia	174.3
Ludi Circenses	369.32	Matrimonia voluc.	176.3
Ludi Deorum ſacra	369.28	Matuta mater	58.30
Ludi humano ſanguine	367.9	Maurorum Iubas	39.23
Ludi ſcenici	369.31	Maſtorum Reges	39.15
Luna Dea	83.12.85.14	Medendi arts	47.16
Lunæ defectus	422.14.547.33	Medici	32.23
Lunæ ſacrificia	59.28	Megarici	147.28
		Meli-	

## INDEX.

Melicerta Palæmon	& Portunus	Messenius Aesculapius	23.8	
58.31.32				
Melissa	64.28.33	Messias	202.32	
Melissæ	65.2	Milegia Ceres	92.9	
Melissæ Cretæ	64.28	Militare	367.30	
Melissæ ætas	65.26	Militaris rei dux vñus	8.26	
Membra	334.28.33 s. 2.10 389.4.419.9	Mimi	369.9 Minerua	30.9
Membrana alui	518.30	Minerua Athenarum	39.25	
Membrorum vñus	459.10	Minerua opificum	47.17	
Mencœci mors	149.7	Minerua in somniis	92.29	
Mentiri	10.7.12; 25.360.15. 19.538.23	Ministri suppliciorum	282.32	
Mens	411.19.21.506.5.20. 508.5.520.21.28.33.522. 4.11.14	Minora, figuræ maiorium	417.23	
Mens Lea	52.8	Minos	430.28	
Mens Deus	12.2.1.3.2	Minutius felix	32.6.260.31	
Mentis emotæ	10.2	Miracula Apollonij	265.4	
Mens Harmonia	522.19	Miracula Apuleij	265.5	
Mens hominis	366.16.387.27	Miracula Dei	404.8	
Mentes multæ vñius corporis.	9.3	Miracula discipolorum	I 2s v	
Mentis peccatum	375.30	Miracula Prophetae falsi.	423.27	
Mentis purgatio	373.25	Miracula prophetæ magni.	423.11	
Mentem vñam in mundo præstare	13.15	Misericordia, & humanitas.	177.	
Mente vna omnia regi	10.32	Misericordia opera	539.24	
Mensis Aegyptiorum Thoyth	14.24	Molio Iupiter	65.12	
Mensibus xlvi, orbis deuastabitur	428.6.548.15	Mons cæli stella	33.6	
Mentum	510.30	Montium, & collium vñus.	466.3	
Mercurius	33.1	Morbi	351.30.355.26	
Mercurius Deus maiorum gētium	42.6	Moriens	413.24	
Mercurius fur	23.27	Mors	74.6.102.31.112.10.166. 16.169.26.408.1.7.410.24. 412.10.495.19.522.32	
Mercurius homo	20.14	Mortem contempnere	359.8	
Mercurij quinque	14.20	Mors diuæ	408.14	
Mercurij termaximus	18.3	Mors quieta	359.2	
Mercurius, & Venus	46.7	Mors recentium natōrum	368.	
Meretrices cultæ Romanis.	51.10	Mors secunda	408.11	
Meretrices in ludis	51.28	Mors sempiterna	25.10	
Meridies	102.20	Mortis tempus	495.21	
Messana Euemerus	29.2	Mors, hæc vita	170.5	
Messenij	54.11	Mors voluntaria	149.7.166.22.	

Mors

## INDEX.

Mors in voluptate	371.10.26	Muta Dea	55.2
Mortui	246.4	Mutinus Deus	55.9
Mortui, qui Dij publicè coluntur	40.33.45.20	Mutius	287.30
Mos Gtēcorū in nominibus.	31.22	Nævij bellum punicum	15.29
Mos Iudæorum de agni sanguine	248.13	Nathan	216.17
Mos Iudæorum de frangendis cru-	ribus mortuorum	Nares	513.12
Mos Stoicorum ad physicam ra-	tionem traducendi	Nasus	508.19
Moyſes	206.29.218.23	Nasi officia	508.28
Moyſis ætas	199.31	Nates	517.32
Mulier	517.8	Natura	95.19.25.138.22.158. 16.18.10.13.22.189.28
Mulieres	286.19	Natura benefica	445.25
Mulierum munera	176.10	Natura boni & mali	319.33.470.
Mulier philosophans	181.14	Natura fortuna	87.28
Mulieres non recusat	374.26	Natura ad intelligendum, & ratio	11.13
Mulieres sexus infirmi	20.17	Naturalem legem, & diuinam esse	
Mulieres spartanæ	54.13	Deum	13.6
Mundus	86.14.388.22.389.29	Natura mater	460.19
Mundi ætas	416.17.21.30.417. 11.546.25.547.1	Natura nouerca	460.27
Mundus Deus	85.29	Natura rerum	131.26
Mundi discors concordia	103.27	Natura repugnare	364.1
Mundi fabricatio	13.19.392. 32.394.18.401.20.29.416.33	Natura sine sensu	460.4
Mundi figura	84.8.179.3.6	Natura Stoicorum	388.10
Mundi operis immensitas	7.32	Naturæ vis	455.26
Mundi imperium decem virorum	547.17	Naturalem vim esse Deum	13.5
Mundi innumerabiles	457.2	Nauæ	218.23.227.28
Mundi pars homo	86.4.10	Naxus	33.15
Mundus mortalis	86.20.391.13	Naxi liber	39.26
Mundus ex nihilo	94.1	Necessitatem diuinam esse Deum	
Mundi rectio	16.18	Necromantia	118.26
Mundirenuatio	434.12.18. 438.6.546.24	Nemesis Leda	58.28
Mundi senectus	548.4	Nemo vñquam doctior Varrone	
Mundi similitudo Archimedis	84.7	15.13	
Muncra	346.1.5.11	Neptunus	23.9.42.5
Musarum instinctus, Hesiodi cat-	men	Neptunus Circenses ludi	369.32
Musica	11.31	Neptunus mare	87.31
		Nero	237.26
		Nicanor historicus	19.25
		Nilus	139.18
		Noë	114.21
		Noë ætas	114.33
		Nomi-	

## INDEX.

Nominum varietas.	13.12.354.13	Orientis imperium	28.25.
Nomen filii Dei	202.2	421.20	
Nomina mutari	58.26.353.21.	Oriens dominabitur	419.29
25.354.21		Otiens plaga superior	28.27
Nouatiani	256.31	Orion	222.16
Nox	103.4	Orpheus	10.33.36.16
Nox aduentus Dei	425.33	Orphæi ætas	64.21
Nubes	466.29	Orphica sacra	64.19
Numa Pompilius Sabinus	62.19.	Os, & cius vsus	509.22
63.18		Ossa	502.21
Numerus pluralis	255.9	Oua	457.12
Numerus duorum.	505.11.509.4	Ovidius	12.13
Numi cum facie Iani	36.3	P	
Nuptiæ Iunonis	45.32	Pacta Titanis cum Saturno	37.
O	17		
Occidens	102.14	Palæmon, & Portunus Melicerta	
Occidens plaga inf.	28.20	58.30	
Occidentis partem Plutoni obi- gisse	28.26	Palæstra Mercurij	23.29
Occidentem seruiturum	419.30	Pallor, & paucor Dñi	52.3
Ostacilus legatus	17.4	Palpebreæ	508.10
Octavius Cos.	483.10	Pan	40.9
Octavius liber	32.7	Panætius	324.31
Oculi	373.31.501.22.508.7	Panætius in hostium casta	54.29
Oculi hominum	378.11	Panum corona æselli	59.13
Odor	404.10	Paphi Venus	39.26
Oedipus	369.19	Papillæ	511.30
Olympus cælum	29.16	Paradisus	11.3
Olympus mons	29.14	Paræce	26.14
Omphale	22.11	Particidae	368.21
Opertum Bonæ Dæcæ	63.27	Parfimonia	357.26.32.358.4.22
Opinatio	128.22.129.18.130.17	Parthenia Sanius	45.31
Opes	339.28	Partheni	54.22
Opis captivitas	38.1	Pastorum Deus Quirinus	42.16
Opis Iupiter	28.8.35.21	Pastoribus persuadere	62.31
Ops Rhea	35.9	Pater	30.18
Ops Saturni soror, & coniux.	35. 9.37.11	Pater Deus	30.21.196.11.24
Oracula	118.26.220.19	Pater, & dominus	196.26
Orationes Ciceronis	74.3.8	Patrem à filio castratum	33.28
Orator	151.9.259.21.430.12	Patria parricida Iulius Cæsar.	
Oratoria	180.32	Patris similitudo in filiis	32.4
Orcus Pluto, & Diespiter	37.27	Patientia	310.2.7.322.4.361.
Oreb mons	227.4	31.362.5.26.363.24.30	
Oriens	102.12	Paulus apostolijs	237.14.264.4
		Pauli ad Cannas mors	121.11
		Pauli	

## INDEX.

Pauli Iesu discipuli mors	Philosophi ad bene viuendum
237.27	2.24
Paupertas	Philosophia deflorescens 455.10
Peccantes	Philosophorum doctissimi 455.18
Peccata subiectorum	Philosophiam duabus rebus con-
Peccatorum irritamenta	480.6 stare 128.21
Peccata misericordiae remittuntur	Philosophia Epicureæ ortus
349.5	160.32
Peccatorum modi	Philosophorum error 29.27
Peccatorum abolitio	Philosophia ethica 151.12
376.30.377.4	Philosophorum gloria 2.22
Pecus	Philosophia logica 151.4
Pedes	Philosophia moralis 135.7
501.23.507.31	Philosophica opinatio 128.22
Pensiles horti, agri, vrbes, maria	Philosophia ortus 160.6.21.26
montes	Philosophorum præcepta 338.4
Perdita Cereris filia	Philosophi reges 174.11
Perditus Isidis filius	Philosophi religiones sustulerunt
Perfectorum	76.27
Peripateticæ	Philosophorum, & sacrarum lite- rarum consensus 401.21.29.
9.354.28.364 15.454.19	
Persarum regnum	420.4
Perseïca Sibylla	402.2.11
Pestilentia Romæ	Philosophie sectæ multæ 130.
Petilius	63.3.10 24.131.14
Petrus Apostolus	Philosophia senectus Academia
Petri discipuli Iesu mors	137.27 133.32
Phaëton	Philoſophia sublata 130.21
Phædra	Philosophi veritatem attigerunt
Phalaris	400.28.33.401.19
Pherecydes	Physica 135.8
Phidias	Physici 133.17
Philoctetes	Phytyges 256.31
Philosophi	Phrygia Sibylla 16.17
83.9.124.20.141.18.142.16.	Picus 63.21.64.24
143.5.150.30.157.9.159.11.	Pictas 143.10.190.20.23
160.19.259.21.359.33.528.2	Pisonis annales 15.30
Philosophi quidam	67.21 Piso C. Iulij ficer 42.20
3.2.151.20.29.	PIstor Iupiter 54.16
154.3.166.3.21.159.18.180.	Plato 13.15.80.14.98.28.108.
19.195.9	20.167.1.170.19.181.18.264
Philosophorum ætas	13.289.32
Philosophia Arcesilæ	Plato, & Aegyptus 194.19
132.19	Platonis ætas 464.16
Philosophus Aristippus Ieno	Plato captus, & redemptus 181.19
157.33	Platonis ciuitas 180.24
	Platonis

## INDEX.

- Platonis imitator 13.19.40.25. Potitorum gentis interitus. ibid.  
 41.22 Praefectus M. Antonij 92.3  
 Pluto Agesilaus 28.26 Prætor Furius Bibaculus 62.4  
 Pluto Diæspiter, & Orcus 37.26 Prætor Q. Petilius 63.9  
 Plutoni inferna obtigisse 28.22 Præmium pro atmis fabricatis diis  
 Plutonis ortus 37.26 46.20  
 Penitentia 349.19.377.25.484. Precationes ad Deum. 382.10  
 18.541.15.20 Præmium librorum sibyllinorum  
 Poëtae 10.15.29.25.9.21 Priamus 25.22.64.23.66.10  
 Poëtarum ætas 268.30.430.11 Priami ætas 64.23  
 Poëticus color 27.11.27.29.24 Priapo asellus immolatur 59.4  
 Poëta de diis 43.13 Priapus vicitus 59.21  
 Poëta non finxerunt. 10.31.29.13 Primus Aegyptios in cælum suscep-  
 Poëticalcentia 27.31.59.25 tisse 124.23  
 Poëtarum mendacium 28.6. Primi Chananæi Deum ignorau-  
 25.7.50.20 runt 124.10  
 Poëtarum mos 106.26 Primum cor in homine fingitur  
 Poëtarum mysteria reuelata 33. 515.27  
 23  
 Poëta officium 27.32 Primus deorum colendorum au-  
 Poëta Orpheus verustiss. 10.33 ctor 64.27.65.14  
 Poëta vani 15.11 Primus Iupiter sacrificat 33.8  
 Poëta ad voluptatem 40.11 Primus Iupiter ex Saturni filiis  
 26.30  
 Pœnæ præsentes 91.37.120.9 Primus Melissa sacerdotes Magnæ  
 Pœnorum Vranus 39.23 matris Dæum 65.1.  
 Pollex digitus 511.17  
 Pollux 23.15.39.10 Primi oculi in auribus finguntur  
 515.30  
 Polycletus 78.25 Primus Orpheus Liberti patris sa-  
 Polytes 414.31 era in Graciam inuexit 64.16  
 Pompeius adoleſcens 58.21 Primus Pherecydes de immortalita-  
 Pomp. Cn. pater 329.9 te animarum 403.21  
 Pomp. Cn. mors 329.8  
 Pondera 179.20 Primus Poëtarum nostrorum Vir-  
 Pontifex C. Gæſar 15.14 gilius non longè à veritate  
 11.33  
 Pontifices minores, & maximi 302.31 Primus Protagoras dubitauit de  
 Pontificum scripta 61.28 diis 454.21  
 Pontifex cotra 14.17 Primus Rex 36.31.37.16  
 Pontius Pilatus 229.29 Primus sapientiae gradus 66.27  
 Pop. testimonia de diis. 5.33 Primus Thales de natura 12.23  
 Portunus, & Pakemon Melicerta 58.31  
 Posidonijs 475.9 Primus Thales philosophus. 160.7  
 Potio I E S V 231.24 Prima Venus meretriciam instituit  
 46.11  
 Potitorum gens 91.30 Proboscis 300.7

## INDEX.

- Prodigia 90.28 Quirinus in cælo 41.26  
 Prodigus 358.8.12 Quirinus Deus 42.16.43.1  
 Prometheus 105.25.106. Quirinus, Romulus prius 58.  
 1.489.22  
 Promethei ætas 106.29 R  
 Prophetæ 208.12.260.9.  
 384.2.401.21.41.17.430.  
 20.22.434.27.481.24  
 Prophetarum Deus vous 9.26  
 Prophetæ magnus venturus 423.11  
 Prophetatum mortes 10.16.  
 208.22  
 Prophetatum munus 10.6  
 Prophetæ non Philosophus 333.  
 22  
 Prophetæ principes, aut etiam Re-  
 ges 10.19  
 Propositiones 86.5  
 Proserpina 58.33  
 Proserpina Locrensis 92.7.  
 120.12  
 Protagoras de diis 5.20  
 Protagoræ ætas 454.21  
 Pudicitia 375.1  
 Pueri 369.17  
 Pulmo 512.17  
 Punicum bellum Næuij 15.29  
 Punition 477.7.15  
 Pyrrhus 92.6  
 Pythagoras 12.27.168.11.  
 170.29.403.20.432.26.462.11  
 Pythagoras & Aegyptus 194.  
 18  
 Pythagoræ ætas 464.17  
 Pythagorica de anima sententia 166.13  
 Pythagoras & philosophiæ nomen 1.27.31.1.53.25  
 Pythagoræi 98.25.297.21
- Q
- Quies 473.18.24  
 Quindecemviri 16.24  
 Quirinus 39.24
- Ratio 89.9  
 Ratio animalium brutorum 45.2.6  
 Ratione carere 391.11  
 Ratio in discernendo 467.28  
 Ratio diuinorum operum 433.  
 12  
 Ratio homini propria 452.5  
 Ratio naturæ sapientis 462.21  
 Religio 88.22.127.13.144.17.  
 29.145.8.1.84.27.197.25.253.  
 8.12.303.11.304.17.337.4.482.  
 22.545.7.14  
 Religionis cardo 450.31  
 Religionis Dei vnius veri 304.28.  
 317.11.13.381.11  
 Religiones Deorum 305.16.  
 20.24  
 Religionis dissolutio 453.1.29  
 Religio homini propria 143.  
 13.31.452.22  
 Religio, & metus 382.3.462.3  
 Religionum origo 39.16.40.1  
 Renes 518.32  
 Reperiſſe artes mineruam 49.30  
 Reperiſſe aruspinciam dæmones  
 118.25  
 Reperiſſe Astrologiam dæmones  
 ibidem  
 Reperiſſe augurationem dæmones  
 ibidem  
 Reperiſſe fabricam Vulcanum  
 49.24  
 Reperiſſe frugum vsum Cererem  
 49.14  
 Reperiſſe magicam dæmones  
 118.27  
 Reperiſſe medicinam Aesculapium  
 49.24
- R
- Reperiſſe

## INDEX.

- Reperisse necromantiam dæmones 118.26 Rhea, Ops latine Risus homini proprius 452.1  
Reperisse oracula dæmones ibid. Romæ ætates 420.10  
Reperisse statuas Prometheus 106.17 Romanorum ad Cannas clades 121.7  
Reperiisse vini usum Liberum 49.14 Roma capta à Gallis 54.5  
Resp. Rom. 363.17 Romani Gracorum imitatores 51.4.463.29  
Responsa, & carmina sacra 15.8 Romanorum Imperium 293.  
Resurrectio IESV CHRISTI 234.23 20.54.6  
Rex Agathocles Siculorum 57.21 Roma incolumis 437.1  
Rex Cretensium Melissius. 64. 28 Romanorum nomen tolleretur 419.27  
Rex alius Deorum alii temporibus 25.20 Romanorum philosophiæ princeps 45.8  
Regno concessit Titan 37.19 Romanorum Quirinus 39.24  
Reges, qui Dij habiti fuerunt 21.3 Romulus 420.11  
Regnum diuinum immutabile 25.24 Romuli desiderium 42.23  
Rex Euristeus 22.9 Romuli mors 43.1  
Regnum Louis 28.25 Romulus postea Quirinus 58.27  
Reges Iudæorum 200.3.202. Rubigo consecrata 52.31
- S
- Sabbati dies 417.3  
Sabinorum Sancus 39.24  
Sacra in Capitolio Albuneæ Sibylæ 16.21  
Sacrificia in aperto 70.20  
Sacrificium apud Deum, opus iustum 347.33  
Sacrificia Deorum 400.3  
Sacrificia humanæ hostiæ 56.2.  
Rex Perse 91.10 57.9.57.5.58.26.121.28  
Reges philosophari 174.11 Sacra Iunonis Sami 45.32  
Reges philosophorum Socrates, & Plato 164.14 Sacra viris prohibita videri 172.7  
Regnum Saturni 31.19.32.14. 37.16.26.9.7 Sacrilegia Dionysij Tyranni 79.  
Regnum Solomonis 216.33 Sacrilegia Pyrrhi 92.6  
Rex Tarquinius Priscus 16.5 Sairæ 34.26  
Regum templo, & simulachra 116.1.119.4 Salamin 56.1  
Regulus 287.30 Sallustius homo eruditus 61.19  
Rheum damanthus 173.18.430.28 Sallustius homo nequam 112.25  
Rhea 25.15 Sami luno 39.25  
Samia Sibylla 16.1  
Samia vala 49.27  
Samus

## INDEX.

- Samus 45.31 Semen genitalium. 515.7.16  
Samus Parthenia 45.32 Semen marium, & feminarum 39.24 515.23  
Sancus 39.24 Senatus Romuli 89.20  
Sanguis 111.30 Seneca 19.25.37.8.4.15  
Sapere 196.6 Seneca Stoicus 13.30.95.24  
Sapientia 131.25.133.1.145. 3.153.29.158.21.197.25 Senes 369.19  
Sapiens, & beatus 190.33 Sensus 186.18  
Sapientia diuina 76.28 Sensus corporis 9.4  
Sapientia humana 76.26.292.24 Sensus membra ministra 521.6  
Sapiens malus 294.3 Sensus viuis atque cælestis, mens  
Sapientia, & religio 145.1.5 vel animus 521.23  
Sapientia, & scientia 139.23 Sensus, & vita 524.30  
Sapientia, scientia cum virtute 139.31 Sensus voluptates 365.30  
September Aegyptiorum 14.24  
Sapientes septem 193.17.27 Sepulchrum Aculapij 23.6  
Sapientum septem ætas 464.17 Sepulchrum Cali 33.22  
Sapiens Thales Milesius 12.21 Sepulchrum Herculis 22.30  
Sapientiæ summa 141.11.160. Sepulchrum Iouis 31.5.15  
13.190.13 Serapis 58.25  
Sapores ad linguam 510.23 Serino 204.12  
Saturnus 11.15.25.15.28.8. Sermo Dei, & verbum IESV  
31.19.32.33.36.17 204.13  
Saturni ætas 66.6.114.33 Sermo homini proprius 451.27  
Saturni capiuitas 38.1 Sermonis similitudo in bestiis  
Saturnus delufus 26.32 ibidem  
Saturnus homo 36.7.27 Seruire 9.19  
Saturni nomen 34.28 Seruus diuerberatus 92.18  
Saturni Ops fôtor, & coniux 35. Seruus liberatus 197.1  
9.37.11 Seruui philosophi 180.21  
Saturni ortus 31.21.26.33. 181.16  
66.18 Seruui philosophus Phædon  
Saturno rege 25.19 Serui publici ad sacrificia Hercu-  
Saturnus sensibus caret 34.23 lis 91.29  
Saturnus Terminum deuorauit 55.17 Seipsum vegetans 523.13  
55.17 Seueritas 351.13  
Saturni venationes 369.30 Sexum appetitus 372.5  
Scapulae 510.32 Sibylle 15.18.483.2  
Scena 368.31.536.27.537.8 Sibylla Albunea 16.18  
Scientia 178.22.138.27. 325.9 Sibylla Cumæa quarta 15.29  
12.326.28 483.26  
Scutum Iouis 61.2 Sibylla Cumana Amalthea septi-  
Scuta Saliorum 62.3 ma 16.2  
Sedechias 200.4 Sibyllæ decem 15.22  
Semina 542.15 Sibylla Delphica tertia 15.27  
82 Sibylla

## INDEX.

Sibylla Hellepontica	16.15	33.461.10
Sibylla Hellepontica ætas.	16.17	Socrates, & Academicæ 129.12
Sibylla Libyæ secunda	15.25	Socratis Aegyptiorum religiones
Sibylla Persica pri.	15.24	probatae 173.15
Sibylla phrygia nona	16.17	Socratis ætas 454.21
Sibylla Samia sexta	16.1	Socratis confessio 186.31
Sibylla Tiburtina decima.	16.18	Socrates securæ 173.11
Signa ante cladem	419.1	Sol 34.13.316.1
Signum ante Dei aduentum.	426.	Sol Deus 83.12.85.13.103.8. 10.547.31.548.5 129.29
Silenus	170.7	Sol clarior septuplo 434.14
Sileni asellus	59.9	Solis cursus, & Lunæ, & Syderum
Siluæ	391.28	meatus 152.5.178.30
Simulachra	70.16.23.71.6.17.	Sol dux 332.34 73.1.77.6.119.2.5.120.8 Solis magnitudo 316.4
Simulachrum Apollonij	265.30	Sol si staret 82.4
Simulachra Astra	179.7	Solis tenebræ. 422.10.13.547.32
Simulachrum Cupidinum	52.11	Solis vsus 466.9 <sup>f</sup>
Simulachra propter desiderium	39.1	Solidum 6.30 Solomon 201.17.204.28
Simulachrum Dei homo	337.2.	Solomoni ætas 225.15 350.22
Simulachra Deorum	45.22	Solus Liber Deorum triumphauit
Simulachra fortunæ	185.25	Stoici ad naturalem rationem tra-
Simulachrum Ganymedis, & Aqui-	51.6	ducunt 33.31.44.30
lae ante pedes Iouis	28.16	Stoici de prouidentia 5.23
Simulachra Herculis	47.33	Stoici de Sole 85.29
Simulach. locuta	91.12.13	Stoicorum vana sententia 34.30
Simulach. meretricis	51.6	Stoici, & Zeno 130.17
Simulach. mulierum	28.9	Stultitia 182.18
Simulach. sedentis in Capito-	lio 154.5	Stygia palus 26.3
Simulachrum Sibyllæ Albuneæ	16.20	Substantia ignis calor, aquæ hu-
Simulachrum Tulliæ Ciceronis	40.31	mor 104.3
Simulachrum Veneris armatæ.	54.23	Suillæ carnis interdictio 228.29.
Simulachrum vnum in omnibus		229.7
tempis	28.9	Superfluitio 3.17.5.1.2.52.10.20.
Sinistra feminina	515.14.21	253.8.27
Sisanius Capito.	370.1	Syon mons 227.4
Socio	378.16	Syria montes 437.22
Socrates	74.4.98.27.117.8.127.	Syria, prouincia legati 229.30
	9.151.14.164.13.170.23.172.	Syria rex 423.19
	18.190.33.336.15.387.33.443.	Specacula 369.24.570.2.536.
	18.27	T
		Tarquinius 55.18.420.14
		Tarquinius Prisc <sup>9</sup> Rex. 16.5.90.31
		Tarquinius Superbus 200.9.
		218.21
		Tarquini superbi ætas ibidem
		Tarquitius 23.2

Spiritus

## INDEX.

Spiritus boni ortus	93.14	Tatius	52.1
Spiritus Deus	12.1	Tauri	58.4
Spiritus Dei	204.20	Taurus Europæ	27.19
Spiritus hominum	204.19	Taurus Lunæ inactatur	59.28
Spiritus malus	117.14.119.9.	Tectum apertum supra terminum	
	30.123.7.189.5.313.2	55.26	
Spiritus mali ortus	93.17	Telius	65.29
Splen	519.1	Templa	380.27
Statutum semel	479.10	Templi Caetoris, & Pollucis. 91.5	
Stellæ	128.31	Templum fortunæ Equestris. 91.33	
Stellæ Cancri	59.16	Templa igni vastata	161.33
Stellarum casus	548.1	Templum IESV	217.4
Sterculius Deus	55.8	Templum IESV CHRISTI	
Stoici	98.25.107.17.351.26.	217.15.20	
	352.17.388.13.389.33.454.29	Templum Iunonis Laciniæ. 91.32	
Stoici quidam	135.32	Templum Iunonis Sami	46.1
Stoici de animæ immortalitate	166.7	Templum Louis Triphylly	29.7
Stoici de diis	82.31	Templum pectus humanū.	53.22
Stoici ad naturalem rationem tra-	65.4.8	Templa regū, & simulachra. 116.1	
Stoici de prouidentia	5.23	Templum louem constituisse. *	
Stoici de Sole	85.29		
Stoicorum vana sententia	34.30		
Stoici, & Zeno	130.17		
Stultitia	182.18		
Stygia palus	26.3		
Substantia ignis calor, aquæ hu-	32.112.21.129.2		
mor	104.3		
Suillæ carnis interdictio	228.29.		
	229.7		
Superfluitio	3.17.5.1.2.52.10.20.		
	253.8.27		
Syon mons	227.4		
Syria montes	437.22		
Syria, prouincia legati	229.30		
Syria rex	423.19		
		T	
		Tarquinius	
		55.18.420.14	
		Tarquinius Prisc <sup>9</sup> Rex. 16.5.90.31	
		Tarquinius Superbus	
		200.9.	
		218.21	
		Tarquini superbi ætas ibidem	
		Tarquitius	
		23.2	
		Terra	
		Tempora	107.25
		Tenebrae	102.18.186.17
		Terminus Deus	55.16
		Terra	31.28.73.6.101.
		Terraæ interitus	384.11
		Terram Iupiter quinques circui-	
		uit	30.31
		Terra in Luna	177.33
		Terra in medio	426.12
		Terra nomen	32.16.28
		Terra partes	102.10
		Terra in Sole	178.6
		Terraæ fecunditas. 391.26.396.15	
		Terraæ tenebræ, & lumen	102.6
		Terraæ tenebræ, inferi, & mors	
		Terra Vesta	87.32
		53	Terra

## INDEX.

Terræ vñus	466.2	Tuditanus	177.6
Tertullianus	261.1.267.28	Iulius Hostilius	53.3
Testamentum Dei	208.16	Turulius p̄fectorus Antonij	92.3
Testamenta,duo	33.5.26	Tululimors	92.5
Testamentum novum Christiano- rum, vetus Iudeorum	235.29	V	
Testamentum lex Moysi data	235.19	Valentiniani	256.32
Tetrarchæ Iudeorum	208.1	Valere	453.21
Testamenti confirmatio	235.20	Valerius L.	17.4
Teucus	56.2	Varro M.	15.12.36.9.111.
Teuton Deus Gallorum	56.7	Varro M. ætas	223.4
Thales Milesius	12.22.103.29.	Varro Cannensis	121.5
153.23.160.6		Vatinius P.	91.8
Thallus	36.9	Veii	91.13
Thebae	64.16	Venationes Saturni	369.30.
Themis	25.31	Venti	40.5.404.10.13
Themiste philosophans mulier	181.15	Ventorum vñus	466.28
Theodorus Cyrenæus	455.12	Venus armata	54.23
Theophratus	344.19	Venus calua	54.7
Thetis	25.29	Veneris donaria	78.22
Theuthi Mercurius	14.23	Venus & Mars	23.15
Tiberius Attinius	92.14	Venus paphi	39.26
Tiberius Cæsar	208.2	Venus prostituta	46.5
Tiberij Cæsaris ètas, ibi, &c.	218.18	Ver	102.28
Tiburtina Sibylla	16.18	Verba	205.25
Titan	106.5	Verbis carentes soni	370.14
Titanes	24.12.33.16.38.11. 271.30	Veritas	10.27.83.32.123.6.13.
		186.22.308.12	
		Veritas sine eloquentia	2.29
Tityus	429.22	Veritatis gradus	444.20
Triphyllius Iupiter	29.7	Vera imprudenter locuti	333.17
Trismegistus	14.29.464.16	Veritatis notio	2.2.4.7
Triumphus Cupidinis	25.1.6	Veritatis obscuritas	4.24
Triumphus Liberi patris	2.3.31	Veritas penè vniuersa per philoso- photum seftas	400.28
Troia capta	8.21.22.24	Veritas suo lumine illustris	401.12
Troia capta anni M. cccc. LXX.	66.16	Verres C.	24.28.80.15.81.4. 12.23
Troiani agri Marpessus vic.	16.15	Verris mors C.	81.25
Troiam perituram	15.33	Verris Sibyllæ Erythrææ ad mille	
Tybetis, 56.22	Tyndarus	24.17	
Tyndaridæ	11.1	17.5	
Tyrann. crudelis.	171.23	Vertibula	499.25
Tyranni mors vi meretricis Leænae	51.5	Vesica	514.23
		Vespasianus	237.29
		Vesta	

## INDEX.

Vesta	31.6.34.3	Vita philosoph.	479.12
Vesta Iouis educatrix	37.2.3	Vita superuaca	378.12
Vesta priapum insidiatum	59.7	Vitæ tempus	114.2.14.26
Vestalia sacra	59.12	Vitæ viæ duæ	318.5.319.18.21.
Vesta terra	87.32	532.10.17	
Virtutis	88.17	Vita in virtute	371.9.371.27
Victoria	328.32	Vitia	22.1.407.22.24
Vipera	467.19	Vitia fieri, non nasci	314.32
Vir.	517.6.	Vitia philosophis ignota	319.27
Vires	47.25	Vitorum senectus	407.8
Virgilius	279.27.280.14	Vitia tolli non posse	354.24
Virgines Vestales	57.2	Vitiorum via	318.16.20.32.
Virtus	1.24.47.20.137.12.139. 30.145.28.148.4.150.22.183.	Vitiorum voluptas	2.10
	33.184.16.273.5.16.18.324. 18.325.11.22.28.326.1.18.328.	Vlto	361.18
	1.329.9.13.384.23.3.396.32.	Vlytis	66.10
	406.10.17.20.8.407.23	Vmbilicus	512.2
		Vnitatis in rebus	463.12
Virtutis amaritudo	2.10	Vnius perfectio virtus, quām mul-	
Virtus in animi bonis	47.22.	torum	7.26
Virtus Bellona	57.33	Volucrum ortus	493.7.22
Virtutes cōsecrari.	52.25.33.53.10	Voluntas	353.22.357.10
Virtus Dea	52.7	Voluptas	145.16.22.29.371.
Vittutum domicilium	53.2	13.407.16.545.26	
Virtus, quæ fortitudo dicitur	47.23	Voluptas animalium	366.2
Virtutum materia in virtutis.	353.13	Voluptas aurij	135.26.136.26
Virtus nisi morte finitur	407.33	voluptas aurij	371.2.535.11.136.7
Virtus perpetua	407.11.20.25	Voluptas corporis	135.26.136.28
Virtutes philosophis ignota	319.26	Voluptas hominum	136.18
		Volop:as cum honestate	135.27.
Virtutes temporariæ vita	351.21	138.4	
Virtutis via	318.10.321.16.	Voluptas oculorum	343.1.
	321.10.332.3	366.24.535.30.536.17	
		Voluptas odoratus, & gustus.	371.
Vis naturalis diuina ratione præ- dicta, Deus	13.5	13.535.32.536.3	
Visa credita	415.27	Voluptates lenium	365.30
Viscera	512.7	Voluptas tactus	371.1
Vita	102.31.148.33.149.13. 150.11	Voluptas virtutis socia	371.4
		Vox	404.10.13.519.29.32
		Vranus	32.33
Vita actuosa	359.1	Vrani ætas	114.33
Vita ciuilis	155.4	Vranus homo	32.31
Vitæ duæ	397.3.408.12	Vranus pœnorum	39.23
Vita optanda	528.19	Vranus pri. potens	37.4
Vita perennis	408.23	Vranus pri. Rex	36.31
		Vrbes	

## INDEX.

Vibes,& agri	44.15	Xenophanes	177.30
Vribium munitiones	338.24	Y	
Vlura	560.25	Y litera	319.2.320.17
Vfus inuenitor	467.15	Z	
Vua	513.8	Zacharias propheta postremus	
Vulcanus	34.12	200.12	
Vulcanus arma Diis fecit	46.20	Zachariae actas	200.13.218.
Vulcanus ignis	87.31	17.20	
Vulcanus Lemni	39.26	Zeno	13.6.135.31.138.15.205.
Vulgi iudicium	304.8	21.264.14.462.11	
Vxore abstinere	368.27	Zeno Epicurus	173.11
		Zenonis mors	166.13
X		Zeno,& Stoici	130.17.133.24.
Xenocrates	522.12	464.27	

F I N I S.

